R. MOSIS MAJEMONIDAE DE SACRIFICIIS LIBER. ACCESSERUNT ABARBANELIS...

Isaac Abravanel, Ludwig Compiègne de Weil, ...

Digitized by Google

37
20 B
25

R. Moſis Majemonidæ

DE

SACRIFICIIS

LIBER.

Acceſſerunt

ABARBANELIS EXORDIUM,

SEU

Procœmium commentariorum in *Leviticum*:

ET

MAJEMONIDÆ TRACTATUS

DE

CONSECRATIONE CALENDARUM,

ET

De Ratione Intercalandi.

Quæ ex Hebræo convertit in ſermonem Latinum,

& Notis illuſtravit

Ludovicus de Compiegne de Veil, A. M.

LONDINI,

Typis *Milonis Fleſher*, ſumtibus Auctoris: proſtat apud *Moſem Pitt*, ad inſigne Angeli in cœmiterio Divi *Pauli*, & apud *Brabazonum Aylmer*, ad inſigne trium Columbarum, viâ vulgo Cornhill dictâ, MDCLXXXIII.

AD

Illuſtriſſimum Virum,

DOMINUM, D.

Laurentium Hyde,

COMITEM *ROFFENSEM*,

Vicecomitem *HYDE* de *Kenelworth*,

Baronem de *Wotton-Baſſet*,

ANGLIÆ PAREM,

CAROLO Secundo *Magnæ Britanniæ* REGI à Conſiliis Sanctioribus,

Quinque virûm ærario præfectorum Principem, *&c.*

PAR eſt, Domine, hoc mei monumentum otii offerri tibi, qui benignitate tua ſanè quàm inſigni hoc otium mihi feciſti. tantum enim beneficium mihi quidem certè non erat ſatis

animo grato, memoríque recolere, niſi idem etiam palàm prædicarem omnibus: tum autem fungi hoc officio decebat in fronte libri, quo explicaretur de Sacrificiis, quorum è cauſis graviſſimis hæc una fuit, ut omnium bonorum datori debita gratia referretur. Prorſus eadem cauſa hujus dicationis, ut tibi, Generoſe Comes, pro meritis erga me tuis gratias haberem: nimirum tu benigniſſimi Regis in me liberalitatem derivaſti: tu adeo mihi Mecœnas; ille ſemper Auguſtus erit. Magna verò mihi ſpes eſt, hoc animi memoris teſtimonium haud ingratum tibi futurum, qui habes omnes humanitatis numeros. Te videlicet præclariſſimis animi bonis inſtructum, ingenio præſtanti, eóque docili, memoria admirabili, exquiſito judicio, à teneris, ut aiunt, unguiculis in diſciplinam accepit ille *Georgius Morley*, Epiſcopus *Wintonienſis*, veritatis cultor, pacis amator, virtutis exemplar, doctrinæ ſpecimen, Eccleſiæ reformatæ lumen, patriæ columen, atque rerum divinarum & humanarum ſcientia ac cognitione excoluit. Quid? Quanto ſplendore ſapientiæ ac virtutis excitavit te quam illuſtriſſimus *Clarendoniæ* comes pater tuus? Is enim Regis olim afflictam fortunam peregrè ſecutus eſt: is egregiam dedit operam, ut Regi regnum, regno Rex redderetur: is cum Rege reduce redux: is ſupremus inde Cancellarius, & regni adminiſter omnem negotiorum molem ſuſtinuit. Quæ te palæſtra, Clariſſime Comes, tam ſolertem in omnibus rebus, & tam ſubtilem reddidit.

Hoc

Hoc in tanta te gratia poſuit apud Regem, juſtum rerum æſtimatorem, cùm primùm muneris exercendi cauſa propior ei adjunctus es: hinc illæ tibi approbationes, & plauſus cùm legatus obiſti *Poloniam*, atque *Bataviam*: cùm ſupremæ legationi *Noviomagenſi* præfuiſti: hanc ob cauſam regum perſpicaciſſimus difficillimo hujus regni tempore te rerum adminiſtrum conſtituit: tum omnis *Europa* rebatur *Angliam* alioquin inexpugnabilem diſcordiis inteſtinis concuſſam jam jámque ruituram: atqui valida ſtetit adhuc: neque hoc tantùm; ſed mitigati ſunt omnium animi, iræ ſedatæ, vel potiùs extinctæ: quod quidem Regis ſapientiæ, æquitati, manſuetudini tribuendum eſt: verùm enim ex hac gloria nonnihil etiam ad te redundat, cujus conſilio miniſterióque Rex ſapientiſſimus utitur. Quapropter amplectere, Vir Ampliſſime, qui tuam amplitudinem literis præcipuè debes, amplectere, fove literas & literatos: hi nomen tuum ſuis ſcriptis illuſtrantes æternitati commendabunt.

Vare tuum nomen----

Cantantes ſublime ferent ad ſydera cygni.

Ego verò hoc meum qualecunque munuſculum ſic accipias velim, ut quod imitatur rationem ſacrificii pacifici: erat hujus, quemadmodum in iſto volumine diſputatur, genus duplex: unum acceptorum ante beneficiorum grata prædicatio: & alterum erat obſecratio ſupplex, qua utebantur ad impetrandas in poſterum res optatas. Nec te

mei

mei pœniteat homuncionis: potentes præpotentis ſunt imago naturæ, quæ mundum hunc univerſum infinita varietate diſtinxit, & eadem minutis in animalibus humi repentibus tantum exprimit artificii, ut ejus induſtriam nemo conſequi nec cogitatione queat. Nunc quomodo cœpit, ſic deſinet oratio mea. Non potui, Domine, quin ederem in vulgus monumentum hoc meæ erga te obſervantiæ, gratæque voluntatis, quippe qui ſum

Amplitudini tuæ

Addictus, deditus, obſtrictus,

Dabam *Londini*, Sexto Calendas *Maii.*

Ludovicus de Compiegne de Veil.

Pro-

Procemium

INTERPRETIS.

DE *confectione hujus libri, Erudite Lector, pauca cognoſce. Edideram non ita pridem* Majemonidæ *de cultu divino librum, in quo templum* Hieroſolymitanum, *ejus inſtrumentum, miniſtrorum ordo, reíque divinæ ratio deſcribitur. Sed verò locus hic totus in eo libro non eſt pertractatus: bona, magnáque pars ejus concluditur in hunc librum, qui inſcriptus eſt de ſacrificiis, ſic; ut alter in altero ſexcenties allegetur. Conſequens igitur erat, ut iſtum quoque de ſacrificiis librum emitterem, & omnis quæſtio de religione ſacrorum eſſet planè perfecta, quæ ſanè quàm multum conferret ad intelligentiam utriuſque fœderis. Jam ut in ſuperiori libro, itidem in iſto* Majemonidæ *auctori meo adjeci notas: in his non id egi, ut oſtenderem quid mihi lectum, quid eſſet in promptu: facile fuiſſet inſanæ molis efficere volumen: verùm enim id demum propoſitum erat, difficilia explicare, obſcura illuſtrare, latentia aperire, & ea de-*

nique proferre, quæ niſi cum inſigni quadam negligentia prætermitti non poſſent. etenim in his ipſis notis adjiciendis ſummopere ſtudui brevitati illuſtri, quam ego cuivis dicendi copiæ antepono. Videas paucis admodum ſeu verſiculis, ſeu lineolis effectum iſtuc, agnum paſchalem propriè veréque dici ſacrificium, quod eſſe ſatis argumenti ad juſtum opus texendum, haud ignotum eſt: idem ubique reperias. Porrò quidquid ſacris è codicibus laudatur, hoc egomet ex hebræo in latinum ſermonem converti, ſecutus adeò capitum, atque verſuum diſtinctionem Hebræis *uſitatam, ac ſedulò feci, hîc ut afferrem lucis aliquid. Multis autem ac variis formis & temporibus, id quod ſemel & iterum jam admonui,* Majemonidæ *noſtri opus editum, quæ editiones ferè inter ſe diſcrepant omnes: ad hunc igitur librum ex hebræo latinum faciendum uſus ſum exemplaribus duobus, quæ ſunt in folio excuſa* Venetiis *ambo: unum in charta majori anno* 1524: *& alterum anno* 1574 *in charta minori, quorum in utroque textui ſunt adjuncti commentarii duo, inſuper etiam animadverſiones quædam. Horum ego varietates annotavi: hoc plus feci: confirmavi lectionem germanam ex illis, unde ſua depromſit* Majemonides, *originibus,* Gemara, Miſná*que.* Miſnam *verò laudavi non illam ſeparatim excuſam, cujus mihi non erat copia, ſed confuſam & permiſtam digeſtis* Talmudicis, *ideóque adſcripſi folium & paginam. namque paginæ, folia digeſtorum* Talmudicorum, *quotquot ſunt in folio excuſa, paribus numeris dimenſa ſunt. Atque hujus libri tractatu quarto de ſa-*

crificiis

criſiciis eorum, qui per imprudentiam concubitibus interdictis implicati fuerant, multa diſputantur, in quibus ſanè quidem Hebræorum *verecundiam requiras: & nos iſtis idoneo loco honorem præfati ſumus: rurſus in ejuſdem tractatus quatuor extremis capitibus ediſſeruntur lectu jucunda, ſcitu digna. Sed jam ſatis eſt explicata ratio libri de ſacrificiis. Subſequitur exquiſitum* Abarbanelis *proœmium commentariorum in* Leviticum, *in quo proœmio de vi & natura ſacrificiorum omnium breviter & dilucidè diſputatur. præclarus enim, ut mihi quidem videtur, eſt ordo, ſi cujus loci quæſtioni plenè, cumulatéque perfectæ ſubjiciatur compendium, quod ſummam quæſtionis contineat, opus utique jucundum & utile memoriæ. Nam fuit etiam* Abarbanel *ætate inferior, quàm* Majemonides, *& ipſemet in ingreſſione proœmii ſui profitetur in his concinnandis ſe* Majemonidæ *ſummi auctoritate viri ſequi explicationem. Quòd autem* Abarbanel *in Legem non ita facilis ſit inventu liber, in hac ejus parte curavi hebræum è regione latini ſermonis edendum. Etenim hoc* Abarbanelis *opus omnino ſemel excuſum minutis & vacillantibus literulis Rabbinicis ſcatet etiam mendis, præſertim ea, quæ cæteris ex* Hebræorum *operibus, &, quod adeo mirum eſt, quæ ſacris è codicibus allegantur. Hæc ego in iſta particula ſanè diligenter emendavi ac correxi: jam verò literæ ſunt non Rabbinicæ, ſed quadratæ, ſeu mavis unciales, & elegantes quidem, atque aſpectu pulcræ: & quo magis inſervirem linguæ ſanctæ ſtudioſis, voces decurtatas, atque, ut ita loquar, exectas, item & ſigla, ſeu notas illas ſymbolicas,*

 bolicas,

bolicas, quarum elementa ſingula ſingula ſignificant vocabula, prorſus explevi: nullum igitur unum invenias in hoc omni proœmio ſymbolum ejuſmodi: nam quæ occurrunt in eo literæ apicibus inſignitæ, illæ numerorum notæ ſunt, quæ fere ſolent à Judæis ſic affici. Habet etiam hoc Judaica ſuperſtitio, ut Dei vocabula literis notet quàm alienis: ſolet illud Dei nomen Τετραγράμματον deſignare duplici litera iota יי, & alterum illud אלהים leviter immutare pro litera ה ſubſtituta litera ק vel ר: his ego nominibus ſuas reddidi literas, præterquam quòd ſemel, ni me fallit animus, אלריהם exire ſivi, ſic; ut vel ipſius ſuperſtitionis Judaicæ veſtigium remaneret aliquod. Forte dum hæc excudebantur, interea temporis nonnihil eorum, ut ferè ſit, identidem viris familiaritate, ſtudióque mecum conjunctiſſimis oſtendi: qui cùm incidiſſent in notas illas meas, ubi allegatur Majemonidæ tractatus de conſecratione calendarum, & de ratione intercalandi à me quatuordecim abhinc annos ex hebræo latinus factus, admonuerunt me nec illum tractatum jam poſſe reperiri uſquam, & paucis admodum copiam ejus eſſe factam: ſi denuo jam nunc ederem, haud ingratum literatis futurum. Commoverunt me ſic, ut repudiarem conſilium, quod primum intenderam. Tractatum igitur recognovi, & erat opus eum recognoſci; quia enim primum valde mendoſus incuria Typographorum exierat, multíſque notis adauxi: tum hîc item, ut in reliquis Majemonidæ diſputationibus lectionum varietates diligenter annotavi. Porrò, quoniam in iſto tractatu diſputatur de ſolis & lunæ converſione ac conjunctione vera;

medi-

mediáque, de longitudine, latitudine & altitudine, de cardinum anni commiſſuris, de epactis, & de tota re Aſtrologiæ, numeríque referuntur innumeri, in quibus imprudentiâ librariorum adeo peccatur, initis & ſubductis rationibus, hæc ego diligenter etiam atque etiam conſideravi. Neque hoc tantùm: ſed adii his de rebus Dethlevum Cluverium *ex ſocietate regia* Londinenſi *unum, virum in Aſtrologia mirabiliter excellentem, cui nunc ipſum eſt ſub prælo opus magnum, quod Pandectas Aſtronomiæ inſcripſit. Is mihi clariſſimum prætulit lumen in numeris eo magis obſcuris & cæcis, quòd tum in hac aut illa editione, tum in omnibus unà ſimul editionibus adulterini fuerant. Idem hanc* Majemonidæ *diſputationem omnem de conſecratione calendarum in tabulas digeſſit: & erat in animo eas ad calcem libri ſubjicere; ſed fieri non potuit propterea, quòd non ſatis quadrabant ad formam voluminis: has ille adeo ſuum in opus, in pandectas, inquam, de quibus paulo ante commemoratum, inſeret. Nec verò tacendum iſtuc: in hoc ego tractatu de conſecratione calendarum & de ratione intercalandi utor verbo Aſtrologiæ pro eo, quod verbo Aſtronomiæ notant neoterici: eſt enim illud latinæ conſuetudinis, ad quam me loqui velle profiteor. Nimirum ex eo credo pleriſque omnibus uſu venire, ut abhorreant ab* Hebræis, *quod inciderint in inculta quædam & horrida, de malis* Hebræis *latinè ſcripta deteriús. Sed de hujus libri inſtituto ſatis dictum eſt.*

SERIES
TRACTATUUM
Qui hoc libro continentur.

הלכות קרבן פסח

הלכות חגיגה

הלכות בכורות

הלכות שגגות

הלכות מחוסרי כפרה

הלכות תמורה

הקדמת ספר ויקרא

הלכות קדוש החודש

SERIES
TRACTATUUM
Qui hoc libro continentur.

1. *De ſacrificio paſchali,* p. 1.

2. *De ſacris ſolemnibus,* p. 53.

3. *De primitiis animantium,* p. 73.

4. *De noxiis imprudenter admiſſis,* p. 111.

5. *De indigentibus piaculi,* p. 181.

6. *De beſtiarum conſecratarum mutatione,* p. 203.

7. Abarbanelis *exordium ſeu proœmium commentariorum in* Leviticum, p. 225.

8. Majemonidæ *tractatus de conſecratione calendarum, & de ratione intercalandi,* p. 339.

Menda ſic corrige.

PAge 75. lin. 8, & 9. *quàm immundarum è genere beſtiarum, qualis eſt aſinus*, l. *quàm immundo è pecore aſinino*. p. 157. lin. 18. *fertum peccatoris*, l. *fertum ſontis*. p. 177. in nota, col. 1. lin. ult. *oviarium*, l. *oviaricum*. Ibid. in nota, col. 2. lin. 5. *peccatoris*, l. *ſontis*. p. 226. lin. 13. יהיה, l. יהוה. p. 228. l. 12. exire ſivi לאלריהם pro לאלהיהם, eo conſilio, ut Judaicæ ſuperſtitionis, de qua commemoratur in procœmio, remaneret veſtigium aliquod. Ibid. lin. penult. הוּו, l. הוו. p. 239. lin. 23. *Nachmonides*, l. *Nachmanides*. p. 250. lin. 20. סנחה, l. מנחה. p. 281. lin. 7. *excolleret*, l. *excoleret*. p. 283. lin. 22. *cremendas*, l. *cremandas*. p. 300. lin. ult. מקרשו, l. מקדש. p. 350. lin. antepenult. *Nam propter omnem, de quo edicitur, ut obſervetur tempore ſtato, religioſi muneris functionem*, l. *Nam propter ejus, de quo edicitur, ut obeatur tempore ſtato, religioſi muneris functionem*. p. 395. l. 2. *unitates erunt adjuncti*, l. *adjunctæ*. p. 408. lin. penult. *ultera*, l. *ultra*.

TRACTATUS PRIMUS
DE
Sacrificio Paſchali.

IN eo diſputatur de præceptis ſedecim, quorum ſunt jubentia quatuor, & vetantia duodecim, quæ hîc loci ſubjicere commodum eſt.

1. *Victimam paſchalem ſuo tempore mactanto.*

2. *Eandem interea, dum aliquid fermentati ſupererit domi, ne cædunto.*

3. *Hujus exta ne pernoctanto.*

4. *Victimam paſchalem ſecundam mactanto.*

5. *Carnem victimæ paſchalis ad noctem decimam quintam menſis Niſan cum pane azymo & oleribus amaris comedunto.*

6. *Et ſecundam victimam paſchalem item cum pane azymo & oleribus amaris ad noctem quintam decimam ſecundi menſis edunto.*

7. *Victimam paſchalem ne ſubcrudam, neu elixam edunto.*

8. *Nullam partem victimæ paſchalis extra ſodalitium, à quo comedatur, portanto.*

9. *Ut è victima paſchali quidquam edat Judæus apoſtata, ne ſinunto.*

10. *Ut è victima paſchali quidquam comedat aut proſelytus inquilinus, aut homo mercenarius, ne permittunto.*

11. *Ut è victima paſchali quidquam edat is, qui circunciſus non ſit, ne permittunto.*

12. *Os in victima paſchali nullum frangunto.*

13. *Nullum os nec in victima paſchali ſecunda frangunto.*

14. *Nihil quidquam è victima paſchali in mane craſtinum relinquunto.*

15. *Nihil item è victima paſchali ſecunda in mane poſterum relinquunto.*

16. *Nihil è ſacro illo ſolemni, quod fere fiebat ad decimam & quartam diem menſis Niſan in diem perendinum relinquunto.*

Habes univerſa præcepta, quæ capitibus deinceps ſequentibus ediſſeruntur.

TRACTATUS PRIMUS DE

Sacrificio Paſchali.

CAPUT PRIMUM.

Altaria privata ad victimam paſchalem immolandam conceſſa eſſe nunquam. Hujus victimæ paſchalis de more ſpargendum eſſe ſanguinem, & adolenda exta. Per tres deinceps catervas immolari victimas paſchales recitandis hymnis & edendis buccinæ clangoribus. Ad immolationem victimarum in ordines diſpoſitos eſſe ſacerdotes, qui pateras aureas & argenteas manibus tenerent ſic, ut ſpecies ac pompa foret.

§. I. PRæceptum erat jubens, * ut victima paſchalis cæderetur ad decimam & quartam diem menſis Niſan tempore pomeridiano: nec ſacrificium illud fieri licebat niſi mari annuo ex ovium vel caprarum genere. Jam hoc præcepto viri æquè & mulieres tenebantur.

§. II. Si quis contra præceptum id ad ſtatum hunc decimum & quartum diem ſciens voléntque ſacrificium hoc paſchale prætermiſiſſet, cùm illi nec eſſet inquinamenti cauſa, nec itineris longinqui; * pœna foret exitium: ſin autem præceptum neglexiſſet imprudens, impune haberet.

§. III.

§. I. *Ut victima paſchalis cæderetur.* R. *Bechai* quidem commentariis ſuis in Leviticum, ad verſum xj. cap. 2. docet ſacrificium paſchale piaculum eſſe Iſraelitarum, quo lucretur hæc eorum idololatria, quam apud Ægyptum ſuſceperant.

§. II. *Pœna foret exitium.* Nimirum hæc eſt illa quæ כרת Hebræis dicitur. Ac nos jam ſuperiore libro de cultu divino Rabbinorum multorum multas hac de pœna opiniones expoſuimus: in his & ſcriptoris noſtri ſententiam, animum ejus, qui pœ-

§. III. Victima paſchalis ſic, ut hoſtiæ reliquæ, nuſquam, niſi in atrio templi cædebatur. Et tunc ipſum, cum ſingulis ſingulas aras excitari licebat, tamen interdictum erat, victima paſchalis in ara privata ne mactaretur: quiſquis igitur agnum paſchalem in ara privata mactaſſet, * verberibus coerceretur; quia enim in Lege ſcriptum videmus, *Non poteris mactare paſcha in unoquoque tuorum oppidorum:* hæc enim doctrina tradita nobis eſt, hoc loco cautum eſſe, ne quis agnum paſchalem immolaret in ara privata etiam tum, cùm aræ privatæ concederentur.

Deut. 16. 5.

§. IV. Victima paſchalis poſt meridiem cædenda fuit; quæ ſi cæderetur ante meridiem, temeraretur. Etenim poſt factum juge ſacrificium veſpertinum, poſt veſpertinam ſuffitionem, & poſt accenſas & concinnatas candelabri lucernas demum incipiebat agnorum paſchalium jugulatio, & continenter fiebat per totum reliqui diei ſpatium. Attamen ſi poſt meridiem agnus paſchalis cæderetur ante factum ſacrificium juge veſpertinum, bene fuiſſet: tum verò ſacerdotum aliquis exceptum è victima paſchali ſanguinem motabat interea, dum aſperſus altari fuerat jugis ſacrificii ſanguis: poſt ex agni paſchalis ſanguine fiebat demum aſperſio: quanquam altare ſi prius reſpergeretur

nâ tenebatur iſtâ, in nihilum occidere; addam hic & iſtuc ſcitu dignum. Scriptorem hunc noſtrum ob hanc ejus ſententiam ſacris interdixerunt omnes Galliarum ſynagogæ, quippe qui adverſaretur & repugnaret auctoritati Talmudis, in quo omnino impios omnes igni Gehennæ coerceri menſes duodecim traditur. At verò R. *Nachmonides* ſcriptoris noſtri popularis bene longam deinde ſcripſit epiſtolam ad univerſos ſynagogarum ante dictarum præfectos, in qua epiſtola ſanè quàm eleganti poſtea, quàm multa de ſeipſo admodum ſummiſsè ac ſubjectè dixit, & pietatis atque doctrinæ laudes uberrimas Rabbinis Gallicis tribuit, hunc noſtrum ab hæreſi vehementiſſimè vindicat, & hanc ejus ſententiam ſic interpretatur, ut velit eum ſentire, cujus pœna erat *exitium*, cum duodecim menſes totos igni Gehennæ excarnificatum demum in nihilum interire. Hæc epiſtola R. *Nachmonidæ* extat in libro Miſcellaneorum, quem librum in quarto excudendum curavit R. *Joſephus del Medico:* ibidem etiam invenias libellos duos, quorum unus נובלות חכמה inſcribitur Decidua Sapientiæ, & alter תעלומות חכמה, Abſcondita Sapientiæ. Hæc hactenus. Ceterùm cùm id quod ab Hebræis כרת appellatur ex literis ſacris conſtet, atque adeo inter omnes conveniat pœnam fuiſſe non humanam, ſed divinam; nulla mihi vox latina ad hanc reddendam aptior quàm *exitium* viſa eſt, ſiquidem apud *M. Tullium*, lib. 2. de Legibus, ſub finem primæ legis ſcriptum videmus, Perjurii pœna divina exitium: humana dedecus.

§. III. *Verberibus coerceretur.* Qui verberibus erat damnatus, hic, ſicut à Talmudiſtis traditur & trac. מכות fol. 22. pag. 1. & 2. & trac. יומא fol. 15. pag. 1. & trac. זבחים fol. 38. pag. 2. ad palum alligatus denudabatur, atque à lictore cædebatur loro ſic, ut prima plaga ſcapulis, & reliquæ deinceps alia poſt aliam infligerentur donec ad lumbos perventum eſſet.

ſpergeretur agni paſchalis ſanguinę, quàm jugis ſacrificii, bene eſſet.

§. V. Si quis victimam paſchalem ſuo tempore cæderet, & idem ad ſe fermentati quid ad olivæ magnitudinem aſſervaret, verberibus multaretur. Eſt enim in Lege, *Victimam meam* Exod.23.18.
ſuper fermentato ne cædito, cui quidem præcepto hæc eſt ſubjecta vis, ne cædatur victima paſchalis dum fermentati aſſervatur aliquid. Jam victimam jugulantis, & altari ſanguinem ejus inſpergentis, atque exta adolentis una & eadem erat ratio. Si veniret igitur uſus, ut aliquis aut iſtorum, aut eorum, qui ſimul eâdem victimâ paſchali veſcebantur, inter immolationem haberet apud ſe fermentati tantundem, quanta eſt oliva, verberibus coerceretur: victima verò paſchalis ſatis idonea foret.

§. VI. Victimæ paſchalis ſanguinem oportebat contra baſim altaris effundi: poſt ſanguinem effuſum, victimæ pellis detrahebatur, patefiebat alvus, eximebantur exta, & adolebantur: ac ſua cujuſque victimæ paſchalis exta ſeparatim adolebantur: tum deinde is, cujus erat victima paſchalis, eam cum pelle ſimul auferebat, & in ædes ſuas Hieroſolymitanas deportabat, aſſabat, & ſub veſperum comedebat.

§. VII. Si quis hæc exta adolere neglexiſſet ſic, ut noctem perpetem remota ab altari jacerent, atque adeo temerarentur; iſte quidem contra vetitum commiſiſſet: ſcriptum eſt enim;
Neu ſolemniter immolatæ mihi victimæ adeps pernoctato ad uſ- Exod.23.18.
que mane poſterum. Qui licet contra præceptum vetans fecerit, tamen non verberaretur; quippe cùm * nihil effectum dediſſet.

§. VIII. Adolebantur adipes agnorum paſchalium nocte tota uſque ad orientem auroram: ita res erat, ſi decimus & quartus dies Niſan incidiſſet in ſabbatum: etenim ſabbatini adipes incen-

§. VII. *Nihil effectum dediſſet.* Erant multæ requiſitæ conditiones, ut verberibus addiceretur aliquis. Primum omnium oportebat, ut ritè officii monitus; tamen inſpectantibus teſtibus conſultò commiſiſſet contra vetitum: tum ut commiſſum nec capitalis pœna, nec æris ſolutio ſequeretur: deinde, ut flagitio committendo aliquid effectum redderetur, non linguæ nuncupatione tantum peccaretur velut obtrectando, deteſtandóque: quanquam id, quod tertio loco ponitur, exceptiones habet aliquas, de quibus alio loco: inde requiſitum erat ut, ſi quod vetitum in juſſum ſolveretur, contra utrumque fieret: ut ne vetitum eſſet ejuſmodi, quod è juſſo duceretur: ut ne vetitum univerſè, ſed propriè à Lege ediceretur: ut vetitum ſimplex eſſet. Hæc noſter commentariis ſuis in Miſnam, trac. מכות ad c. 3. §. 1. ediſſerit, ac multis & variis appoſitis exemplis illuſtrat.

cendebantur etiam die ſolemni: ſin autem dies ille quartus decimus Niſan inciderit in diem aliquem profeſtum, adipes hujus profeſti diei die ſolemni neutiquam adolerentur.

§. IX. Omnino agni paſchales per tres deinceps catervas mactabantur ea re; quia in Lege ſit, *Et cædet eum (agnum* Exod. 12. 6. *ſeu hædum) univerſa Eccleſia, cœtus Iſrael:* hîc videlicet habes diviſionem tripertitam, Eccleſiam, cœtum, Iſrael. Non erant homines in ulla caterva pauciores, quàm triginta.

§. X. Ergo ſi homines omninò quinquaginta adeſſent, in atrium primò introirent triginta, qui cæderent victimam paſchalem: deinde decem ex illis exirent, & intrarent alii decem: tum rurſus excederent decem, & reliqui decem ingrederentur.

§. XI. Si verò numerus hominum eſſet infra quinquaginta, victimas paſchales cùm in integro res erat, non mactabant quidem: verùm ſi mactaſſent omnes unà, bene eſſet. Erat autem iſta mactandi ratio. Caterva prima veniebat in atrium, quod ubi plenum erat, ejus fores occludebantur: continuò ſuas illi victimas paſchales cædere: qui dum victimas cædebant, atque illarum partem idoneam Deo offerebant, Levitæ recitabant carmen illud, quod * hymnus inſcribitur. Qui, ſi finitus eſſet hymnus, ſacrificiis necdum perpetratis, repeteretur: ſin iterum fuiſſet priùs abſolutus, quàm ſacra perfecta fuerint, recitaretur tertió: verùm enimvero nunquam uſus venit, ut ter recitaretur.

§. XII. Ad unamquamque recitationem buccina clangores edebantur terni, rectus, fragoſus, rectus: nulla videlicet adhibebantur iſti ſacrificio libamina: ut igitur in reliquis ſacris inter libandum, ſic inter jugulationem in iſto clangebatur.

§. XIII. Hîc ſacerdotes erant deſcripti ac diſpoſiti in ordines bene multos, qui manibus pateras tenebant, quarum partim ex argento, partim eſſent ex auro. Non hæ promiſcuè diſtribuebantur;

§. XI. *Hymnus inſcribitur.* Hic eſt hymnus; quem & nunc ipſum Judæi ad calendas omnes, omnes ferias, dies feſtos & ſolemnes cantitant: is componitur è Pſalmis 113, 114, 115, 116, 117, & 118, quibus additur hæc clauſula. Te Domine Deus noſter omninò laudent omnia opera tua; ſed juſti atque homines ſancti tuæ voluntati obſequentes, populúſque tuus Iſrael univerſus cantent, prædicent, efferant, magnificent, & ornent uſquequaque nomen tuum adeo glorioſum. Etenim te laudare convenit, & decantare nomen tuum expedit, qui ante ſecula omnia fuiſti Deus, idémque perpetuùm eris. Gloria tibi Domine rerum, & rex omni laude cumulatus.

tur; ſed ita, ut ordinum alius argento, alius auro totus ſplenderet, id adeo, ut major inde ſpecies & dignitas exiſteret. Non deſinebant autem in latitudinem pateræ, ne forte deponerentur, & concreſceret in illis exceptus hoſtiarum ſanguis.

§. XIV. Cædebat ſuam quiſque victimam, cujus ſanguinem paterâ ſacerdos excipiebat: dabat ei, qui ſibi proximus erat: hic ſequenti, eam ob cauſam, ut rei divinæ operarentur quàm plurimi, donec ſanguis veniret in manus ejus ſacerdotis, qui ſtabat altari propior: is ſimul & ſemel ſanguinem illum effundebat contra baſim altaris: accipiebat pateram ſanguine plenam, reddebátque vacuam: deinde victimæ ſuſpendebantur, ſuſpenſis corium detrahebatur totum: tum aperiebantur, proluvies & excrementa depellebantur ex inteſtinis, extrahebantur exta, quæ in lance depoſita ſale conſpergebantur, adolebantúrque ſuper altari per ſacerdotem. Quod attinet ad rationem ſuſpendarum harum victimarum, uti pellibus ſpoliarentur, hærebant atrii muris ac columnis infixi clavi ferrei: de his iſtæ victimæ ſuſpendebantur, ſuſpenſis pellis detrahebatur: quibus autem ejuſmodi locus ad ſuſpendendam victimam non ſuppetebat, aderant baculi minuti, lævéſque, qui ponebantur in unius & alterius hominis humeris, tum de his ſuſpenſæ victimæ corio exuebantur.

§. XV. Peractis ſacrificiis reſerabantur atrii fores, exibat caterva prima, & introibat altera: excedebat & altera, & intrabat tertia. Prima, ſecunda, tertia rationem agendi tenebant eandem: cùm verò tertia caterva poſt abſolutam rem divinam exierat, atrium abluebatur.

§. XVI. Quæ ſi decima quarta dies menſis Niſan incideret in ſabbatum, ſabbato omnia itidem, ut die profeſto fierent: ablueretur igitur & atrium. Nam quæcunque *ſapientes edicto

to

§. XVI. *Sapientes edicto ſanxerunt ne ſabbato fierent.* Nomine שבות appellatur id quod ſabbato ne fieret cautum erat non divina Lege, ſed edicto ſapientum: adeo, ut quod ne ſabbato fieret divina Lege interdictum eſt, huic eidem ipſi nomini שבות ex adverſo opponatur apud Talmudem trac. פסחים de ſacris paſchalibus fol. 65. & 66. pag. 2. Fugit hoc virum alioqui magnum, & in his literis ſanè quam verſatum, qui hoc verbo שבות intelligi voluit ea, quæ ne ſabbato fierent Lege ſancitum erat: tum idem huc adduxit effatum illud Domini Jeſu Chriſti, *ſabbatis in ſanctuario ſacerdotes ſabbatum profanant, & tamen inſontes ſunt:* id verò ad ſententiam huic voci ſubjectam minimè quadrat: nollem magnum virum errore lapſum.

to ſanxerunt, ne ſabbato fierent, his in templo nullus erat locus, ut eorum aliqua ad rem divinam faciendam non eſſent ita neceſſaria: nimirum quidquid ne ſabbato fieret, auctoritate ſapientum erat interdictum, in templo uſquequaque permiſſum erat.

§. XVII. Jam ſabbato victimam ſuam paſchalem domum referebat nemo: ſedenim caterva prima ex atrio egreſſa cum victimis ſuis paſchalibus in monte ædis reſidebat; & altera cùm deportaret ex atrio ſuas victimas paſchales, reſiſtebat in ſpatio illo * antemurali: tertia verò caterva perſtabat in loco ſuo, in atrio videlicet ipſo: quibus illæ locis commorabantur ad exactum ſabbatum, tum ſuam quiſque domum cum agno paſchali ſuo redibat.

§. XVIII. Ergo ut victima paſchalis cæderetur, & altari ſanguis ejus inſpergeretur, & ex inteſtinis cibi reliquiæ depellerentur, & adolerentur exta, ſabbatum elevabatur: etenim ante ſabbatum iſta fieri non poterant, ſiquidem ſacrificio paſchali præfinitum eſt tempus, & in idem hoc Lex edicit, *Stato tempore ſuo:* (Num. 9. 2.) rurſus eam ob rem, ut hominis portaretur humeris in atrium, ut adduceretur ex aliquo loco extra * legitimum terminum poſito, ut eidem * verruca ſcalpello reſecaretur, nihil utique ſabbato derogabatur; quippe quæ poterant ante ſabbatum fieri: ſi quis autem potis erat eidem verrucam manu demere, id ſabbato facere licebat: immo verò & exſiccatam verrucam ſcalpello præcidere: namque rebus auctoritate ſapientum interdictis, omnino locus in templo erat nullus: porro autem non erat jus ſabbatum eò negligi, ut victima paſchalis aſſaretur, aut ejus inteſtina rite lavarentur, quandoquidem

§. XVII. *Antemurali.* Idem hoc & intermurale dicebatur. erat enim mons templi totus muro cancelliſque circundatus, & poſt cancellos inſuper etiam muro interiori; ita ſpatium inter hos duos muros interjectum aut ratione utriuſque muri dicebatur intermurale, aut ratione muri poſterioris antemurale. Vide principium capitis quinti tractatus primi libri ſuperioris de cultu divino.

§. XVIII. *Legitimum terminum.* Hic legitimus ſabbati terminus commemoratur primo Actuum capite, v. 12. ac vulgato interpreti *iter ſabbati* dicitur. Atqui hoc ſpatium apud Miſnam, Talmud Hieroſolymitanum, ſcriptorem hunc noſtrum, R. *Iſaacum Alphaſſenſem*, R. *Moſem Nachmonidem*, & hujus auditorem R. *Simſonem*, *Abrahæ* filium, alióſque bene multos definitur duobus cubitorum millibus.

Verruca ſcalpello reſecaretur. Erat enim, quemadmodum ſuperiori libro de cultu divino demonſtratum eſt trac. 3. & 4. unum è vitiis illis, quæ obſtabant, quominus animantes ſacrificarentur.

doquidem iſta poſt exactum ſabbatum poterant commodè fieri.

§. XIX. Omnino cultrum illum ad jugulandam victimam aptum in atrium ſabbato non * inſerebat ipſe, cui priùs inſerre excidiſſet animo: verum eundem vel inter agni paſchalis cornua, vel in ejuſdem vellus inſerebat, operiebátque, donec in atrium invexiſſet, & ibidem conſecrabat. At enim iſte quidem ſabbato jumentum oneratum ageret? verò: ſed * præter conſuetudinem, quod exequendi præcepti causâ facere licet. Ita res ageretur, ſi tamen ſuam ille victimam necdum conſecraſſet dicendo, hæc victima paſchalis eſto: ſin autem jam ſacraſſet, eam onerare cultro illo prohiberetur; quia enim beſtias altari conſecratas ad laborem adhibere nefas. Jam victima paſchalis * ut ſabbato conſecraretur, conceſſum erat, quòd huic ſacrificio

§. XIX. *Inſerebat ipſe.* Habemus enim apud *Jeremiam*, cap. 17. v. 21, & 22. *Cavete, ſi vos amatis ipſi, ne die ſabbati tollatis onus ullum, neu inſeratis in urbem Hieroſolymæ, neu ex ædibus veſtris efferatis, aut quidquam operis faciatis*, & quæ ſequuntur: ſed hîc & reliquo deinceps capite hoc vult, hoc ſpectat Dei ſanctiſſimus interpres, à rebus exportandis & importandis, cæteríſque moliminibus operoſis, quæ ad vitæ neceſſitates, commodáque referuntur, Iſraelitas avocatos ſabbato ſeſe applicare ad Deum rerum omnium effectorem ac datorem religioſè colendum. Hinc ſervator hominum apud *Joannem*, cap. 5. ei, quem ſabbato curarat divinitus, pro imperio edicit, ut grabato oneret humeros & ambulet: nempe mirifica iſta grabati tranſlatio ad præſentem Dei præpotentis opem manifeſtandam, excitandámque religionem & pietatem hominum erga Deum valuit, adeò; ut nihil ſupra. Ecce autem Judæi vecordes divinorum oraculorum verba aucupantur, nihil morantur ſententiam: denunciant homini divina ope ſanato nihil oneris ſabbato ſuſtinere licere: reſciſcunt fieri imperatum ejus, à quo homini duodequadraginta annos laboranti ſubitò reſtituta fuit ſanitas: tantum abſunt ut advertant animum ad eventum tantum & tam mirandum, atque ex eo tandem Chriſtum de cœlo ſibi demiſſum intelligant, ut etiam divinæ majeſtatis vindicem, & reſtauratorem ſalutis humanæ, velut exlegem, ad necem inveſtigent.

Præter conſuetudinem. Eſt in textu, מחמר כלאחר יד הוא, & hæc eadem verba apud tractatum Talmudicum, qui פסחים inſcribitur fol. 66. pag. 2. R. *Salomo Jarchi* ſic interpretatur, neque enim fert conſuetudo, ut agno imponatur onus. Etenim hæc eadem verba paſſim in eam ſententiam proferuntur.

Ut ſabbato conſecraretur, conceſſum erat. Atque hæc origo ſabbati magni, de quo hæc in ejus libri, qui ארבע טורים inſcribitur, Quatuor ordines, parte prima, cui titulus eſt אורח חיים Via vitæ trac. de ſacris paſchalibus §. 2. ſcripta legimus. Quod ſabbatum Paſcha proximè præcedit, hoc ſabbatum magnum nominatur: id adeo, quia magnum eo miraculum factum eſt. Fuit apud Ægyptum, ab uſque decima die menſis Niſan ſumta ſua cuique victima paſchalis, id quod ſcriptum videmus *Exod.* 12. 3. *Decima die menſis hujus pro ſua quiſque patrumfamilias domo ſumant agnum:* narratur autem eo libro, qui סדר עולם inſcribitur, Ordo mundi, in quintam-hebdomadæ diem incidiſſe Paſcha quo Iſraelitæ ex Ægypto exierunt; ita menſis ejus decima dies inciderat in ſabbatum. Hoc igitur ſabbato ſuam quiſ-

ſacrificio dies ſtatus eſſet: ſimiliter nihil erat, cur ſuum quiſquam ſolemne ſacrum ipſo die feſto conſecrare religioni haberet.

§. XX. Si quis victimam paſchalem à ſe cæſam comperiſſet vitio, morbóque lethali laboraſſe, aliam cæderet ſive die profeſto, ſive ſabbato: immo verò cæderet centum deinceps, donec aut unam aliquam altari reperiret idoneam, aut adveſperaſceret; ac tum quidem, utpote coactus agni ſui paſchalis immolationem in Paſcha ſecundum differret.

CAPUT SECUNDUM.

Victimæ paſchali ante jugulationem ſuum cuique hominum numerum aſſignandum, qui numerus vulgo ſodalitium diceretur. Certis è generibus hominum non conſtitui ſodalitium. Quis tandem in numero hominum aſſignando modus?

Exod. 12.4. §. I. VIctima paſchalis ſuo quæque numero hominum duntaxat jugulabatur. Nam ex iſto Legis edicto, *Pro ſua quemque ratione comedendi, ſubducto numero, ad iſtam pecudem admittetis*, ſatis intelligitur, viventi pecudi certum quendam hominum * numerum aſſignandum: hic, ſcilicet, aſſignatus

que pecudem in ſacrum paſchale comparatam ad lecti pedes deligarant. Ægyptii ſciſcitari, quò vobis iſtuc? Ad ſacrificandum nomine Paſchæ: id nos voluit Deus: iſti fremere dentibus, audientes jugulatum iri quod in numero Deorum venerabantur, nihil audere tamen ne mutire quidem. Hoc ab eventu mirifico ſabbatum magnum appellatur. Hactenus in libro ſupra commemorato. Idem hoc eo libro, qui כל בו inſcribitur, In hoc inſunt omnia, ediſſeritur, & quidem titulo ſeparato סימן דין שבת הגדול De ratione ſabbati magni. Hic verò hiſtoriæ adjuncta nonnihil differunt. Idem refertur etiam in additionibus illis Talmudicis quæ תוספות dicuntur trac. de ſabbato, fol. 87. pag. 2. & ibi ſimiliter adjuncta hiſtoriæ paulum diſcrepant.

§. I. *Numerum aſſignandum.* De victima paſchali, quoniam ſancitum erat, ne quid in diem poſterum relinqueretur, porro neceſſe fuit, ut ei, priuſquam immolaretur, certus conſtitueretur epulonum numerus: alioqui hi illi familiares neceſſarii ad cœnam paſchalem negligenter expectarentur, ſæpe non venirent, & fere fieret, ut paſchale ſacrum negligentia temeratum igni cremaretur; Ita ratiocinatur ſcriptor noſter libro cui titulus Doctor Perplexorum, par. 3. cap. 46.

Sodali-

ſignatus victimæ paſchali numerus hominum eſt ille, qui paſſim * ſodalitium appellatur.

§. II. Unus aliquis homo ſi victimam paſchalem ſibi ſoli jugulaſſet, bene haberet; modo ut edendæ victimæ toti par eſſet: attamen ſi res eſſet in integro, cum eo, * ne ſibi ſoli victimam jugularet, ageretur; quia enim de ſacrificio paſchali ſcriptum legimus in numero multitudinis, *Faciunto illud.* Exod. 12. 47.

§. III. Victima paſchalis his ſolum cædebatur, qui eſſent eidem edendæ habiles. Cùm igitur aliquis ex illo ſodalitio * impubes eſſet, aut ſenio confectus, aut morbo conflictatus, ſi poſſet ad olivæ magnitudinem de victima comeſſe, hæc ejus nomine cæderetur: ſin minus, non cæderetur ejus nomine. Nam Legis illud, *Pro ſua quemque ratione comedendi*, declarat neceſſe eſſe, ut ſinguli ſint habiles edendæ victimæ paſchali. Ibid. v. 4. Fuerit igitur ſodalitium centum hominum, quorum nullus poſſet de victima paſchali comedere tantum, quanta eſt olivæ magnitudo, omnino victima paſchalis ei cæderetur nulla.

§. IV. Non conſtituebatur ſodalitium è mulieribus & ſervis, nec è ſervis & pueris impuberibus, ne quid incontinenter inter ſe facerent: conſtituebatur autem ſodalitium* è mulieribus ſolis etiam pro ſacrificio paſchali ſecundario: item & ſolis è ſervis: & ſi quo ſodalitio permiſti fuerint aliquot impuberes pueri, omnino victima paſchalis & eorum nomine mactabatur: verùm enim nullum conſtituebatur ſodalitium è pueris impuberibus ſolis, quippe qui ratione fere non utuntur. Nullum porro conſtituebatur ſodalitium ex ſolis hominibus ægrotis, nullum

Sodalitium appellatur. Et illud etiam, quod *Exod.* 12. v. 46. præſcriptum videmus בבית אחד יאכל *Una in domo comedetur*, illud ab interprete Chaldæo verſum eſt בחבורה חדא *In una ſodalitate.*

§. II. *Ne ſibi ſoli victimam jugularet, ageretur.* *Joſephus* quidem, lib. 7. de bello Judaico, cùm id agit, ut expoſitum captivorum & peremtorum in obſidione Hieroſolymæ Judæorum numerum immanem reddat probabilem, recenſum Judæorum ſub Ceſtio per victimas paſchales à pontificibus actum deſcribens, ita dicit; Illi (pontifices) autem, cum dies feſtus adeſſet, qui Paſcha vocatur, quando à nona quidem hora uſque ad undecimam hoſtias cædunt; per ſingulas verò (hoſtias) contubernia non pauciorum decem virorum fiunt: ſolum enim epulari non licet, multi etiam viceni conveniunt.

§. III. *Impubes eſſet.* Liberi ab ortu ad pubertatem uſque קטנים Hebræis dicuntur: quod verbum cùm aliàs *parvos* ſonet, hoc loco rectè, ni fallor, latinè reddatur *pueri*, ut qua voce ad conſuetudinem latinam intelliguntur minores annis.

 §. IV. *Cum*

nullum è ſenibus ſolis, nullum è lugentibus ſolis. Nam homines iſti ſi poſſunt cibum capere, tamen non poſſunt capere multum: metuendum igitur erat, ne quid ex ſacrificio paſchali reliquum facerent, ídque temeraretur: quanquam ſi vitioſè mactata fuiſſet ejuſmodi ſodalitio victima paſchalis, bona foret tamen. Præterea autem nullum conſtituebatur ſodalitium è proſelytis ſolis. Nam iſti ne propter Legis inſcitiam ſacrum hoc * cum ſolicitudine ſuperſtitioſa facientes temerarent, periculum erat: attamen hujuſmodi ſodalitio ſi mactata victima paſchalis eſſet, legitima fuiſſet.

§. V. Si qui victimam paſchalem jugulaſſet vel hominibus antè ſacrificio non aſſignatis, vel iis, quorum omninò nullus poſſet edere id, quod æquaret magnitudine olivam; item ſi vel incircunciſis, vel inquinatis jugulaſſent eam, vitiaſſent: rurſus ſi quis eam jugulaſſet hominibus, quorum partim poſſent ad olivæ magnitudinem comeſſe, partim non poſſent; partim antea fuiſſent aſſignati, partim non fuiſſent; partim eſſent circuncisi, partim incircuncisi; partim denique puri, caſtíque, partim contaminati, bene haberet: nempe ritè comederent eam, qui forent idonei; reliqui verò perinde quaſi in mentem jugulantis non veniſſent, excluderentur.

§. VI. Victima paſchalis cùm fuerit circunciſorum hominum nomine cæſa, ſi porro ſanguis ejus altari inſpergeretur nomine circunciſorum ſimul & incircunciſorum hominum, temeraretur. Cautionem enim majorem habebat aſperſio, in qua ſacrificii ratio potiſſimum vertebatur. Quæ ſi victima cæderetur eadem pro ſacrificio paſchali circunciſorum & incircunciſorum piaculo, temeraretur, ea re; quia in aſpergendo ejus ſanguine de præputiatis hominibus cogitaretur. Si cæderetur eorum nomine, quibus erat edenda victima, tum altari ſanguis inſpergeretur non edentium nomine, ſacrificium foret idoneum quidem: ſed neutri præſcripto religionis munere defuncti fuiſſent; quippe quòd in aſperſione ſanguinis nihil cogitaretur de iis, à quibus erat comedenda victima.

§. VII. Ni-

§. IV. *Cum ſolicitudine ſuperſtitioſa.* Decretum hoc cum ſubjecta ratione videre licet apud tractatum Talmudicum פסחים de ſacris paſchalibus, fol. 91. pag. 2. Ibì hæc שמא ידקדקו ſubjectæ rationis verba utique ſuſpenſa ac dubia R. *Salomo Jarchi* dilucidè explicat ita, ut nos ea tranſtulimus.

§. VII. Nihil intererat, utrùm valeret quis dum victima paſchalis cæderetur, & idem ægrotaret dum altari ſanguis illius inſpergeretur; an è contrario malè haberet ad jugulationem, & eidem ad aſperſionem rectè eſſet: non fiebat victimæ paſchalis jugulatio, aſperſióque, niſi nomine ejus, qui ab ipſa jugulatione ad inſperſum altari ſanguinem victimæ, bellè haberet.

§. VIII. Pro ſuis cuique liberis adhuc impuberibus, item & pro famulis Chanaanæis, vellent, nollent, victimam mactare licebat: non erat autem in manu cuiquam, ut victimam iſtam mactaret pro liberis puberibus, pro famulis Hebræis, atque pro uxore, niſi prius annuiſſent: qui ſi, dum hac de re cum ipſis ageretur, ſiluiſſent quidem; verùm enim non renuiſſent, rem approbaſſe viderentur.

§. IX. Si quis pro liberis ſuis impuberibus, pro famulis Chanaanæis victimam paſchalem mactaſſet, tum & aliam ſibi ipſi mactaſſent, ſolemne hoc officium implerent eâ victimâ, quæ fuit à domino mactata.

§. X. Rurſus, ſi quis pro uxore ſua, pro ſuis liberis puberibus, pro familia ſua Hebræa agnum paſchalem mactaſſet, tum deinde mactaſſent alium ſibi ipſi, hoc utique modo quàm maximè renuiſſent: nec verò, niſi illâ victimâ, quam pro ſe ipſi mactaſſent, officium illud ſolemne exſequerentur.

§. XI. Mulieri domum viro deductæ ſi victimam paſchalem parens mactaſſet unam, & alteram vir, ſuam illa portionem de victima viri comederet. Eadem ſi hac primâ poſt nuptias ſolemnitate ad patrem vehementer properaret, ſic; ut fere pleræque omnes novæ nuptæ ſolent, atque ejus nomine mactaſſet pater agnum paſchalem unum, & alterum maritus, portionem ſuam id temporis de patris agno paſchali comederet; poſthac autem unde vellet, modò ut ad victimæ jugulationem ipſam ſibi locum eum, quem ſibi viſum fuerit, eligeret. Item ſi plures eſſent eidem puero orbo tutores, atque ſuam quiſque mactaſſet illi victimam paſchalem, portionem ſuam ex qua vellet victima comederet: ita ſe res haberet, ſi puer orbus impubes eſſet: ſin autem puber exiſteret, perinde eſſet, ut ſi quis duobus agnis paſchalibus fuerit aſſignatus: atqui duobus agnis paſchalibus ſi fuiſſet aſſignatus aliquis, is ex hoc, qui macta-

mactaretur primus, agno paſchali portionem ſuam caperet.

§. XII. Cùm ſervus aliquis communis eſſet duorum hominum inter ſe rei faciendæ ſocietate conjunctorum, hic, ſi domini magnopere curarent invicem, nihil ut eorum uni quidquam ademtum adderetur alteri, neutrius agno paſchali veſceretur: ſin eos hoc nihil moveret, ſervus ex cujus libuerit agno paſchali portionem ſuam comederet.

§. XIII. Jam ſi quis erat ex parte liber, & ex parte ſervus, is non veſcebatur agno paſchali domini: neque porro veſcebatur agno paſchali proprio ſuo, donec liber ex toto fieret.

§. XIV. Sed in hominum numero unicuique victimæ paſchali tribuendo quis tandem modus ſervandus erat? Ut ſingulis aſſignatis è victima ſuppeteret id, quod adæquaret oleæ magnitudinem. Atque ejuſdem victimæ paſchalis, uſquedum cæderetur, conſortionem inire, atque diſſolvere licebat: cùm primùm cæſa fuerat, ejus è conſortio deinceps eximere ſeſe poterat nemo; quippe quòd victima hominis ſuo loco, numeróque aſſignati nomine cæſa fuerit. Quod ſi victimæ paſchali juſtus hominum numerus daretur unus, & item alter; primus hominum numerus, ſiquidem ſingulis eorum pro oleæ magnitudine ſuppetebat è victima, victimam comedebat, nec quidquam cauſæ erat, cur iſti ſacrum paſchale ſecundarium facerent: & qui numerus hominum erat additus ſecundò, quoniam è victima ſingulis eorum ad oleæ magnitudinem obvenire non poterat, prorſus ex ea comedebat nihil, atque Paſcha ſecundum ageret, oportebat.

§. XV. Si quis in ſuam ipſius è victima paſchali portionem admiſiſſet & alios, ignaro, inſcióque toto ſodalitio, ſodalitium ex aſſa victima propriam illi partem ad tempus edendi daret, licebat: tum idem reliquo ſuo ſibi veſceretur: ille cum hominibus poſtmodum aggregatis portionem ſuam conſumeret. Similiter erat ſodalitio in manu, ut edaci homini, quem caſu in gregem ſuum recepiſſent, partem ſuam ſeorſim vorandam tribuerent, atque reliquum abſque illo communiter inter ſe minutatim modeſtéque comederent: at homini ſobrio ſuam è victima paſchali portionem ſeparatim dari jus non erat.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

De hominibus delegatis immolationi victimarum paſchalium.

§. I. SI famulo ſuo quis ita dixiſſet, i, macta mihi victimam paſchalem, hic hœdum hero mactaſſet, cùm agnum immolare quotannis aſſoleret; contráve cùm herus hœdum immolare conſueviſſet, hic ei mactaſſet agnum, nihilo ſecius eo * veſceretur herus: neque enim famulo explicatè edixerat, ut certo pecudum è genere victimam hanc ſibi mactaret. Qui ſi famulus hœdum ſimul & agnum immolaſſet, herus neutrum ederet; ſed * igni conſumerentur ambo: neque enim homo unus & idem duabus aſſignari victimis paſchalibus poterat. Rurſus ſi rex, ſi regina ſuo miniſtro mandaſſet, ut ſibi victimam paſchalem immolaret, atque ab iſto hœdus & agnus immolaretur, victimâ veſceretur eâ, quæ prior ad immolandum fuiſſet; id adeo, ut majeſtas illa ne commoveretur.

§. II. Si quis procuratori ſuo mandaſſet, ut immolaret ſibi victimam paſchalem, huícque nominatim dixiſſet hœdum, aut agnum, tum hoc excidiſſet è memoria procuratori; hic ut hœdum mactaret & agnum neceſſe erat, & idem hoc effaretur; ſi dixit hœdum mihi, qui rem mandavit, ejus erit hœdus, agnus autem meus: ſin agnum ille mihi dixit, agnus erit illius, meus autem hœdus. Si quod dictum erat excidiſſet ei, qui rem mandaverat, immolatæ victimæ igni conſumerentur ambæ. Quod ſi procurator mandati memoriam amiſiſſet ante, quàm victimæ ſanguis

§. I. *Veſceretur herus.* Eſt in illo tractatu Talmudico, qui קדושין inſcribitur, Uxorum dicatio, in ſecundi capitis initio, שלוחו של אדם כמותו Allegatus perſonam ſuſtinet allegantis, adeo, ut quod ipſe mandatum accepit & alii dare queat: atqui huc facit illud Chriſti Domini ad Apoſtolos apud *Matt.* 10. 40. *Qui vos accipit, me accipit; & qui me accipit, accipit eum, qui me miſit.* Hoc Talmudiſtarum placitum, quoniam fundamentum eſt eorum, quæ hoc capite toto diſſeruntur, hic annotatum volui.

Igni conſumerentur ambo. Omnino ſacra temerata tribus locis comburebantur, id quod & apud tractatum talmudicum eum, qui זבחים, Diſputatio de ſacrificiis inſcribitur, cap. 12. fol. 104. pag. 2. & apud ſcriptorem noſtrum, cap. 7. tractatus quinti libri ſuperioris de cultu divino, ar. 3. enarratur. Erat unus eorum in atrio ipſo: alter in monte ædis, cui nomen erat caſtro: tertius extra Hieroſolymam erat, qui Cineris receptaculum dicebatur.

ſanguis inſperſus altari fuerat, ambo Paſcha ſecundum agerent, oportebat: ſin poſt aſperſionem ſanguinis demum procuratorem mandata res fugiſſet, nihil erat, quòd Paſcha ſecundum agitarent. Idem jus erat ſi ſervo ſuo juſſiſſet aliquis, ut ſibi victimam paſchalem mactaret, genúſque pecoris denotaſſet, & ſervus pecudem ab hero denotatam obliviſceretur: at huic neceſſe erat, ut paſtor heri daret hœdum & agnum, atque ita diceret, tu mactato hos ambos, ut eorum alter ex domini juſſu mactetur; alter tuus ſit ſic, ut in eo nihil juris habeat herus: quod paſtor cùm feciſſet, tum deinde victimis poterat illas, de quibus ante dictum eſt, cautiones adhibere ſervus.

§. III. Si ſodalitium uni alicui dixiſſet, i, macta nobis victimam paſchalem; ille contrà, vos mactate mihi, tum hi mactaſſent unam, & alteram ille; omnes veſcerentur eâ victimâ, quæ eſſet immolata prior, poſterior igni cremaretur.

§. IV. Sodalitium ſi victimam paſchalem ſibi delectam amiſiſſent, atque alicui mandaſſent, ut eam perquireret, ſimul & inveſtigatam in commune mactaret, hic amiſſam reperiſſet, mactaſſet, atque interea comparaſſent aliam & ipſi, mactaſſéntque; ratio tenebatur iſta: ſi ab illo inveſtigatore ſua victima immolata prior eſſet, hac & ipſe, & cæteri unà veſcerentur, altera cremaretur: ſin autem victima cæterorum eſſet immolata prior, hi ſuâ victimâ ſeorſim veſcerentur, & inveſtigator ille ſuâ: ſin utra victimarum fuiſſet immolata prior incertum eſſet, aut ambæ ſi fuiſſent immolatæ pariter, inveſtigator ille victimâ ſuâ veſceretur excluſis cæteris, & cæterorum victima igni aboleretur: Sedenim iidem ut Paſcha ſecundum agerent, nihil opus erat.

§. V. Si is, cui mandatum erat, ut victimam paſchalem amiſſam quæreret, ac repertam, in commune mactaret, ſodalitio dixiſſet, at ſi nimium moror, vos immolate victimam, & ejus me participate, poſthac idem hic amiſſam victimam recuperâſſet, mactaſſet; illi verò comparaſſent aliam, immolaſſéntque, res ita peragebatur: ſi victima illorum fuerat immolata prior, & ipſi ſuâ victimâ veſcerentur, & unà cum ipſis etiam hic, qui victimam amiſſam inveſtigarit; ac victima poſteriùs immolata cremabatur: ſin inveſtigator iſte ſuam victimam prior immolaſſet, hic ſuâ, & illi ſuâ veſcerentur: ſi non

ſatis

ſatis conſtaret, utra prior immolata fuerit: item ſi ſimul immolatæ fuerint ambæ, ſua victima veſcerentur illi, quibus inveſtigator hic non adjungeretur; hujus autem victima conſumeretur igni: verum enim hic ut Paſcha ſecundum ageret, non neceſſum erat.

§. VI. Sodalitium ſi victimam paſchalem amiſiſſet ſuam, & ſuam amiſiſſet etiam unus aliquis, atque hic illis dixiſſet, vos meam inveſtigate victimam, & repertam mactate nobis communem; illi contrà, tu noſtram quære victimam, atque inveſtigatam immola nobis inter nos conjunctis ac conſociatis, poſtea victimam hic inveſtigaſſet, inveniſſet, immolaſſet, & illi quoque victimam reperiſſent, immolaſſent, omnes unà veſcerentur eâ victimâ, quæ prior immolata fuerat, altera cremaretur. Quod ſi ambigeretur, utra victimarum immolata prior eſſet, item ſi ſimul immolatæ fuiſſent ambæ, ambæ cremarentur: neque tamen iſti Paſcha ſecundum celebrare cogebantur homines. Si hic & illi pariter iſſent quæſitum victimam amiſſam, nec quidquam ſibi dixiſſent invicem, cùm apud animum ſtatuerint immolandâ victimâ ſi qua reperta fuerit, ſe ſibi mutuò inſervituros eſſe, cùm indicarint atque innuerint, cùm verba fecerint, ex quibus ſic ſatis intelligeretur inventam victimam utriſque communiter ab utriſque mactatum iri, niſi animi ſententiam apertè declararint, atque inter ſe communicarint, nihil ſibi mutuò præſtabant.

§. VII. Si victimæ paſchales duæ duorum ſodalitiorum fuiſſent inter ſe confuſæ, oportebat, ut prius quàm immolarentur, earum unum caperet ſodalitium unum, & ab altero caperetur altera, deinde ſodalis unus ex horum duorum ſodalitiorum uno quoque commearet ad alterum, tum utrumque ſodalitium huic, qui ad ſe tranſiſſet, ita diceret; Si victima paſchalis iſta noſtra fuerit, conſortio tua tuæ victimæ deducta noſtræ nunc addatur iſti: ſin tua victima paſchalis ſit iſta, conſortionem noſtram noſtræ victimæ deductam huic tuæ jam nunc addimus. Simili modo fiebat cùm idem hoc evenerat ſodalitiis quinque, quorum in uno quoque quinque homines ineſſent, itémque ſi contigiſſet ſodalitiis decem, quorum in uno quoque decem eſſent homines, ex horum ſodalitiorum uno quoque traducebatur in unum quodque ſodalis unus, his con-

ceptis verbis res tranſigebatur, atque victimæ cædebantur.

§. VIII. Cùm hominum omnino duorum duæ victimæ paſchales erant inter ſe permiſtæ, permiſtarum victimarum unam ſumebat iſtorum unus, & alter alteram: tum uterque ſibi ſuæ victimæ participem de foro adjungebat aliquem, ut ſodalitia conſtituerentur duo: poſt unus è duobus iſtis ad illos abibat, & redibat unus ex duobus illis ad iſtos: & utrobique cum eo, qui venerat ex altero ſodalitio tranſigebatur in hæc verba. Si eſt, ut victima paſchalis iſta mea ſit, conſortio tua tuæ victimæ ademta huic meæ victimæ addatur: ſin eſt autem, ut tua ſit iſta victima, conſortio mea victimæ paſchali meæ ademta addatur huic tuæ victimæ: ita fiebat, ut omninò perderent nihil.

§. IX. Si coria quinque victimarum paſchalium ad totidem homines pertinentium fuerint inter ſe permiſta, tum in eorum uno * verruca reperiretur, prorſus iſtæ victimæ cremarentur omnes: quæ ſi coria confunderentur ante ſanguinis aſperſionem, altera victima paſchalis ab hominibus iſtis immolaretur utique: ſin poſt ſanguinis aſperſionem demum confuſa coria fuiſſent, homines eximerentur ab alterius victimæ paſchalis immolatione. Quid enim? Singulíne victimam paſchalem immolarent aliam? At ſic is, cujus primum illud ſacrificium fuerat idoneum, deinde profanum quid in atrium inferret. An uni alteri victimæ paſchali ſimul aſſignarentur omnes? At tum ea victima mactaretur etiam hominis ejus nomine, qui ſacrificium illud non debebat: quod cùm fieret, idem fieret, ac ſi mactaretur hæc eadem victima pro homine non aſſignato. An verò ſuam quiſque victimam denuò mactaret hac conditione, ut ſi paſchalis non eſſet, eſſet certè pacifica? At illius ſanguis in altare fundendus, hujus erat inſpergendus altari: atqui cùm res erat in integro, inſpergendus altari ſanguis, in altare neutiquam fundendus erat: quapropter homines iſti ab immolatione ſecundæ victimæ paſchalis eximebantur.

§. IX. *Verruca reperiretur.* Vide quod ſuperiori capite ad articulum 18. de verruca dictum eſt.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

Quid fieret ſacrificio paſchali temerato? Item quid fieret reſiduo pecuniæ eò ſacratæ, ut in paſchale ſacrum inſumeretur?

§.I. QUoniam tractatu de ſacris temeratis hoc jam à nobis expoſitum eſt, victimam paſchalem nullo prorſus alio, quàm ſuo ipſius & dominorum nomine cædendam eſſe: ſi quis eâ cædendâ de nomine cogitaſſet alieno, ſacrum eſſe temeratum: nunc illud habemus hac de re dicere. Si quiſpiam victimam paſchalem pro ſodalitio jugulaſſet, & idem hic aliquo poſt tempore ſodalitatem eam certiorem faceret ſe victimam illam paſchalem ejus alieno nomine mactaſſe, fidem ejus orationi tribueret iſta ſodalitas, ſiquidem hominem alioqui dignum exiſtimaret, cui crederetur: ſi verò ſecus ei videretur, æqui ratio poſtularet quidem, ut homini nulla fides haberetur: verùm ſi ſodalitas iſta nimio quodam religionis ſenſu commota victimam paſchalem mactaret aliam, laudabilis utique foret.

§. II. Si victimæ paſchalis eſſe contaminatam carnem compereretur ante ſanguinis aſperſionem, ut exta pura forent, tamen ſanguis altari non erat inſpergendus. Neque enim alia de cauſa, niſi ut comederetur, victima paſchalis mactabatur: ſi ſanguis inſperſus eſſet, irrita infeſtáque fuiſſet aſperſio. Quòd ſi poſt inſperſum altari ſanguinem denique cognitum eſſet carnis inquinamentum, aſperſio rata gratáque fuiſſet: nimirum aurea ſummi * pontificis illa lamina piabat ſacratæ carnis inquinamentum ignoratum, compertum ac cognitum non piabat. Si partes victimæ paſchalis aliquæ contaminatæ fuiſſent, hæ cremarentur; puræ comederentur. Si fuiſſent exta polluta, manſiſſet autem pura caro, inſpergeretur altari ſanguis, & ſub veſperum caro comederetur. Si, poſt cæſum agnum paſchalem, immolatores inquinarentur ipſi, victimæ ſanguis altari non

§.II. *Pontificis illa lamina*, quæ eadem & corona ſancta nominatur, *Exod.* c. 39. v. 30. Eodem nomine appellatur & à *Joſepho*, lib. 8. Antiq. Enumeratis & explicatis ornatus ſacerdotalis multis & variis rebus; Corona verò, inquit, qua *Moſes* inſcripſerat Deum, una fuit, & ad hunc uſque diem permanſit.

non erat inſpergendus: qui ſi fuiſſet inſperſus, aſperſio nefaſta, dira haberetur: igitur hos immolatores Paſcha ſecundum agere jus erat. Etenim hominum immolantium ipſorum inquinamentum aurea illa ſummi pontificis lamina non expiabat, niſi ſi eſſet * inquinamentum illud profundi quod dicitur, ſicut tractatu de ratione adeundi templi diſſeruimus.

§. III. Victima paſchalis ſi die decima quarta menſis Niſan vel exportaretur Hieroſolymis, vel inquinaretur, extemplo conſumenda fuit igni. Si contaminarentur immolantes, ſi morerentur, ſi diſſolverent initum ſacri conſortium, cum horum labes, itémque mors accidiſſet ante ſparſum ſanguinem victimæ, victima tamen aſſervaretur interea, dum ſpecies ejus immutabatur, tum deinde cremabatur. Hæc igitur erat regula, vitium in corpore cùm ineſſet ipſius hoſtiæ, actutum cremabatur: cùm in ejus ſanguine, cùm in immolantibus exiſteret, poſt immutatam ſpeciem hoſtia demum inflammaretur: fuerit igitur, qui victimam paſchalem jugulaſſet poſtea, quàm reſcierat ſodalitium huic victimæ conſtitutum prorſus eſſe diſſolutum, emortuum, inquinatum, atque adeo in Paſcha ſecundum rejiciendum, iſta victima quidem continuò cremanda fuit: nec verò quod immolantes eſſent inquinati victima cremanda fuit, niſi prorſus inquinati fuiſſent omnes: cùm verò contaminati fuerant eorum aliqui tantùm, reliqui puri adquirebant & immundorum portionem: quamvis enim partim eorum inquinarentur poſtea, quàm veſci victima paſchali jam cœperant, nihilominus eorum portionem adipiſcebantur cæteri, ſiquidem ipſi nihil dum de victima deguſtarant: verùm ſi ſimul omnes victima paſchali veſci cœpiſſent, tum eorum aliqui contaminarentur, reliqui puri portionem immundorum non adipiſcebantur: comedebant illi ſuam: immundorum autem portio cremanda fuit: eadémque ratio tenebatur, ſi morerentur immolantium aliquot. Si qua victima paſchalis inquinaretur tota, aut ex majori parte,

* apud

Inquinamentum illud profundi. Inquinamentum profundi nihil eſt aliud, quam inquinamentum incompertum; ſic enim explicatur apud tractatum Talmudicum, qui פסחים inſcribitur, Diſputatio de ſacris paſchalibus, cap. 7. fol. 81. unâ & alterâ paginâ; tum ibid. à R. *Salomone Jarchi*, fol. 80. pag. 2. & à ſcriptore noſtro, tract. de Nazaræatu, cap. 6. ar. 10.

§. III.

* apud templum ipſum cremabatur coram omnibus: pudore videlicet cuncti ſuffundebantur, quo majorem victimæ paſchali cautionem adhiberent. Jam victima temerata cremabatur illa quidem lignis, ſed ex altari ſumtis: ne ſi ſua quiſque ligna præbuiſſet, ac poſt abſumtam victimam quidpiam ex igni reliquo domum reportaret, ſuſpicio eſſet illum aræ aliquid intervertiſſe & ad ſeſe tranſtuliſſe: quamobrem ſi vellent eam ſtipulâ cannâque crematam, atque adeo propriâ ſuâ, id facere licebat. Rurſus cùm pars minor victimæ paſchalis eſſet inquinata, cùm eſſet ex eadem relictum quid ultra præfinitum tempus, id domini ſuis in ædibus urerent lignis propriis, non item lignis ad aram pertinentibus, ne ſi quid horum apud eos ſuperaret, hoc deinceps ſuum ad uſum adhibentes ſeſe ſacrilegio obſtringerent.

§. IV. Si quis victimam paſchalem ſuam conſtituiſſet aut beſtiam feminam, aut marem bimum, pecus iſta relegabatur ad paſtum donec aliquo vitio afficeretur, tum venum ibat, & confecto inde argento victima paſchalis emebatur alia: quæ ſi pecus non eſſet vitiata, niſi poſt victimam paſchalem aliam ab eodem mactatam, argentum ex illa confectum impendebatur * in ſacrum pacificum.

§. V. Si

§. III. *Apud templum ipſum.* Eſt hic in editione Veneta in folio parvo, anni 1574. mendosè excuſum לִפְנֵי חֲבוּרָה, pro לִפְנֵי הַבִּירָה, id quod videre licet cùm in adjunctis ſcriptoris noſtri textui commentariis illis, quibus כסף משנה nomen eſt; tum etiam in Miſna, tract. de ſacris paſchalibus, fol.81. pag.2. unde totum hoc derivatum eſt, & apertè legitur לִפְנֵי הַבִּירָה. Ac בִּירָה quidem baſilica, regia, palatium eſt: ſed iſtud pro cognomine nomen templo Hieroſolymitano datur, 1 *Paral.* cap. 29. v. 1. ſemel, & iterum, v. 19.

§. IV. *In ſacrum pacificum.* Omnino hoc ſacrificii genus שְׁלָמִים dici, non à ſalute, ſed à pace ſcriptores Hebræi volunt omnes: verùm enim R. *Bechai* unum ex omnibus laudaſſe ſat erit. Is igitur *Levitici* capite ſeptimo, ad verſum ſeptimum & triceſimum, hoc, inquit, verſu primùm enumeratur ſacrificium ſolidum: meritó. Nam id ſacrorum omnium eſt longè præſtantiſſimum: poſtremò ſacrificium pacificum; quia enim finem convenit eſſe pacem, quæ univerſum hoc continet. Itaq; ſapientiſſimi doctores illi noſtri commodè dixerunt genus id ſacrificii ideo nuncupari שְׁלָמִים quod pacem in orbe conficiat: tum idem pergit: notum eſt ob pacem conciliandam inter conjuges Dei nomen auguſtum fuiſſe delendum, Etenim pax res eſt præ cæteris amanda: ex quo viri ſynagogæ magnæ, qui nobis compoſuerunt ſolemnem illam precem, quæ vulgo precationes duodeviginti nominatur, pace hanc concluſerunt: nam extremæ precationis clauſula his eſt concepta verbis, Laus tibi, Domine, qui populum tuum Iſraeliticum pace donas.

§. VII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. V. Si mortem oppeteret aliquis poſtea, quàm victimam paſchalem ſuam conſecrarat, non illam hujus filius victimæ paſchalis nomine, ſed pacificæ mactabat: quod ſi particeps eſſet paternæ victimæ paſchalis filius, eam nomine victimæ paſchalis etiam tum mactabat. Sic erat enim, ſi pater mortem occubuiſſet decima quarta die Niſan poſt meridiem: ſin autem ante meridiem occubuiſſet, filius Paſcha ſecundum expectaret, oportebat: etenim fuiſſet ille lugens, quemadmodum inferius diſputabitur: idem igitur hanc ipſam victimam paſchalem ad Paſcha ſecundum mactaret.

§. VI. Si quis victimam paſchalem ſuam amiſiſſet, reperiſſétque; ſed poſtea, quàm in amiſſæ locum ſubſtituiſſet aliam, atque duas pro una conſecratas & paratas haberet, nomine victimæ paſchalis mactaret utram earum mallet, & altera ſacrificium pacificum faceret: qui ſi poſt jugulationem denique ſubſtitutæ victimæ paſchalis victimam amiſſam reperiſſet, hac ipsâ ſacrum pacificum conficeret. Item ſi cum hac victima, quæ poſt jugulationem ſubſtitutæ victimæ paſchalis demum reperta fuerat, beſtiam mutaſſet aliquam, & commutatâ quoque beſtiâ ſacrum pacificum fieret. Nam ante jugulationem hujus ſubſtitutæ victimæ paſchalis cùm ſuperior reperta fuerat, quoniam ita reperta ſacrificio paſchali æquè & pacifico erat idonea, ſicut ante poſuimus, ſi cum ea commutaretur aliqua beſtia ſeu ante, ſive poſt jugulationem victimæ ſuccedaneæ, commutata illa beſtia non immolabatur; ſed paſcebatur uſque, dum vitiaretur, tum ejuſdem pretio victima pacifica emebatur.

§. VII. Et victima paſchalis cùm inveniretur anniculâ major, & victima pacifica, quæ * victimæ paſchalis causâ mactabatur, cunctis ſacris pacificis ſimiles erant ad omnia. Requirebant igitur * manuum impoſitionem, libamina, pectoris ac femoris

§. VII. *Victima paſchalis cauſa mactabatur.* Hoc idem tractatu פסחים de ſacris paſchalibus. fol. 96. pag. 2. R. *Salomo Jarchi* exponit id genus ſacri, quod חגיגה, *ſacrum ſolemne diei decimæ quartæ Niſan* dicebatur, quod fere conjungebatur victima paſchali ſic, ut inferiùs explicabitur.

Manuum impoſitionem, &c. Commemoratur hic tota fermè ſacrorum religio, de qua præclarè R. *Bechai* quidem commentariis ſuis in *Leviticum* ad verſum 9. capitis primi. Sacrificiorum finis, inquit, hominis erat utilitas. Nempe voluit Deus Optimus Maximus, ut homo tantarum rerum præſtantia excellens, cujus causâ hæc omnia, quæ cernuntur, facta ac conſtituta ſunt, ad animi & rationis cultum ſeſe applicaret totus, ſic; ut peccati foret expers, velut unus è miniſtris cœleſtibus: & ſi dominatu inſitæ cupiditatis culpam commeruerit, hujus

femoris agitationem, quæ eadem in idonea victima paſchali non requirebantur.

§. VIII. Victima paſchalis ſi confunderetur victimis pacificis, omnino ſacra pacifica fiebant omnibus: ſi cum alio victimæ genere confunderetur, relegabantur ad paſtum uſque dum vitio corriperentur: porro quanti vænierat earum optima, tantidem illius generis victimam juxta, atque victimam pacificam emtam oportebat: jam quod erat in alterius victimæ pretio damnum, id præſtabat qui victimam ad ſacrificium faciendum præbuerat, quemadmodum in diſputatione de ſacris temeratis docuimus. Eadem ſi confunderetur primitiis animantium, omnes ad paſtum relegabantur donec eſſent affectæ victio, atque comedebantur eodem ritu, ac beſtia primogenita, quæ vitio correpta fuit: tum in medium adducebatur lecta pecus, quæ par eſſet miſtarum præſtantiſſimæ: ſuper hac verba iſta ſolemnia effabatur victimæ dominus: ubi, ubi victima paſchalis erit, ejus dedicatio pecudem in iſtam inceſſito: poſt iſtâ ſacrificium pacificum fiebat, ſi prius alia victima paſchalis mactata fuerit.

§. IX. Victimam paſchalem ſi quis advenarum * ſacrarit necdum ceremoniis Judæorum initiatus, atque initiaretur: Si famulorum aliquis necdum manumiſſus, atque manumitteretur: ſi puer duobus illis pilis pubertatis indicibus necdum indutus, atque indueretur; ea quidem nomine victimæ paſchalis mactaretur. Nimirum animantes vivæ; ut in diſputatione de ſacris temeratis tradidimus, neutiquam rejiciebantur.

§. X. Si quis ſummam argenti eò conſecraſſet, ut in victimam

hujus eum pœniteret; idémque naturam ſuam mancam & imbecillam agnoſceret, & vim divinam abſolutè perfectam, & undique beatam: hujus adeo numini reſtitiſſe, ac corporis & animi ſui ſe operâ in eam peccaſſe doleret. Jam quidquid ab homine oritur, omnino tribus in rebus conſiſtit, in conſultis, dictis, ac factis. Ob hunc igitur triplicem peccandi modum Lege cautum erat, ut qui aliquid in ſe admiſerat, victimam ferret, & huic manus imponeret, id quod ſignificaret pravè factum: ut ore peccatum confiteretur, id quod pravè dictum ſpectaret: ut hoſtiæ adeps, renes, & reliqua præcordia, quæ ſunt conſilii ſedes, adolerentur, id quod referretur ad conſilium pravè initum: itáque tribus hiſce rebus lueretur triplex peccati genus. Præterea autem opus erat, ut quivis hoſtiæ ſuæ ſanguinem loco proprii ſuíque ſanguinis inſpergeret, & ſic in animum induceret ſuum ſe peccando meruiſſe, ut morte multaretur.

§. IX. *Sacrarit.* In textu legas המפריש quod eſt *ſepararit.* Nempe offerebatur Deo nihil neque inanimum, nec animatum ex incerto: quidquid offerendum erat, id antea cunctis à rebus ſeparatum reponebatur, neque

mam paſchalem impenderetur, & ſecundum emtionem è pecunia ſuperaſſet aliquid, reliquum illud inſumeretur in ſacrum pacificum. Si quis autem aſciverit ſibi ſocios ſuæ victimæ paſchalis, ſuæque ſolemnis hoſtiæ, quod pro portione ſociorum acceperat argentum, profanum fuerit. Addatur huc & illud, cùm agnum victimæ paſchalis nomine conſecraverat unus, & alter dedicarat argentum, quod eſſet in ſumtum victimæ paſchalis, húncque pro conſecrato argento participem ſuæ victimæ paſchalis ille fecerat, nihilominus argentum iſtuc profanum fiebat tamen: etenim hac conditione victimas paſchales, & hoſtias ſolemnes ſuas, ſuáſque pecunias ſumtibus victimarum paſchalium, & hoſtiarum ſolemnium ſuarum Iſraelitæ dedicabant.

§. XI. Et lignum id, quod in torrenda victima paſchali ad Paſcha conſumebatur, & panis azymus, amaráque olera, quoniam hæc erant victimæ paſchalis neceſſarii paratus, in ipſius victimæ loco ducebantur. Si quis igitur aſciviſſet ſibi victimæ paſchalis ſuæ ſocios, & eorum è pecunia eò conſecrata, ut in victimam paſchalem inſumeretur, porro quid caperet, ut hos eoſdem panis azymi quoque atque olerum amarorum ſuorum participes faceret, aut lignorum in aſſanda paſchali conſumendorum; & iſta pecunia profana fieret.

neque porro cum aliis miſceri licebat. In hac ſeparatione vertebatur conſecratio rerum: hinc adeo הפריש, quod ſi ad verbum interpreteris nihil eſt aliud, quàm *ſeparare*, paſſim invenias eò deduci, ut ſignificet rem Deo ſacrare. Eundem fuiſſe rerum conſecrandarum morem Ethnicis à *T. Livio*, lib. 31. cap. 9. demonſtratur. Quum, inquit, delectum conſules haberent, pararéntque quæ ad bellum opus eſſent; civitas religioſa, in principiis maximè novorum bellorum, ſupplicationibus habitis jam, & obſecratione circa omnia pulvinaria facta, ne quid prætermitteretur quod aliquando factum eſſet, ludos *Jovi* donúmque vovere conſulem, cui provincia Macedonia eveniſſet, juſſit. Moram voto publico *Licinius* pontifex maximus attulit, qui negavit ex incerta pecunia vovere debere. Si ea pecunia non poſſet in bellum uſui eſſe; reponi ſtatim debere, nec cum alia pecunia miſceri: quod niſi factum eſſet, votum rite ſolvi non poſſe. Et paulo poſt; Toties ante ludi magni de certa pecunia voti erant.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

De cauſis Paſchæ ſecundi.

§. I. SI quis immundus eſſet tum, cùm mactabatur victima paſchalis, cujus ſcilicet hominis nomine victimam iſtam mactari non licebat: ſi quis Hieroſolymis longè remotus: ſi quacunque vi oppreſſus: ſi denique imprudens primo Paſchâ paſchale ſacrificium non feciſſet: is victimam paſchalem ad decimam & quartam diem menſis ſecundi mactaret ſub veſperam. Quæ quidem victima paſchalis, ut mactaretur, præceptum jubens ſeparatum quoddam erat, quod etiam ſabbatum elevabat. Neque enim Paſcha poſterius ſuperioris complementum; ſed per ſe ipſum ſolemne feſtúmque tempus erat: itaque id qui non ritè celebraſſent, exitio multabantur.

§. II. Si quis igitur aut per imprudentiam, aut per oppreſſionem non immolaſſet ad Paſcha primum, idemque deinde contumaciter non immolaſſet ad alterum, pœna ejus eſſet exitium: ſin idem hic ad alterum quoque Paſcha incogitans, oppreſſúſque vi fuiſſet, impunè eſſet. Si quis ad Paſcha primum prudens non immolaſſet, is immolaret ad alterum: ſi nec ad alterum immolaſſet quamvis imprudens, tamen exitio puniretur: hic enim homo nec rem divinam ſtato tempore feciſſet, & ſe contumacem præbuiſſet. Rurſus, ad Paſcha primum ſi quis immundus, aut ab urbe Hieroſolyma longè remotus non immolaſſet, cùm porro ad Paſcha ſecundum ſciens & prudens non immolaſſet, tamen exitio non coercebatur. Hic enim ad Paſcha primum jam erat exitio liberatus.

§. III. Si cujus hominis Hieroſolymâ longè remoti nomine cæſa victima paſchalis eſſet, ejuſque ſanguine altare reſperſum, nihil ei proderat, ut Hieroſolymam veſperi veniſſet: hic igitur ut alterum Paſcha celebraret, oportebat.

§. IV. Immundus homo, cui in manu erat, ut ſe purificaret ad Paſcha primum, ſi non luſtrarit ſe, ſed in inquinamento remanſerit uſque, dum prætériſſet hora ſacrificii faciendi:

item homo præputiatus ſi noluerit ſe circuncifum donec ſacrificii ſaciendi tempus ceſſiſſet, iſti quidem prudentes ad Paſcha primum immolationem agni paſchalis omiſiſſent: qui ſi rurſus eam ad alterum Paſcha vel imprudentes omitterent, exitio multarentur.

§.V. Sicut propria cujuſque circuncifio infecta obſtabat, quominus ſacrificium illud paſchale faceret; ita ſuorum cuique filiorum impuberum, cunctorúmque ſervorum, puberum, impuberum infecta circuncifio impedimento erat: eſt enim in
Exod.12.48. Lege, *Omnes ſuos mares circunciſos habeto, tum ad hoc (ſacrum) faciendum aggreditor.* Et ſi quis ante circunciſos iſtos victimam paſchalem mactaſſet, vitioſa victima foret. Similiter ſuarum cuique * ancillarum infecta lotio, qua in ſervitutem aſtringebantur, impedimento erat: id enim nobis quaſi per manus traditum eſt, hanc lotionem eodem modo in ancillis, quo circuncifionem in ſervis ſe habere.

§. VI. Nec verò vel infecta circuncifione ſervorum, vel ancillarum infecta lotione dominus adhuc puer impubes impediebatur, quominus victimæ paſchalis ſocius adjungeretur aliis:
Exod.12.44. nam quod in Lege dicitur, *Quivis autem viri ſervus*, id puerum impuberem excludit utique.

§.VII.

§. V. *Ancillarum infecta lotio*, &c. Namque homo peregrinus Judæo in ſervitutem cum emebatur itidem, ut alienigena ceremoniis Judaicis ſeſe cùm addicebat, præter circuncifionem maribus imperatam, abluendo corpore initiandus Deo vivo, atque ſacrorum religione obligandus erat, id quod diſputatur & apud Talmud Hieroſolymitanum capite ſecundo tractatus de proſelytis, & apud Talmud Babylonium tractatu יבמות de officiis leviri adverſus viduam fratris ſine liberis emortui, capite quarto ſub finem, & apud ſcriptorem noſtrum tractatu de concubitibus interdictis, c. 13. ar. 11. & cap. 14. ar 9. Hoc nimirum eſt illud, quod inchoata converſio ad Deum verum dicebatur. Porro autem idem hic peregrinus Judæo in ſervitutem emtus cùm manumittebatur, tum altero baptiſmate initiabatur: quo facto, fuit ejus ad Deum abſoluta converſio, atque adeo cunctorum Iſraelitarum ſimilis erat. *Joſephus* quidem lib. 4. antiq. ubi narrat ordine præcepta Judæis data, horum illud, quod ſcriptum videmus *Deut.* cap. 31. *Septimo quoque anno vertente*, & quæ ſequuntur, ita commemorat, ut verbum iſtud וגרך quod eſt propriè peregrinus, & fere locum habet in eo, qui ab alieno populo ortus & eductus ſponte Judaicis ſe ceremoniis addixerat, *ſervos* reddat. Idem hic ſub finem ejuſdem libri, ubi laudat id quod *Deut.* cap. 29. v. 10. ſcriptum videmus, iterum hanc vocem וגרך, *ſervos* vertit, & rectè vertit: nam eò loci & apud textum ſacrum huic voci וגרך continuò velut explicatio quædam ſubjicitur *cùm lignatores, tum aquatores.* Nempe ſervitia æque, ac proſelyti ſacris initiabantur, fœminæ lotione; mares autem circuncifione pariter & lotione. Et verò circuncifio cùm primùm imperata fuit credentium patri, non ille ſe & ex ſe natos, ſed & ſervos quoque ære ſuo emtos juſſus eſt circuncidere.

§. VII. Si inter Paſcha primum & ſecundum Judæorum religioni ſeſe peregrinus addixiſſet: ſi puer impubes inter unum & alterum Paſcha pubeſceret, ab utroque Paſcha ſecundum celebrari jus erat: quanquam ſi pro eorum altero immolatum eſſet ad Paſcha primum, is porro ſolutus erat.

§. VIII. Mulieres ſi per oppreſſionem, per imprudentiam, per inquinamenti, per itineris longi cauſam ad ſecundum Paſcha detruderentur, omnino Paſcha ſecundum ſolutum ipſis erat: immolabant, ſi vellent; ſi nollent, non immolabant. Quamobrem ad Paſcha ſecundum pro ſolis ejuſmodi mulieribus victimam paſchalem ſabbato mactare nefas erat: eadem ut ſabbato mactaretur & nomine talis alicujus mulieris ſodalitio cuidam adjunctæ licebat. Jam longum iter dicebatur id, quod eſſet ab urbis Hieroſolymæ mœnibus longè milliaria quindecim.

§. IX. Igitur decima & quarta die menſis Niſan ad ſolis ortum ſi quis abeſſet ab urbe Hieroſolymâ milliaria quindecim, aut eo plus, id ſanè longum iter erat: qui verò minus ſpatii abeſſet, nequaquam longo itinere remotus erat, quippe qui poterat Hieroſolymam advenire paulo poſt meridiem, tametſi placidè pedibus iret. Si hominem adventantem aditu urbis Hieroſolymæ prohibuiſſet conferta jumentorum turba: ſi quis Hieroſolymæ cùm eſſet, è pedibus adeo laboraret, ut in atrium templi pervenire non potuiſſet ante, quàm hora ſacrificii faciendi præteriſſet, huic quidem vis major, ſed non longum iter impedimento fuerat. Si cuipiam extra pomœrium Hieroſolymæ in cuſtodia incluſo data fides eſſet eum inde ſub veſperum emiſſum iri, licebat ei mactari victimam paſchalem, qua miſſus è cuſtodia veſperi veſceretur: Ita res ſe habebat, ſi captivus eſſet Iſraelitarum: ethnicorum autem captivo niſi jam à vinculis relaxato victima paſchalis non mactabatur: quanquam ſi necdum è cuſtodia emiſſo mactata ſit, deinceps emiſſus eâ veſceretur: & ſi non emitteretur è carcere, nihilominus Paſchæ ſecundi religione ſolutus erat, ut cui jam victima paſchalis mactata fuerit. Item ſi victima cæſa fuerit & nomine lugentis hominis, & ægrotantis, & ſenio confecti, qui quidem ad comedendam victimam tunc temporis eſſent idonei, cùm poſt inſperſum altari victimæ ſanguinem, iidem funere contaminati

victimæ paſchalis eſu prohiberentur; tamen ſoluti ſecundi Paſchæ religione fuerant.

CAPUT SEXTUM.

Quæ tandem ob inquinamenta homines in Paſcha ſecundum rejiciendi fuerint?

§. I. QUinam igitur erant homines illi contaminati in Paſcha ſecundum rejiciendi? Quicunque nocte quinta decima menſis Niſan ob inquinamentum non poterant victima paſchali veſci: tales erant viri ſeminis fluxione laborantes, mulieréſque profluvio ſanguinis affectæ: porro mulieres menſtruales & puerperæ: porro autem viri, qui cum menſtrualibus mulieribus corpus miſcuiſſent: nam ſi quis ad decimam & quartam diem menſis Niſan animantem morticinam, aut beſtiam ſerpentem, aut harum ſimile quid tetigiſſet, è veſtigio lavabat, loto mactabatur victima paſchalis, qua veſceretur veſperi poſt ſolis occaſum.

§. II. Si cui funeſtato ſeptem eorum, quos labis eluendæ ratio requirebat, dierum numerus compleretur ipſa decima quarta luce menſis Niſan, quamvis eidem cùm lavatio corporis, tum aſperſio luſtralis aquæ facta ritè fuiſſet, adeoque veſperi veſci ſacris liceret, nihilo magis victima paſchalis tunc ei mactabatur; ſed Paſcha ſecundum expectandum erat. Videmus
Num. 9. 6. enim in Lege ſcriptum, *Cùm verò quidam funere polluti non poſſent eo die celebrare Paſcha:* hoc autem noſtris uſque traditum eſt, diem illum fuiſſe ſeptimum poſt inchoatam * hominum iſtorum purificationem: & verò hac illi cauſa adducti fuerunt, ut

§. II. *Hominum iſtorum purificationem.* *Philo* enim *Judæus*, lib. 3. de vita *Moſis*, vult poſt exactum Paſcha demum quoſdam adiiſſe *Moſem*, qui ei dicerent ſe cùm haberent funeſtas domos recenti cognatorum obitu facere ſacra paſchalia non potuiſſe & reliqua: ſed fruſtra eſt *Philo*, ſiquidem homines iſtos funeſtatos divinus ille Legis lator verſu proximo inferiori facit ita loquentes. *Itáne verò nos Iſraelitæ inter Iſraelitas probibebimur, quo minus Deo ſacrum faciamus conſtituto tempore?*

Nazaræm

ut quærerent, an ſibi liceret victimam paſchalem mactari, qua veſperi veſcerentur: quibus explicatè reſponſum eſt, eos non eſſe idoneos, quibus victima paſchalis mactaretur. Ita res erat ſi quis humani cadaveris inquinamento contaminaretur eo, propter quod * Nazaræus comam tondebat: ſi quis autem pollueretur cæteris inquinamentorum è cadavere humano ortorum generibus, quorum cauſa coma Nazaræo tondenda non erat, huic ad ſeptimum purificationis ſuæ diem abluto, & aqua luſtrali ritè conſperſo victima paſchalis mactaretur, & hac eadem poſt ſolis ortum veſceretur.

§. III. Si quis poſtea, quàm ſeminis fluxionem ſemel & iterum paſſus eſſet, completo ſeptem dierum numero, ritè corpus abluiſſet, ei mactabatur victima paſchalis, qua veſperi veſceretur: qui ſi poſt inſperſum altari ſanguinem hujus victimæ, rurſus ſeminis fluxionem ſentiret, liber à celebratione Paſchæ ſecundi eſſet. Et mulier * obſervans diem pro die eodem ipſo, quem obſervabat, die corpus abluebat, id quod diſputatione

Nazaræus comam tondebat. Voto illo Nazaræatus, quemadmodum ſacris è literis patet, ad omne ævum obligabantur alii; alii ad certum dierum numerum: eadem illis & his intra præfinitum tempus obſervanda: qui ſi contra, quàm juſſum erat funere pollucrentur, abſciſsâ comâ, conturbatáque ratione dierum jam exactorum, votum de integro exequebantur.

§. III. *Obſervans diem pro die.* Hæc apud Talmudiſtas uſitata enunciatio & trita: at quæſtio illa tota dilucidè explicatur à ſcriptore noſtro, cap. 6. tractatus de concubitibus interdictis: atque eam hîc explicationem ſubjicere operæpretium eſt. Is igitur ab §. 4. commemorati capitis incipit. Septem illi dies toti, quorum initio mulieri ſanguinis illa ſtata purgatio provenit, mulieris *tempus menſtruum* appellatur: nec quidquam refert, his ea poſtmodum aliquid ſanguinis ejus mittat, necne. Namque *tempus menſtruum* dies illi dicuntur ideo, quòd menſtruæ purgationi convenientes ſint: itaque quidquid ſanguinis mulieri per hos dies appareat pro ſanguine illo menſtruo putatur. §. 5. Et toti dies undecim, qui ſeptem hos inſequuntur mulieris *tempus profluvii* nominantur uſque, ſeu his illa ſanguinis profluvium habeat, ſeu non habeat: etenim eam ob rem illi dies appellantur *tempus profluvii*, quòd profluvio conveniant. His igitur diebus quidquid mulier ſanguinis egeret, pro profluvio ducetur: atque hæc duo nomina fac animo teneas, mulieris *tempus menſtruum*, mulieris *tempus profluvii*, §. 6. Ex quo menſes certi, ratique fuerint mulieri, per reliquam ejus ætatem, uſque dum occumbat, niſi forte menſes tempus in aliud transmoveantur, ab primo menſium die, dies ei ſepteni, tum undeni; rurſúſque ſepteni, tum undeni numerandi ſunt perpetuò: atque hi numeri diligenter obſervandi ſunt illi; ut ſi deprehenderit ſanguinis aliquid, certò ſciat, utrùm ad menſtrua, an ad profluvium pertineat: namque vita mulieris tota diſtribuitur in dies ſeptenos menſtruos, & undenos profluvii ſeſe deinceps inſequentes, niſi puerperium interveniat, de quo idoneo loco. §. 7. Ac mulier cùm ſanguinem tempore profluvii miſit aut uno die tantùm, aut etiam diebus deinceps duobus, *inchoato profluvio ſanguinis affecta* nominatur: eadem nuncupatur etiam *obſervans*

tione de concubitibus interdictis diligenter expoſuimus: tum ei mactabatur victima paſchalis, qua veſcebatur veſperi: quæ ſi mulier ſanguinis fluxionem denuo ſenſiſſet poſtea, quàm altare conſperſum erat hujus victimæ ſanguine, à celebratione Paſchæ ſecundi libera foret. At verò victima paſchalis non mactabatur mulieri menſtruali vel ſeptimo luſtrationis die: hæc enim nec corpus abluebat ante noctem octavam, nec ante nonam erat idonea quæ ſacris veſceretur.

§. IV. Mactabatur victima paſchalis hominibus piaculi indigentibus, quorum dies ſacrificandi incideret in decimam & quartam diem menſis Niſan. Atque hi ſacra illa piacularia ſua faciebant hac eadem die quarta decima menſis Niſan vel ante, vel poſt mactatam victimam paſchalem; & hanc veſperi comedebant: attamen victima paſchalis iſtis non mactabatur, niſi prius hoſtias ſuas piaculares conſeſſui judicum dediſſent in manus, ne poſthac eas forte per nefas non immolarent.

§. V. Homini leproſo ſi dies luſtrationis octavus incideret in decimum & quartum menſis Niſan, & ad eundem diem caſu genitale ſemen effluxiſſet, è veſtigio corpus ablueret, introiret in atrium mulierum, & ſacra ſua faceret. Atenim homo

vans diem pro die: ſi trinis perpetuis diebus ſanguinem egeſſit, profluvium eſt planè perfectum, atque mulier *abſoluto profluvio ſanguinis affecta* nominatur: quæ eadem vocatur etiam ſimpliciter *profluvio ſanguinis affecta.* Eſt enim in Lege, *Lev.* 15. *v.* 25. *Item mulier cùm profluet ex ea profluvium ſanguinis diebus multis:* hic videlicet verbo illo *diebus* dies duo minimum ſignificantur, & addito illo *multis* tres. §. 8. Atqui inter hanc laborantem abſoluto, & illam affectam inchoato profluvio ſanguinis mulierem, nullum eſt diſcrimen aliud, quàm ſeptem dierum numerus, & ſacrificatio. Hæc enim abſoluto profluvio ſanguinis affecta mulier obſervare ſeptem dies puros debet: illa verò profluvio ſanguinis inchoato laborans omnino diem unum: præterea quondam mulier ſi laboraſſet abſoluto profluvio ſanguinis, ſacrificium faceret, cùm luſtraretur. Verùm enim ambæ pariter inquinatæ, ambarum concubitus pariter interdictus. §. 9. Ergo mulier ſi tempore profluvii ſanguinem egeſſit ſeu prima nocte, ſeu extremo die, dies ille totus inquinatus ſit, perinde quaſi ſanguis, ex quo comparuit, profluere non deſierit ad uſque ſolis occaſum: tum mulier obſervet ſe tota nocte conſequenti, qua ſi nihil ſanguinis ediderit, mane craſtino corpus abluat poſt ſolis ortum, & porro obſervet ſe toto die: ſi nihil extiterit, dies iſte purus inquinatum illum ſuſtulerit, & viro veſperi mulieris habendæ copia fuerit. §. 10. Sin & altero die ſive noctu, ſive interdiu poſtea, quàm corpus abluerat, mulier ſanguinem edidit denuo, alter ille dies itidem inquinatus ſit, & mulier obſervet ſe tertia nocte tota: ſi nihil extiterit, poſtridie mane corpus abluat poſt exortum ſolem, & porro ſe die toto obſervet: Nam ſi compareat nihil, purus ille dies unus binos inquinatos ſuſtulerit, & mulieris habendæ copia viro fuerit. De his hactenus.

§. V. Te-

homo * temeratus in diem ne veniret in atrium mulierum ſancitum erat: ſapientum edicto ſcilicet, ut tractatu de ratione adeundi templi demonſtravimus. Cùm igitur dies ille præſtitutus eſſet ſacrificio paſchali ſaciendo, juſſum hoc, cujus erat pœna exitium, vetitum illud ſapientum elevabat.

§. VI. Homini funeſtato ſi luſtrationis dies ſeptimus in ſabbatum incidiſſet, aqua luſtralis non aſpergebatur niſi poſtridie. Et cùm ſeptimum luſtrationis ſuæ diem numeraret Menſis Niſan tertio decimo, quem ad ſabbatum eſſet, tamen aqua luſtrali non reſpergeretur niſi die poſtero quarto & decimo menſis: huic igitur, ſicut ante dictum eſt, victima paſchalis non mactabatur; ſed Paſcha ſecundum erat exſpectandum. Quid verò? Num ſapientum auctoritate cautum erat, ne luſtrando homini ſabbato quidquam inſpergeretur? Num exitio addictus erat is, qui ſacrum paſchale neglexerat? Quî fiebat igitur, ut decreto ſapientum poſthaberetur Dei juſſum id, quod detrectatoribus interminatur exitium? Nempe commemoratus homo ſapientum auctoritate prohibebatur aſperſione aquæ luſtralis id temporis, quod nequaquam erat præſtitutum ſacrificio paſchali faciendo, cujus neglecti pœna erat exitium: quamobrem decretum ſuum ſtabile, fixum, & ratum eſſe voluerunt, tametſi futurum erat, ut denique præponeretur ei juſſo, quod detrectatores exitio coercebat.

§. VII. Judæo grandi vigiliâ Paſchæ præputium ponenti victima paſchalis utique mactabatur: at alienigenæ, qui menſis Niſan die quarto decimo religioni Judaicæ addiceretur, circuncideretur, ablueretur, nequaquam mactabatur victima paſchalis: is enim hac victimâ non veſcebatur veſperi: ſed ejuſdem loci atque ordinis erat, ac qui tunc ipſum * ex ſepulchreto ſeſe recepiſſet, qui quidem ſeptimo poſt die demum luſtrabatur.

§. V. *Temeratus in diem.* Vide quæ de hoc nomine obſervavimus lib. ſuperio. de cultu divino, ad ar. 17. cap. 7.

§. VII. *Ex ſepulchretò ſeſe recepiſſet. Joſephus* enim, lib. 18. Antiq. cap. 3. ubi Tiberiadem ab *Herode* tetrarcha ædificatam commemoravit, hæc, inquit, partim à convenis, partim à Galilæis habitata eſt, quorum nonnulli eò migrare coacti ſunt, quidam etiam è nobilitate ſedes illic ſibi optaverunt: quóque major eſſet frequentia, recepti ſunt ad incolendum etiam tenuiſſimi quique undique confluentes; & in his aliquot, quos non ſatis conſtabat eſſe liberos: hos magnis immunitatibus ac beneficiis aſtrinxit ad habitandum, aliis domos, aliis agros largitus, quo minus horrerent ædificatam præter ritum patrium in ſolo multis ſepulchris referto, cùm juxta noſtras leges ad ſeptem dies impurus habeatur, qui in talibus locis immoretur.

batur. Etenim cavendum erat, ne ſi proſelytus anno conſequenti ſunere ſe ſorte pollueret ad eundem illum diem quartum & decimum menſis Niſan, illico corpus ablueret, & veſperi veſceretur victima paſchali, ratus ſic ſe ab Iſraelitis anno proximè ſuperiori habitum eſſe, quippe quod circunciſus & ablutus victimam paſchalem veſperi comediſſet. At dixerit aliquis hujus cautionis auctoritas omnis humana, ſacrificii verò paſchalis erat divina, cujus ſpretæ pœna fuerat exitium: quid igitur erat cauſæ cur auctoritas humana opponeretur exitio, quæ erat divina pœna conſtituta in decimum quartum diem menſis Niſan huic ſacro præſtitutum? Nempe proſelytus ſuſceptæ religionis ceremoniis non aſtringebatur donec circunciſus & ablutus eſſet, nec erat abluendus, niſi poſt quàm ſanata circunciſio fuerat: quapropter hoc loco firmiter ſtabiliebatur auctoritas humana, quandoquidem huic circunciſo homini etiam erat in manu, ut corpus ne ablueret ante, quàm convaluiſſet, intereáque nullis omnino religionis ritibus alligaretur.

§. VIII. Si quis in arvum comminutis oſſibus humanis conſperſum ingreſſus eſſet, is, qua pergebat, terræ ſolum flatu ſuo verreret: tum ſi nullum os offendiſſet, nec quidquam inquinamenti contraxiſſet, victimam paſchalem mactaret ſuam, ac comederet. Nam quod arvum comminutis oſſibus humanis diſperſum perambulaſſet, nihil obſtabat, quoniam ejus inquinamentum doctores illi noſtri ſuo ipſorum decreto ſtatuerunt, ut in diſputatione de homine funeſtato expoſuimus: atqui decretum illi ſuum, ſicut antea dictum eſt, numinis edicto, cujus pœna eſt exitium, neutiquam oppoſitum eſſe voluere. Quin etiam arvum illud comminutis oſſibus humanis conſperſum, cùm primum pedibus calcatum fuiſſet, nulla alia cautione adhibita, cuivis ingreſſo ſatis purum erat ad Paſcha celebrandum.

§. IX. Qui lugebat ſuorum aliquem emortuum, is idoneus erat, qui veſperi victima paſchali veſceretur. Luctus enim propagatur in noctem ille quidem; verùm decreto noſtrorum duntaxat magiſtrorum, qui noluerunt ſuum hac de re decretum anteponi numinis edicto, cujus pœna erat exitium. Ergo victima paſchalis mactabatur nomine lugentis: is deinde corpus abluebat, tum hoc ſacrificio paſchali ſuo veſcebatur: namque

que abluendo corpore ſolvebat luctum, ut illo ne mens averteretur à re divina. Sic erat enim ſi cuipiam aliquis è ſuis emortuus eſſet ad vigiliam Paſchæ poſt meridiem, quippe cùm ſacrificio paſchali jam adſtrictus fuiſſet: at ſi cui ſuorum aliquis mortuus eſſet ante meridiem, huic victima paſchalis non tunc temporis mactanda, ſed Paſcha ſecundum expectandum eſſet: quanquam & hujus nomine ſi tunc ipſum mactata victima paſchalis, & ejus ſanguis inſperſus altari fuiſſet, is quoque corpus ablueret, & victima paſchali veſperi veſceretur. Jam ſi quem è ſuis decima & tertia die menſis Niſan emortuum poſtridie ſepeliſſet aliquis, is ſcilicet ſapientum edicto lugens erat & ſepulturæ die, ſed diei non includebatur nox inſequens, ne ſapientum edicto quidem: mactabatur igitur ejus nomine victima paſchalis, inde corpus abluebat, ac veſperi veſcebatur non hac modo victima, ſed cæteris quoque ſacris. Jam & illa dies, ad quam de cujuſdam morte nuncius affertur, & ea, quam ad alicujus emortui leguntur oſſa, ſunt inſtar ejus diei, qua mortuus humatur: quare ſi cui decima & quarta die menſis Niſan de ſui cujuſdam morte nuncius afferretur, vel ſi ſui cujuſpiam emortui oſſa legerentur, nihilo ſecius ei mactabatur victima paſchalis, & abluto ritè corpore, noctu quibuſvis ſacris veſci liceret.

§. X. Dum molem ſubito collapſam quiſpiam ſcrutabatur viſurus, an illa ruina fuiſſet oppreſſus aliquis, victima paſchalis non mactanda fuit ejus nomine. Nam ſi ſubter illam molem forte mortuus inveniretur, ſcrutator ille quidem inquinatus fuiſſet id temporis, quo victima paſchalis mactata fuerit. Quæ ſi victima paſchalis ejus nomine perperam mactaretur, eâ, nullo ſubter hanc molem invento mortuo, veſperi veſceretur: ſi, poſtquam altari ſanguis victimæ fuerat inſperſus, infra molem illam mortuus aliquis inveniretur, hæc tenebatur ratio: ſi ſcrutator hic exploratum haberet ſe inquinatum fuiſſe tum, cùm inſpergeretur altari victimæ ſanguis, de quo dubitari non licebat cùm moles illa rotunda foret, ab eo ſecundum Paſcha celebrari jus erat: ſin autem ambigeret, utrum ad tempus aſperſionis ſuper inquinamento jam ſtetiſſet, an poſt aſperſionem denique pollutus eſſet, à celebratione Paſchæ ſecundi liber erat.

§. XI. Qui ſupra mortuum in via tranſverſa ſitum inceſſiſſet, is, ſi cadaver illud inquinamentum profundi foret, contaminatus erat eatenus, ut libamentis veſci prohiberetur: idem verò ſatis erat purus ad celebrandum Paſcha: mactabat igitur victimam paſchalem ſuam, comedebátque. Omnino fieri poterat, ut cadaver illud ambulando contigiſſet; ſedenim homo, quoniam id inquinamentum erat profundi, ſatis purus erat ad Paſcha celebrandum: immò verò ſi cadaver illud adhuc ſolidum ad extrema duo tranſverſæ viæ protenderetur, tamen viator ille Paſcha celebraret, uſque dum certò ſciret illo ſe pollutum eſſe cadavere. Sic ſe res habebat, ſi viator ille pedibus ambulaſſet; quia enim aliquo pacto fieri poterat, ut cadaver illud non tangeret: at ſi vectus equo, vel impeditus onere fuiſſet, hominem cadaver illud utique polluiſſet, licet inquinamentum profundi foret: non poterat enim, quin illud tangeret, moveret, umbraret. Cæterùm hoc inquinamentum profundi diſputatione de Nazaræis jam expoſuimus quid eſſet.

§. XII. Si quis Paſcha celebraſſet ratus ſe purum eſſe, tum deinde reſciviſſet inquinamento profundi ſe contaminatum fuiſſe, non aſtringebatur celebratione Paſchæ ſecundi. Id enim doctrina conſtanti nobis traditum eſt. Rurſus ſi reſciviſſet inquinamento comperto ſe fuiſſe pollutum, celebrandum ei Paſcha ſecundum eſſet.

§. XIII. Si quis funere pollutus, & die poſt tertia, ſeptimáque ex præſcripto aqua luſtrali conſperſus, ad ſeptimam hanc diem ipſam ſepulcro profundi funeſtatus etiam eſſet, ignarúſque rei Paſcha celebraſſet, ratus ſe purum eſſe, tum verò comperiſſet inquinamento profundi ſe contaminatum fuiſſe, nequaquam celebratione Paſchæ ſecundi eſſet adſtrictus. Is enim ubi ſeptima die rite fuerat ablutus, prima labes ejus erat prorſus ſublata. Rurſus idem inquinamento profundi ſi fuiſſet inquinatus ſexto poſt die, quàm primam labem contraxerat, ídque poſt actum Paſcha demum reſciviſſet, Paſcha ſecundum agere utique cogeretur. Nam homo ſemel inquinatus in eo ſtatu permanebat uſque dum ejus purificatio rationibus ita probaretur, ut certa prorſus, exploratáque fuerit.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM.

Quando contingebat, ut ſacra paſchalia inquinatè fierent? Quando porrò, ut homines inquinati nec primum Paſcha, neque ſecundum agerent?

§. I. AD primum Paſcha ſi bene multi funere temerati fuiſſent homines, & iidem eſſent univerſæ pars minor Eccleſiæ, expectarent Paſcha ſecundum itidem, ut immundi reliqui: at ſi pars major Eccleſiæ, ſi ſacerdotes omnes, ſi omnia divino miniſterio ſacra utenſilia funeſtata fuerint: non expectaretur Paſcha ſecundum; ſed cum puris ſimul immundi ſacrum paſchale facerent: quod enim in Lege ſcriptum videmus, *Cùm verò quidam funere polluti*, &c. id hanc habet vim, ut homines ſinguli cùm eſſent funeſtati Paſcha ſecundum expectarent, non item Eccleſia tota. Atque in ſolo funeris inquinamento huic præſcriptioni locus erat, quemadmodum tractatu de ratione adeundi templi diſſeruimus. Num. 9. 6.

§. II. Si dimidia pars Eccleſiæ pura foret, dimidia funere temerata, omnino Paſcha primum celebrarent omnes: verùm enim puri purè ſua ſacra paſchalia ſeparatim, & ſeparatim ſacra ſua inquinati facerent ac comederent inquinatè. Si verò funeſtata pars Eccleſiæ partem alteram puram homine vel uno ſuperaret, ſacrum paſchale promiſcuè facerent omnes inquinatè.

§. III. Si viros inter totidem inquinati funere, quot puri, reperirentur, &, mulieribus annumeratis, puri, quàm funeſtati, plures eſſent; illi Paſcha primum, hi nec primum, nec ſecundum celebrabant: non primum, quòd pauciores cæteris eſſent: neque porro ſecundum, quia mulieribus celebratio ſecundi Paſchæ omnino erat libera: nullâ verò mulierum habitâ ratione, viri funeſtati dimidia pars inveniebantur Eccleſiæ: atqui Eccleſia dimidiata Paſcha ſecundum celebrabat nunquam.

§. IV. Si ſeminis fluxione, lepris, concubitúque mulierum menſtrualium eſſent inquinati Eccleſiæ plerique, pauci quidam funere polluti, pauci iſti funeſtati Paſcha primum non celebrabant ideo, quòd eſſent Eccleſiæ pars minor: porro autem iidem non agebant Paſcha ſecundum; quia nunquam homines

pauci quidam Paſcha ſecundum agebant, niſi Paſcha primum Eccleſia maximam partem celebraſſet: hîc igitur quoniam Eccleſiæ pars major Paſcha primum non egerat, pauci quidam iſti funeſtati Paſcha ſecundum non celebrabant.

§. V. Eccleſiæ ſi plerique funeſtati, pauci quidam fluxione ſeminis eſſent temerati, vel aſſimili quodam inquinamenti genere, funeſtati Paſcha primum agebant, ſeminis fluxione laborantes, & horum ſimiles neque Paſcha primum, neque ſecundum agebant: non agebant primum, quia, niſi funeris, nullius inquinamenti rationem nec univerſa Eccleſia quidem elevabat: nec agebant Paſcha ſecundum, quippe quod nunquam agebatur, niſi quando primum purè celebratum erat: cùm verò Paſcha primum actum erat inquinatè, nullus ſecundo Paſchæ locus erat.

§. VI. Si tertia pars Eccleſiæ pura, & tertia fluxione ſeminis, vel inquinamento hujus ſimili, & tertia funere temerata eſſet; hi poſteriores neque primum, neque ſecundum Paſcha celebrabant: non hi primum, quia pauciores erant puris junctis ſimul cum iis, qui fluxione ſeminis erant inquinati: iidem non agebant ſecundum propterea, quòd Paſcha primum à paucioribus celebratum eſſet, de quo paulo ſupra diſputavimus. Jam ad Paſcha puráne, an immunda eſſet Eccleſiæ pars major judicabatur non ex univerſo numero hominum agnis paſchalibus veſcentium, quia enim licebat ejuſdem agni paſchalis eſſe participes * homines viginti, & horum uni mandari curam illius mactandi nomine cunctorum; ſed ex iis, qui introibant in atrium, ex his foris conſiſtentibus judicabatur ante, quàm in atrium ingrederetur caterva prima.

§. VII. Unus homo cum inquinaretur apud dubium quendam locum privatum, de quo aliàs agetur, Paſcha ſecundum expectaret ſic, ut cuncti funere temerati: Eccleſia verò tota cum apud dubium illum locum privatum inquinaretur, Paſcha celebraret inquinatè tota.

§. VIII.

§. VI. *Homines viginti.* Idem hoc totidem verbis à *Joſepho* ſcriptum eſt, lib. 7. de bello Judaico, ubi recenſet numerum captivorum, & peremptorum in obſidione Hieroſolymæ Judæorum. Locus jam ſupra laudatus eſt ad articulum ſecundum capitis ſecundi.

§. VIII.

§. VIII. Cùm inquinatè fuiſſet immolatus agnus paſchalis, item * comedebatur inquinatè, quippe quia ſacrum hoc principiò non ferebatur, niſi ut comederetur: nec eum continuò comedebat quivis homo. Omnino veſcebantur eo cum funeſtati, quorum inquinamentum elevabatur, tum etiam quicunque itidem, ut illi contactu rerum immundarum erant contaminati: verùm enim impuritate proprii corporis infecti, velut ſeminis fluxione viri, mulieres profluvio ſanguinis laborantes, porro menſtruales, puerperæque, porro autem homines lepris afflictati ut eum comederent, permiſſum non erat: quanquam ſi comediſſent, impunè ferebant. Sic enim accepimus, in eo, quod comederetur ab puris hominibus, ſacro, de impuritate pœnam eſſe ſcilicet; non item in eo, quod ederetur ab inquinatis: quare ſi funeſtati vel ex agni paſchalis extis aliquid ediſſent, tamen impunè ferebant. Atenim tum demum impurè comedebatur agnus paſchalis, cum ante, quàm altari ſanguis ejus inſpergeretur, inquinabatur Eccleſia: cùm verò poſt ſanguinis aſperſionem Eccleſia contaminabatur, agnus paſchalis comedendus non erat.

§. IX. Si poſt victimam paſchalem purè cæſam, ante inſperſum altari ejus ſanguinem, pars major Eccleſiæ contaminaretur, inſpergebatur altari ſanguis, victima non comedebatur; ne ſi forte poſt ſanguinis aſperſionem Eccleſia contaminaretur annum ad alium, nihilo ſecius victimâ veſceretur impurè. Si ſacra utenſilia victimæ paſchali mactandæ adhibita vel animante ſerpente, vel alia id genus impuritate fuerint inquinata, quoniam non temerabant homines, qua de re diſputabitur idoneo loco, quamvis eadem carnem victimæ temerarent, tamen eam homines puri duntaxat apparabant, & immundam licet comedebant; quippe ſatius erat immunda carne victimæ veſci puros homines, quod vetando ſancitum eſt, quàm inquinamento ſui corporis infectos, quibus etiam pœna conſtituta eſt exitium, ut diſputatione de ſacris temeratis poſuimus.

CAPUT

§. VIII. *Comedebatur inquinatè.* Hic in textu legitur נאכל בטהרה, *comedebatur purè:* eſt autem iſta lectio mendoſa: mendum hoc in commentariis nomine כסף משנה obſervatur ac corrigitur: Sed quod multo maximum eſt Tractatu Talmudico פסחים de ſacris paſchalibus, cap. 7. fol. 76. pag. 2. apud Miſnam, unde locus hic exſcriptus eſt, expreſſè legitur הפסח שבא בטומאה נאכל בטומאה. Victima paſchalis cum immolaretur inquinatè, eadem & inquinatè comederetur.

CAPUT OCTAVUM.

Qua ratione coquendus agnus paſchalis, quando comedendus, & quod tandem ad tempus?

§. I. PRæceptum erat jubens, ut agni paſchalis caro comederetur ad noctem quintam decimam menſis Niſan: Exod. 12. 8. videmus enim in Lege ſcriptum, *Carnem (victimæ paſchalis) edunto hac ipſa nocte igni toſtam: cum panibus azymis & oleribus amaris eam comedunto.*

§. II. Nec verò panis azymus & olus amarum obſtabant, ſi nulla reperirentur: comedenda ſola carne victimæ paſchalis religioni iſtius officii ſatisfiebat: olus autem amarum ſine victima paſchali ſi comediſſet aliquis, ex ratione præſcripti neutiquam egiſſet. Num. 9. 11. Eſt enim in Lege, *Cum panibus azymis & oleribus amaris eam edunto.*

§. III. Ac præclara quidem erat hujus officii faciendi ratio, veſci carne victimæ paſchalis ad ſaturitatem, & eam ob rem qui quarta decima menſis Niſan ſacra pacifica ſolemnia fecerat, is veſperi primùm ex illis comedebat aliquid, tum deinde de carne victimæ paſchalis edebat tantum, ut ſatiaretur: verùm enim ſi quis de carne victimæ paſchalis non plus olivæ magnitudine comediſſet, tamen officio feciſſet ſatis. Item præceptum erat jubens, ut ad decimam & quintam noctem * menſis Iar victimæ paſchalis ſecundæ caro comederetur. Nam & hac de victima ſcriptum legimus, Num. 9. 11. *Cum panibus azymis, & oleribus amaris eam edunto.*

§. IV. Ambæ verò victimæ paſchales illæ non comedebantur niſi luculenter toſtæ: ſi quis ex illis tantum, quanta eſt olivæ magnitudo, vel ſemiaſſum, vel elixum comediſſet ad noctes primi ſecundíque Paſchæ, verberibus multaretur: eſt enim in Lege,

§. III. *Menſis Iar.* Sic enim ſecundum à Niſan menſem vocarunt, & vocant Hebræi: teſtis eſt *Joſephus*, qui lib. 8. Antiq. iſta verba habet. Cœpit autem *Salomon* ædificare templum anno quarto regni ſui, menſe ſecundo, quem Macedones Artemiſium vocant, Hebræi autem Iar. Idem hic menſis, 1 Reg. 6. 1. Ziv appellatur, & fere reſpondet Aprili.

ge, *Ne quid ex ea * ſubcrudum, vel cum aqua infervefactum comeditote.* Si quis ex ea victima ſimul & aliquid ſemiaſſum, & aliquid elixum ediſſet, omnino ſemel verberaretur, quippe quòd iſtæ res duæ uno & eodem vetito ſancitæ ſint. Jam ſi quis ex ea victima nonnihil aut ſubcrudum, aut elixum interdiu comediſſet, non verberaretur. Nam quod Lex addit, *Sed toſtam igne*, hujus ea vis eſt, ſi quis tempore illo nocturno, quo jubebatur hujus victimæ carnem luculenter aſſam comedere, comediſſet ſubcrudam vel elixam, eum pœnâ teneri: ſin idem hoc de die fecerit, impune habere. Exod. 12. 9. Ibid.

§. V. Si quis ex ea victima tantum, quanta eſt olivæ bacca, toſtum igne comediſſet interdiu, contra juſſum commiſiſſet; quia enim ſcriptum in Lege videmus, *Carnem (victimæ paſchalis) edunto hac ipſa nocte*, noctu ſcilicet, at non interdiu: quod exiſtit è juſſo vetitum, pro juſſo ducitur. Exod. 12. 8.

§. VI. Subcrudum illud Lege interdictum caro eſt ignis ardore primo leviter torrefacta, needum hominibus ad veſcendum apta. Jam hac è victima carnis aliquantum omnino crudum ſi quis ediſſet, non verberaretur ille quidem: at contra juſſum feciſſet: nam ex eo, quod Lex dicit, *Sed toſtam igni*, non toſtam vetitam eſſe colligitur. Cæterum hujus victimæ carne torrendo uſtulata veſcentem nulla pœna ſequebatur.

§. VII. Porro cum vetat Lex iſtam victimam infervefacere cum aqua, ſimul & cum omni liquore, fructúſque ſucco vetat: nimirum Legis illud, *Infervefactum* iterato verbo dictum, quemvis liquorem complectitur.

§. VIII. Si quis victimam paſchalem primò torrefeciſſet, tum etiam elixaſſet; contráve, primùm elixaſſet, & deinde torrefeciſſet inſuper: ſi quis eam in olla prorſus obthurata ſuo jure ſolo coxiſſet, ac comediſſet, pœna teneretur. Rurſus ut ea tum, cum torreretur, vino, vel oleo, cunctíſque, præter aquam, liquoribus,

§. IV. *Subcrudum.* Hebraicè נא: quæ ſi vox in codicibus ſacris ſæpius occurrat, at hæc ei vis niſi hoc loco ſubjicitur nuſquam. Nam plerique omnes interpretes volunt eam hic eſſe *ſubcrudum*, & magis propriè *ſemiaſſum*. Jam R. *Salomo Jarchi*, item & *Aben Ezra* hanc ejus vim confirmant linguâ Arabicâ, in qua videlicet ניא ſemicoctum eſſe ſignificat. Eſt autem hoc ſolemne linguis orientalibus, ut literula jod cum in medio themate vel radice, ſeu mavis primaria voce ſileat (ſic enim grammatici loquuntur) crebrò inde tollatur. Porro legitur tractatu Talmudico פסחים de ſacris paſchalibus, fol. 41. p. 1. נא eſt idem quod Perſæ אברנים dicunt.

§. X.

quoribus, & fructuum ſuccis perfunderetur, licebat: licitum erat etiam & illud, carnem ejus probè toſtam deinceps in liquores intingere, ſuccóſque fructuum.

§. IX. Non torrebatur victima paſchalis in eo poſita vaſe, Exod. 12. 9. quod eſſet è ſaxo, metallóque: Lex enim cùm edicit, *Sed toſtam igne*, quidvis aliud excludit. Quod ſi vas ita perforatum eſſet, ut ignis penetrare per foramina poſſet ad victimam, eam in hoc impoſitam vaſe torreri, fas erat. Eadem non torrebatur infixa veru metallico; id enim calefieret totum, & victimam ubi tangeret, *torrefaceret.

§. X. Si quis in furno calefacto, poſt detractum indidem ignem, ſuſpenſam victimam paſchalem torrefeciſſet, ea ſanè interdicta foret, ut quæ non fuiſſet igni toſta: ſi quis eam paſſim inciſam ſubjectis prunis torrefeciſſet, iſta quidem eſſet igni toſta: ſi quis eam torreret propter calcem ferventem, propter ardentes teſtas, ſi propter calidas Tiberiadis * aquas coqueret, utique fuiſſet interdicta, quippe quæ igni toſta non eſſet. Hæc igitur erat ejus torrendæ ratio: adigebatur per os & podicem ejus veru ligneum: inde * ſuſpendebatur in furno, atque igni ſubjecto torrebatur: & crura, viſceráque extra victimam ſuſpendebantur in furno, non ponebantur autem intus in alvo: ſic enim elixi quid conficeretur. Jam ad hanc victimam torrendam punica malo pro verubus utebantur: aliud enim ligni genus inter torrendum aliquid aquæ funderet, & nonnihil elixum in victima redderet.

§. XI. Si victima paſchalis, dum in furno torrebatur, teſtam ejus attigiſſet; quà tetigerat ex ea ſumma caro fuit deputanda propterea, quòd id loci quidem certe ardore teſtæ toſtum eſſet.

§. XII. Si quid humoris in furni teſtam è victima paſchali deſtillaſſet, eidémque rurſus ſe junxiſſet, ex ea tollendus erat locus,

* §. IX. *Torrefaceret.* Ita torreretur non igni, ſed ardore metalli.

§. X. *Aquas coqueret.* Propius à Tiberiade, quemadmodum apud *Joſephum*, l. 18. cap. 3. ſcriptum videmus, fons erat aquæ calidæ ad vicum, qui ducto inde nomine חמי. Emmaus appellabatur, quod caldas ſonat.

Suſpendebatur in furno. Hinc inter cauſas, cur annus conſtitueretur intercalaris, enumeratur furnorum everſio: id quod videre licet cùm in ſcriptoris noſtri illo, quem ex hebræo latinum factum multos abhinc annos in vulgus edidimus, tractatu de conſecratione Calendarum & de ratione intercalandi, ar. 5. cap. 4. tum etiam illo, qui Synedria inſcribitur tractatu Talmudico, fol. 11. pag. 1.

§. XIII.

locus, quò jus illud reverterat: ſic enim res ſe habebat, è victima paſchali quidquid juris & ſucci inter aſſandum effluxerat, interdictum erat, ut pote quod non toſtum igni fuerat.

§. XIII. Si quid juris à victima paſchali defluxiſſet in ſubjectam ſimilaginem, hinc id, quod jus imbuerat, * pugillo exemtum abjiciebatur.

§. XIV. Victima paſchalis perfuſa oleo libamenti comedebatur, ſi pertineret ad ſodalitium ſacerdotum: ſin Iſraelitarum eſſet, cruda prorſus abluebatur, exſiccabatúrque: toſtæ verò ſumma caro præſecabatur. Si oleo decumarum ſecundarum fuiſſet perfuſa, omnino ſodalitio oleum hoc pretio non emebatur; quia enim decumæ ſecundæ non redimebantur Hieroſolymæ, ſic, ut idoneo loco diſputavimus. Non torrebantur unà duæ victimæ paſchales propter confuſionem, non ſi forent agnus & hœdus. Ac victima paſchalis, id quod jam ſæpe dictum eſt, ad mediam duntaxat noctem comedebatur, quò magis à peccato deterrerentur homines: nam ex præſcripto Legis ad auroram naſcentem uſque ſacrum iſtuc comedi fas erat. Illud quoque nos diſputatione de pane fermentato * & azymo jam expoſuimus, agno paſchali comedendo recitandum eſſe carmen illud, cui nomen eſt * hymno; nec licuiſſe, ut, ſi ſodales ad menſam ſomno conſopiti fuiſſent, ex agno paſchali quidquam deinceps ederent vel prima nocte.

§. XIII. *Pugillo exemptum oportebat.* Ne quis hic offendat, notandum id quod etiam in commentariis nomine כסף משנה notatur, in textu editum eſſe mendosè יקלוף, quod eſt deglubere, decorticare, ſummam partem deputare, nec poteſt de ſimilagine niſi inconditè dici, pro יקמיץ, quod eſt pugillo demere, quemadmodum legitur in Miſna tract. Talmudico פסחים, de ſacris paſchalibus, fol. 75. pag. 2. ex quo fonte quod jam nunc tradit noſter hauſit.

§. XIV. *Et azymo.* Is à nobis tractatus ex hebræo latinus factus, &, quoniam in eo non de pane azymo & fermentato tantùm, ſed & de cunctis ritibus cœnæ paſchalis copiosè diſputatur, tractatus de ſolemnitate Paſcharis inſcriptus eſt.

Cui nomen eſt hymno. Quod etiam comprobavit Chriſtus Dominus, de quo *Matt.* c. 26. v. 30. ſcriptum videmus, *Et hymno dicto profecti ſunt ad montem olivarum.* Hymno in iſto, quem nunc quoque quotannis canunt Judæi, ſtatim ab initio videre licet iſtuc. *Hic eſt panis afflictationis, quam in Ægypto comederunt patres noſtri:* ſed nos alio libro jam hymnum iſtum totum edidimus.

CAPUT NONUM.

Apud ſuum cuique ſodalitium agno paſchali veſcendum: nullam ejus particulam à ſodalitio tranſmovendam. Non ejus eſſe participandum neque Judæum apoſtatam, nec ethnicum, nec mercenarium. Propter infectam circuncisionem cum liberorum, tum etiam ſervorum & hominem Iſraelitam agni paſchalis eſu prohiberi.

§. I. NEmo, niſi apud unum ſolum ſodalitium, victima paſchali veſcebatur: nec ullam partem ejus à ſodalitio, cui apponebatur, auferri jus erat: ſi quis ad noctem decimam & quintam menſis Niſan de carne victimæ paſchalis id, quod eſſet magnitudine par olivæ tranſtuliſſet ab uno ſodalitio ad aliud, verberibus multaretur. Eſt enim in Lege,
Exod.12.46. *Ne quid efferto ——— ejus è carne foras.* Nec verò pœna tenebatur, donec id quod extulerat etiam foris depoſuiſſet: nempe victimæ paſchalis ſuo tempore, & ſabbato cunctarum rerum deportatio Lege pariter interdicitur: quapropter hoc ſtato tempore * non ſecus, ac ſabbato de ſublatione rei ſimul & depoſitione demum pœna fuerit. Nihil erat autem, quòd plecteretur is, à quo victimæ paſchalis id, quod alter antea jam tranſportaſſet, rurſus aliò deportaretur: nimirum id ubi prior ille tranſportaſſet temeratum eſſet. Quidquid ſpatii limen includebat, intus; quidquid excludebat, foris eſſe ducebatur: jam limen ipſum, hoc eſt, oſtii craſſitudo pro exteriori ſpatio putabatur: feneſtræ, murorúmque ſpiſſitudo pro ſpatio interiori habebatur: tecta verò, cœnaculáque diſtinguebantur ab ædibus.

§. II.

§. I. *Non ſecus ac ſabbato.* Eſt ſabbaticarum legum inſana moles, id quod breviter & acutè notatur in tractatu Talmudico חגיגה de ſacris ſolemnibus, fol. 10. pag. 1. *Jura ſabbatica montes ſunt pilo ſuſpenſi.* Atque hoc facetè dictum ibidem luculenter à R. *Salomone Jarchi* exponitur in hunc modum: permulta ſunt ſabbati jura, quorum in literis ſacris veſtigium ſanè quam parvum, ſic; ut imitentur montes è pilo pendentes.

§. II. *Diſ-*

§. II. Caro victimæ paſchalis ab ſodalitio ſuo de induſtria, ſive imprudenter ablata ne comederetur, interdictum erat: nihil enim differebat ab hoſtiarum ſanctiorum carne, quæ fuiſſet elata ex atrio templi, nihil ab hoſtiarum minus ſanctarum carne, quæ extra urbis Hieroſolymæ mœnia deportata foret: carnes autem iſtas haberi loco beſtiæ in agris à fera * diſcerptæ, tum veſcentes illis homines verberibus multandos eſſe, diſputatione de ratione ſacrificiorum faciendorum docuimus. Si ſacri cujuſdam membri pars extra terminum ſuum poſita fuiſſet; caro primùm bipartitò dividebatur uſque adeo, donec attingeretur ejus os: tum deinde deſecabatur: ac quidquid carnis erat intra terminum poſita, comedebatur; quidquid extra, conſumebatur igni: ad os cùm ventum erat, id ſeceſpita præcidebatur in cæteris ſacris; in victima autem paſchali, quoniam os nullum diffringi licebat, & ex altera parte caro deſecabatur ad commiſſuram artus proximi: hîc membrum illud, cujus pars extra conſtitutum ſibi terminum erat poſita, disjungebatur, atque foras abjiciebatur.

§. III. Si victimas paſchales in unis ædibus ederent ſodalitia duo, ſuo cujuſque ſpatio ſepimentum circundari oportebat: etenim auditione accepimus alii ab aliis, Legis illud, *Ejus è carne foras*, hoc ſibi velle, locum, ubi victima paſchalis edebatur, terminis eſſe circunſcribendum ſic, ut reliquum ſpatii foris eſſe duceretur. Præterea autem alteri huc ora convertebant, illuc alteri, ut ne permiſti ac confuſi eſſe viderentur. Exod. 12. 45.

§. IV. Si mediis in ædibus inter ſodalitia duo interpoſita fuiſſet aqua illa, quacum vinum miſceretur, cœnæ miniſter, cùm à menſa ſurgebat pocula miſturus, buccam, ſi forte plena fuerit, comprimebat, & convertebat os, donec ſuum ad ſodalitium rediſſet, ac tum denique manducabat id, quod bucca tenebat: interdictum erat enim, ne quis ad duo ſodalitia victima paſchali

§. II. *Diſcerptæ.* Variant hic exemplaria: legitur שהכל בטריפה in aliis, quæ eſt ſincera lectio, ut quæ reſpondet allegato loco, quem invenias in ſuperiori libro de cultu divino, trac. 5. ad §. 6. capitis 11. hanc adeo nos ſecuti ſumus: in aliis autem legitur שהכל בשריפה, quæ lectio tamen ſic ſatis cohæret. Habet enim hanc ſententiam: carnes autem iſtas igni penitus abſumendas, atque homines illis veſcentes & reliqua. Vide commentarios nomine כסף משנה.

ſchali veſceretur. Attamen nova nupta, quam victima paſchali veſcentem fere pudore ſuffundebat inſpectans ſodalitium, ut à ſodalitio averſa partem victimæ paſchalis ſuam ederet, permiſſum erat.

§. V. Si ſepimentum inter ſodalitia duo intermedium ſubitò concidiſſet, victimis paſchalibus abſtinerent: item ſi ſepimentum aliquod derepente conſtitutum idem ſodalitium faceret dividuum, victima paſchali non veſcebatur interea, dum ſepimentum illud tollebatur. Nunquam enim nec una & eadem victima paſchalis in ſodalitiis edebatur duobus, nec duo diverſa ſodalitia committebantur.

§. VI. Cum in triclinium ex ſodalitio tres, pluréſve venerant, uti victimam paſchalem comeſſent, aberant reliqui, videndum erat: ſi cùm comeſſe cuncti victimas paſchales fere ſolebant, in triclinium illi veniſſent, & hi per eum, qui ſingulos ſodales monuerat, ut ad cœnam venirent, rurſus appellati inſuper etiam morarentur; qui coierant in triclinio reliquos non operiebantur, ſed victima paſchali ſeſe protinus explebant: immo ſi tandem hi poſt multam moram advenientes victimam paſchalem totam ab tribus illis exeſam inveniſſent, pretium pro portione ſua nullum ab eis auferebant. Sin è ſodalitio duo duntaxat in triclinium conveniſſent, cæteros in eo præſtolarentur, oportebat: ſic erat, ad cœnam cùm accederetur, expectabant cæteros ſcilicet; cum inde recederetur, non item: ſed unuſquiſque, re peracta, vel ſolus actutum abibat.

§. VII. Si quis tam ad primum, quàm ad Paſcha ſecundum è victima paſchali tantum, quanta eſt oliva, comedendum dediſſet Judæo apoſtatæ, cultori futilis idoli, proſelyto inquilino, homini mercenario, contra vetitum commiſiſſet: qui ſi non ob eam rem cæderetur ictibus undequadraginta; at * de rebellione quidem certè verberaretur. Nam ille, de quo Lege commemoratur,

§. VII. *De rebellione*, &c. Qui contra divinam Legem fecerat, ictibus cædebatur undequadraginta: qui autem ſapientum decreto non ſteterat, hic ſine numero, ſine modo verberabatur de rebellione. Locus hic eo libro qui עֲרוּךְ Ordinatio inſcribitur in voce מרד diligenter explicatur: & explicationem iſtam à *Buxtorfio* in ſuum Lexicon Talmudicum tranſlatam ſub eodem themate reperias.

Come-

moratur, alienigena, hic eſt, qui Deum alienum veneratur: nihil igitur dabatur de victima paſchali * comedendum ethnico, neu proſelyto inquilino, neu homini mercenario, quippe qui à Lege hoc ſacro nominatim interdicuntur, *Neve inquilinus, neve mercenarius eo veſcitor.* Exod.12.45.

§. VIII. Incircumciſus homo ſi de ſacro paſchali comediſſet ad olivæ magnitudinem, verberibus multaretur; quia enim in Lege eſt, *Ne quis præputiatus eo veſcitor:* hic autem licet iſto ſacro non veſceretur, veſcebatur tamen azymo pane * & oleribus amaris: item panis azymus & olus amarum ut edenda præberentur & inquilino proſelyto & homini mercenario, permiſſum erat. Exod.12.48.

§. IX. Quemadmodum ſuorum quiſque liberorum & ſervorum infecta circuncifione impediebatur, ne victimam paſchalem cæderet, item impediebatur, ea ne veſceretur: ut ſi cui poſt cæſam victimam paſchalem emtus ſervus eſſet, ſi cui fuiſſet ejuſmodi puer, cujus circuncidendi tempus non veniſſet, niſi poſt cæſam victimam paſchalem, hac ille veſci prohibebatur uſque, dum commemoratus puer, aut ſervus circuncideretur. Quî verò fieri poterat, ut poſt cæſam victimam paſchalem eſſet aptus ad circuncidendum, idem ante non eſſet? Si videlicet aut arida febris ab eo deceſſiſſet: is enim ſeptem dies plenos à deceſſione febris requirebat: aut acutus oculorum dolor tandem poſt cæſam Victimam paſchalem abiſſet: aut partes

Comedendum ethnico. Hoc adeo de certo quodam ethnico narratur Tractatu Talmudico פסחים de ſacris paſchalibus, fol. 3. pag. 2. Ethnicus quidam ſæpe contendere Hieroſolymam ſolebat, & ſacro paſchali veſci: is aliquando R. *Judæ Beteræi* filio dicere. Eſt in Lege veſtra, *Exod.* 12. 43. *Nullus homo extraneus eo veſcitor:* at ego optimam quamque partem ejus guſtavi: huic ille; Ecquid tibi datum è cauda? Nunquam. Cùm eò veneris, pete quid inde: venit, petiit: reſponſum ei caudam offerri Deo: tum rogatus quo tandem auctore hoc petiiſſet, reſpondit auctore R. *Juda Beteræi* filio: mirari omnes quid hoc eſſet rei, & in hominem inquirere: inventum denique ethnicum neci dedere: quo facto, Hieroſolyma miſſæ ad R. *Judam Beteræi* filium literæ, in quibus hoc ſcriptum erat. R. *Judæ Beteræi* filio multam ſalutem. Tu cum degas Niſibi, plagas tendis Hieroſolymæ.

§. VIII. *Et oleribus amaris.* Omnino quinque volunt amarorum olerum eſſe genera, quibus ad cœnam paſchalem uti conveniat, lactucam, intybum, marrubium, eryngium, & picridem. Agitur hac de re in Tract. Talmudico פסחים de ſacris paſchalibus fol. 39. pag. 1. item & à noſtro ſcriptore in eo tractatu, qui eſt de pane fermentato & azymo, atque adeo de cunctis cœnæ paſchalis ritibus ad articul. 13. capitis 7.

§. II. *Cum*

tes illæ, quibus ſexus diſcernitur, obſtructæ prius, poſt cæſam victimam paſchalem, denique diſceſſiſſent, atque mas extitiſſet.

CAPUT DECIMUM.

Verberibus multari qui victimæ paſchalis os fregiſſet; ejus videlicet puræ. Agni paſchalis cauda veſci nefas, fas veſci cartilagine. Cum ſacro paſchali fere fieri & ſacra pacifica, quæ ſacra ſolemnia diei decimi quarti vulgo dicebantur. Quid intereſſet inter primum & ſecundum Paſcha? Quoſdam in Ægyptio ſacro paſchali ritus obſervatos, quibus nullus poſtmodum locus erat.

§. I. SI quis victimæ paſchalis, & ejuſdem puræ fregiſſet os
Exod. 12. 46. aliquod verberibus multaretur: eſt enim in Lege, *Neve os in ea confringitote:* item & de victima paſchali ſecundi
Num. 9. 12. Paſchatis ſcriptum legimus, *Neu os in ea frangitote.* At ſacrum paſchale cùm fiebat inquinatè, nemo de fracto victimæ paſchalis oſſe verberabatur: nam hoc noſtri auditione acceperunt alii ab aliis, Legis edictum illud, *Neu os in ea frangitote*, ad victimam paſchalem puram ſpectare ſcilicet, ad inquinatam non item. Et ſeu quis ipſa nocte decima & quinta menſis Niſan, ſeu de die præcedenti, ſive etiam multos poſt dies victimæ paſchalis os diffregiſſet, unum & idem erat, verberibus coercebatur.

§. II. Quamobrem victimæ paſchalis oſſa ſimul * cum reliquiis carnis inflammabantur, ne veniret uſus, ut in his offenderet aliquis.

§. III. Nemo verò pœna tenebatur niſi victimæ paſchalis os ejuſmodi fregiſſet, quod aut obtegeretur pulpa, quæ oleæ magnitudinem

§. II. *Cum reliquiis.* *Joſephus* quidem, lib. 2. de Antiq. Juda. de reliquiis agni paſchalis, ejus quem Iſraelitæ in Ægypto comederunt ita dicit. Cúmque cœnaſſent, reliquias carnium egreſſuri concremabant.

nitudinem aſſequebatur, aut aliquid medullæ contineret: ſi quis autem fregiſſet os, in quo nec pulpæ, nec medullæ quidquam ineſſet, impunè ferret. Jam ſi quis os, cui pro oleæ magnitudine pulpa adhærebat, fregiſſet non ubi pulpa tectum, ſed ubi nudatum erat, pœna tenebatur tamen.

§. IV. Si quis os fractum fregiſſet denuò, verberibus coercebatur.

§. V. Qui victimæ paſchalis oſſa cremaſſet, nervos exſecuiſſet, non perinde, quaſi fregiſſet os, pœna tenebatur.

§. VI. Si quis os victimæ paſchalis ſemiaſſæ vel elixæ fregiſſet, verberaretur: quin etiam inquinamento, deportatione, talibúſque rebus temeratæ victimæ paſchalis os frangere vetitum erat. Hanc enim cautionem habebat victima paſchalis ſi ſemel idonea fuerat, & evaſerat deinceps vitioſa: ſin autem idonea fuerat nunquam, ut ſi neſaſta foret, ſi immolaretur cum perverſa * cogitatione alieni temporis, aut nominis, omnino os hujus ne frangeretur cautio non erat.

§. VII. Si quis vertebram caudæ fregiſſet, non verberabatur ideo, quod * cauda veſci religio ſacrorum non ſinebat.

§. VIII. Victimæ paſchalis cartilago, quod genus oſſis eſt tenerum, ut ederetur, conceſſum erat.

§. IX. At tenellus cùm cæderetur in victimam paſchalem hœdus hujus oſſa præmollia comedere non licebat; quippe quæ manducando comminuerentur: & ſi quis ea comediſſet, verberibus coerceretur: nihil enim intererat, os durum, an molle com-

§. VI. *Cogitatione alieni temporis.* Erant enim cogitationum tria genera, quibus victimæ temerabantur. Unum ſi cogitando mutaretur nomen: ut ſi quis mactando eam, quæ erat holocauſto, beſtiam, cogitaret victimam immolare pacificam: itémque ſi victimam non immolaret nomine offerentis. Alterum ſi cogitando mutaretur locus: ut ſi quis mactaret victimam eo conſilio, ut extra templi atrium ſpargeretur ſanguis ejus, vel idonea pars adoleretur, vel ex ea nonnihil aptum ad comedendum comederetur extra conſtitutum locum. Tertium erat ſi cogitando mutaretur tempus: ut ſi quis victimam mactaret ea mente, ut ſanguis ejus ſpargeretur poſt ſolis occaſum: ut quid ex ea poſt exortam auroram poſteram adoleretur, id quod erat factu nefas: ut ex ea quod erat aptum ad comedendum comederetur poſt tempus. Atque totus hic locus tractatur à ſcriptore noſtro in ſuperiori libro de cultu divino cap. 13. ſeptimæ diſputationis de ſacris temeratis, & in codice talmudico זבחים de ſacrificiis, cap. 1. & 2.

§. VII. *Cauda veſci*, &c. Paſſim hoc invenias apud Hebræorum ſcriptores agni paſchalis exta, & in his caudam non ſecus, ac victimarum pacificarum adoleri Deo, non à dominis comedi.

§. X. *Fe-*

comminueretur. Ad ſummam, quidquid probè fervefactum ſere ſolet è tauro præduro comedi, comedebatur etiam ex hœdo tenero probe toſtum, utputa ſcapularum extrema, cunctáque cartilaginea.

§. X. Sunt in animantibus adhuc teneris nervi molles, qui cum ætate tandem indureſcunt: hi dum ita molles exiſtunt, apti ſunt hominibus ad veſcendum: omnino hos in victima paſchali comedi licebat: verùm enim ipſorum nulla tum habebatur ratio, cùm ſuus victimæ paſchali conſtituebatur veſcentium numerus. Rurſus conſtituendo veſcentium numero ratio ducebatur cerebri, quoniam id è capite poterat extrahi nec ullo fracto oſſe: nulla verò ducebatur ratio medullæ, quæ * femoris oſſe continebatur: nimirum illud os ab extremis obſtructum ambobus niſi frangeretur, prorſus extrahi nihil inde poterat.

§. XI. Victima paſchalis cùm edebatur, ejus pulpa deſecabatur uſque ad oſſa ipſa, quorum deinde commiſſuras diſſolvebat, cui viſum erat: atque ille qui quondam in Jacobi patriarchæ femore luxatus ab angelo nervus obtorpuerat, ille, cùm eò ventum erat, è victima extrahebatur, reponebatúrque cum cæteris nervis, oſſibus, & membranis, quæ inter edendum de victima paſchali tollebantur. Neque enim hæc item expurgabatur, ut reliquarum caro beſtiarum, nec proſecabatur; ſed torrebatur ſolida: quanquam eadem diſtincta multis ac variis inciſuris ſatis erat idonea, modo nullum in ea membrum deſideraretur. Erat autem enitendum, ut è pulpa victimæ paſchalis nihil quidquam relinqueretur in mane craſtinum. Eſt enim in Lege, *Ex ea ne quid reliqui in poſterum mane facitote:* Similiter de victima paſchali Paſchæ ſecundi à Lege dictum eſt, *Ex ea ne quid reliqui in craſtinum mane faciunto.* Si quis igitur reliquum ex ea feciſſet aliquid vel ad Paſcha primum, vel ad ſecundum, contra vetitum commiſiſſet: attamen non multaretur verberibus

Exod. 12. 10.

Num. 9. 12.

§. X. *Femoris oſſe.* קולית in textu nominatur: id verò plerique *os femoris* eſſe volunt. Eadem vox legitur in eo libro, qui בראשית רבה Explicatio copioſa Geneſeos inſcribitur ſect. 10. ibi in commentariis illis quibus titulus eſt מתנות כ ינ״ה tributa Sacerdotum, exponitur *tibia.* Nonnullis eſt quodvis os utrinque clauſum, quod quidem medullam contineat.

§. II. *In*

bus iſto de vetito propterea, quòd * in juſſum abit. Habemus enim in Lege, *Quod autem ex ea relictum fuerit ad craſtinum mane, igni crematote.* Exod. 12. 10.

§. XII. Ad menſis primi decimam & quartam diem cùm fiebat ſacrum paſchale, ſimul & ſacra pacifica fiebant: & iſta quidem itidem, ut cuncta ſacra pacifica bobus juxta, atque reliquis pecoribus, grandibus, parvíſque, maribus, ac feminis: hoc videlicet illud eſt, quod *ſacrum ſolemne diei decimæ quartæ* vulgo dicitur. etenim hoc ſpectat divinæ Legis edictum illud, *Igitur Domino Deo tuo Paſcha immolato oves, capras & boves.* Jam ſacrum illud ſolemne tum adjungebatur, cùm ſacrum paſchale fiebat die profeſto, cum fiebat purè, cùm fiebat parcè: nam ſi dies illa decima & quarta primi menſis incidiſſet in ſabbatum, ſi ſacrum paſchale fieret inquinatè, ſi victimarum paſchaliuni copia foret adeo magna, tum his nullum adhibebatur ſacrum ſolemne; ſed ipſæ mactabantur ſolæ. Deut. 16. 2.

§. XIII. Sacrum ſolemne diei decimæ quartæ res erat non neceſſaria, ſed libera: atque * ut cuncta ſacrificia pacifica, ſic & illud comedebatur intra duos dies & noctem unam. Nam hoc Legis edicto, *Ne quid ex carne victimæ, quam immolaveris die primo veſperi in diluculum uſque remaneto*, id ſanciri traditio eſt, ne de ſacrificio ſolemni diei decimæ quartæ quidquam reſervetur Deut. 16. 4.

§. XI. *In juſſum abit.* Vide quæ pag. 5. ad §. 7. annotantur de conditionibus requiſitis ad damnandum aliquem verberibus.

§. XIII. *Ut cuncta ſacrificia pacifica.* At verò ſacra pacifica illa euchariſtica quæ vocantur, ea abſumebantur uno ſolo die. Reddit ejus rei rationem ſatis probabilem Domnus *Iſaacus Abarbanel* commentariis ſuis in *Leviticum* ad verſ. 15. capitis 7. Quod autem, inquit, hæc euchariſtica ſecus, atque cætera ſacra pacifica uno eodêmque die conſumebantur, id erat cauſæ ſcilicet, beneficium acceptum, cujus nomine fiebant, ut proferretur in vulgus. Nempe his conſumendis cùm ſciret immolator omnino diem unum eſſe conſtitutum, vocabat ad ſacras epulas familiares & neceſſarios ſuos: tum deinde his ſacrorum epulonibus ejus, quam fecerat, rei divinæ cauſam enarrabat; hic illîc benignè ſibi factum à Deo Optimo Maximo: ita fiebat, ut divinam erga ſe benignitatem prædicaret, efferret, magnificaret, celebraret. Quod ſi euchariſticis iſtis tantundem ſpatii, quantum cæteris ſacrificiis pacificis abſumendis præſtitutum eſſet, malignus homo ſuas ad epulas ſacras vocaſſet neminem; quippe qui facile ſacrificia tota in ſua ipſius familia intra duos dies & noctem unam abſumeret. In eandem ſententiam de victima euchariſtica diſſerit *Philo Judæus*, lib. de victimis. Hanc, inquit, victimam non biduo ſic, ut priorem illam pacificam, ſed ipſa prima die Lex jubet abſumi: ut qui experti ſunt propenſum paratúmque favorem numinis cœleſtis incunctanter de hoc ſacrificio impertiantur aliis.

reſervetur ad diem uſque ſextum decimum: dicitur autem *in diluculum uſque,* diei videlicet perendini: at ſi quis inde reliquum feciſſet aliquid, non multaretur verberibus: reliquum illud proinde, ut cætera reſidua ſacrorum, igni conſumebatur.

§. XIV. Et caro ſacrificii ſolemnis, & quæcunque fercula in menſa cum ſacro paſchali ſimul appoſita, unà cum eodem & inflammabantur: hæc eadem ſic, tanquàm ipſummet ſacrum paſchale comedebantur duntaxat ad mediam uſque noctem; id adeo, ut inter ſe ne confunderentur.

§. XV. Quid verò diſcriminis erat inter ſacrum paſchale primum, & ſecundarium? Nempe ſacrum paſchale primum dum fiebat, Lege ſancitum erat, ne fermentati quidquam domi conſpiceretur, aut etiam inveniri poſſet: immo ne cædi quidem victimam paſchalem fas erat interea, dum fermentati quid ſupererat: nec ullam partem ejus è ſodalitio licebat exportari: cùm edebatur, eximium illud carmen, quod hymnus inſcribitur, cantari neceſſum erat: porro cum ſacro ſolemni fere conjungebatur, & aliquando poterat etiam inquinatè fieri, ſi pars major Eccleſiæ polluta funere fuiſſet, ſic; ut antea dictum eſt. Contrà ſacrum paſchale ſecundarium cùm fieret, panis fermentatus & azymus domi ſimul eſſe licebat: non erat in eo comedendo hymnus ille divinus cantandus: licebat etiam illud ex ædibus, ubi comedebatur, efferri: jam cum ſacro ſolemni conjunctè nunquam, nunquam inquinatè fiebat. Ambo verò ſabbatum elevabant pariter: ambo per tempus immolationis cantationem illius hymni divini requirebant; utrumque probè toſtum comedebatur: utrumque in una & eadem domo: utrumque cum pane azymo & olere amaro: neutrius partem reliquam fieri, neutrius os comminui fas erat. Séd quid tandem erat cauſæ, cur ſacro paſchali primario non eſſet prorſus ad omnia ſimile ſecundarium, de quo generatim à Lege dicitur, *Secundum* Num. 9. 12. *omnem rationem de Paſcha ſancitam & illud faciunto?* Id erat ſcilicet, quòd hîc etiam pauca quædam de ſacro paſchali decreta nominatim proferuntur: unde ſatis intelligitur ſacrum paſchale ſecundarium non niſi his, quæ de ipſo explicatè, diſtinctéque ſanciuntur, par eſſe primario: hæc autem illa ſunt edicta, quæ ſpectant ad corpus ipſum victimæ paſchalis, quæ adeò verè, propriéque *ratio Paſchæ* dicuntur. Quod autem in Ægypto

to præſcriptum erat, * ut uſque à decimo die primi menſis pararetur victima paſchalis, ut ejus ſanguis ſuperliminari, geminíſque poſtibus exterioris oſtii domus induceretur hyſſopi faſciculo, ut eadem comederetur feſtinanter, hæc omnia omnino ſemel in illo ſacro paſchali Ægyptio ſervata ſunt; ſed nunquam uſitata fuere poſtmodum ¶.

§. XV. *Ut uſque à decimo die.* Verò. nam ea de re verbum nullum neque *Exod.* extrem. cap. 12. ubi hujus ſacri religio in poſterum edicitur, nec capite 23. ejuſdem libri cum rurſus de Paſcha præcipiatur, nec viceſimo tertio *Levitici*, nec *Num.* 9. ubi commemoratur Paſcha primum poſt diſceſſum ex Ægypto actum, neque porro *Deut.* 16. ubi de Paſcha denuo ſanè quàm diligenter ſancitur. Itaque miror quid ſit, cur aliter ſentiat vir clariſſimus quem ſupra jam refelli de verbo שבות. Is locum iſtum his totidem verbis explicuit. "Atque hæc victima (paſchalis) ex agnis aut hœdis, iiſque maſculis & immaculatis decimo die menſis Niſan quotannis eligenda fuit, decimóq; quarto ſub crepuſculum immolanda: non eſt ita.

¶ Atque in hac diſputatione tota non modo non vocatur in quæſtionem ac controverſiam, agnus paſchalis an propriè veréque diceretur ſacrificium; ſed hoc pro certo & indubitato ſumitur, atque adeo tertio quoq; verbo inculcatur: immo enim, ut ſilentio prætermittam eſſe Rabbinorum nonnullos, qui putent ſacrum paſchale fuiſſe piaculum, quo lueretur idololatria, quam Judæi in Ægypto ſuſceperant, & hic noſter, & Hebræi ſcriptores omnes ad unum agni paſchalis extra docent in ara adolenda fuiſſe: & quod *Exod.* 23. v. 18. ſcriptum legimus, *Neu victima mihi ſolemniter immolatæ adeps pernoctato ad uſque mane poſterum,* hoc edicto ſancitum volunt omnes, agni paſchalis exta ne poſtero demum die adolerentur. Et verò *Chaldæus interpres* verſum hunc ſic expoſuit, ולא יביתון בר מן מדבחא תרבי נכסת חגא עד צפרא. Victimæ mihi ſolemniter immolatæ adeps remotus ab ara in mane poſterum ne pernoctato. Ut ut eſt, hoc certè à divina Lege explicatè edicitur *Deut.* 16. v. 5, & 6. agnus paſchalis ut extra ſanctuarium mactetur nuſquam & nunquam: tum hoc apertè narratur 2 *Paral.* 35. ver. 11. ſanguinem Paſchæ per ſacerdotes aræ inſperſum, in quo ſanè potiſſima ſacrificii perfectè abſoluti ratio vertebatur. Accedat huc, quòd eo arcerentur omnes, qui præputium non poſuerant: item omnes inquinamento corporis affecti, omnes apoſtatæ, & extranei. Porro autem ſacrum hoc unam rem habebat præter cætera ſacrificia præcipuam: nullum ejus os frangi licitum erat. Nimirum cùm eſſet typus Chriſti, quemadmodum diſertè Apoſtolus 1. ad *Corinthios*, c. 5. v. 7. *Etenim Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus*; conſentaneum erat, ut in eo nullum os effringeretur ſic, ut in antitypo *Chriſto Jeſu* diram pro nobis mortem oppetituro nullum os effringendum erat. Maneat igitur hoc Paſcha cùm *Num.* c. 9. v. 7, & 13. קרבן יהוה *ſacrificium Dei* appellatur, proprio ſuóque nomine appellari. Fuit quondam Judæis in Deum, fuit iſta ſacrorum religio: *nunc eſt, cùm veri Dei cultores patrem animo, veréque venerantur.*

TRACTATUS SECUNDUS
DE
Sacris Solemnibus.

IN hoc agitur de præceptis ſex, quorum ſunt imperantia quatuor, & duo prohibentia, quæ hîc nominatim perſequi viſum eſt.

1. *Deo ſe in conſpectum danto.*

2. *Solemnia ſacra tribus illis ſtatis temporibus obeunto.*

3. *Tempora illa hilaria ſumunto.*

4. *Vacui in Dei conſpectum ne veniunto.*

5. *Levitas his ſtatis temporibus lætitia perfundere, & donare muneribus ne negligunto.*

6. *Septimo quoque anno exeunte ſolemnitate umbraculorum conventum ſacrum peragunto.*

Habes ea præcepta, quæ capitibus deinceps ſequentibus explicantur.

TRAC-

TRACTATUS SECUNDUS
DE
Sacris Solemnibus.

CAPUT PRIMUM.

De ratione apparendi Domino. De ſacris ſolemnibus obeundis. De diebus hilaribus ſumendis. Quiſquis tenderet Hieroſolymam dies ſolemnes celebraturus, ſimul eò hoſtias ageret, aut lectum ferret argentum, neceſſe eſſe. Omnino fieri potuiſſe, ut diei ſolemnis agendi ratio per hebdomadam totam inſtauraretur: verùm tamen moram interponentes notari. Sacris ſolemnibus ſabbatum non elevari; ſed elevari quemvis diem feſtum. Feriis minus ſanctis inter primum & ultimum diem ſolemnem intermediis etiam votorum ſacra fieri licere. Diebus ſolemnibus ſacrificia ſolida plura, quàm pacifica ab aliis, contra plura pacifica, quàm ſolida ſacra ab aliis eſſe conficienda.

§. I. ISraelitis in unum quodque de * tribus illis ſtatis temporibus feriatis tria præcepta jubentia ſancita ſunt: eorum unum erat, ut ſeſe darent Deo in conſpectum,
de quo Lex ita dicit, *Mares tui omnes apparento:* alterum, ut Exod.23.17.
obirent ſacra ſolemnia; de quo ſcriptum videmus, *Septem dies* Deut.16.15.
ſolemnes

§. I. *Tribus illis ſtatis*, &c. Ea de re quæ diſputat *Abarbanel* ad *Deut.* cap. 16. audire operæ pretium erit. Hæc tria, inquit, Dei fuerunt in Iſraelitas præcipua beneficia, exitus è ſervitio Ægyptio, latio Legis, & terræ promiſſæ poſſeſſio: idcóque noſtri juſſi ſunt in ædem auguſtam ire ter in anno numini gratias acturi: ſolemnitate azymorum de ſua ex Ægypto migratione: ſolemnitate hebdomadarum de Lege ſibi lata: & ſolemnitate umbraculorum de conceſſa ſibi terra omni frugum & fructuum genere læta. Idemque paulo poſt. Atqui triplex ille conventus, quo de divina Lex etiam atque etiam præcipit & monet, ad iſtæc quinq; animi bona referebantur.

tur.

ſolemnes Domino Deo tuo agito: tertium erat, ut tempus illud
Deut. 15.14. hilare ſumerent; videmus enim in Lege ſcriptum, *Et hoc feſto
ac ſolemni tempore lætator.* Jam iſtuc Legis verbum, *Apparento,*
id hanc habebat ſententiam, ut ad primum temporis feriati
diem in atrio templi os ſuum quiſque oſtenderet, ſimul & victimam
Deo mactaret ſolidam, & eam aut volucrem, aut quadrupedem.
Si quis igitur primo die feriati temporis in atrium
templi ſeſe contuliſſet, nec tuliſſet holocauſtum, non modò
non eſſet obſecutus præcepto jubenti; ſed etiam contra præ-
Exod.23.15. ceptum vetans commiſiſſet, ſiquidem in Lege eſt, *Sub aſpectum
meum vacui ne veniunto:* neque tamen verberibus coerceretur
de hoc vetito neglecto, propterea, quòd nihil effectum
dediſſet. Cùm verò Lex edicebat, ut ſacrorum ſolemnia celebrarentur,

tur. Primùm ut de beneficiis omnibus omnes Deo gratias agerent ſecundum *Davidis* illud, regis divino ſpiritu inſtincti, *O Domine, tuus ego ſum,* ego tuus *ſervus, ancillæ tuæ filius, vincla mea ſolviſti. Sacrificium tibi faciam, id quod ex ipſa gratiarum actione vocabulum habet: & tuum Jehovæ nomen celebrabo. Vota mea Domino perſolvam, inſpectante ejus omni populo. In atriis templi ſummo rectori ſacri, in medio tui videlicet Hieroſolyma.* Deinde ut Legis divinæ vis inſita in omnium animis hæreret, ac commemoratione illarum, quas Deus majoribus noſtris fecit, rerum tam admirandarum, quàm terribilium, homines adducerentur, ut crederent infinitam eſſe poteſtatem divinam. Nimirum ea de cauſa juſſi ſunt ii, qui rerum primitias tulerant, recitare carmen iſtuc, *Syrus oppreſſurus erat patrem meum, qui deſcendit in Ægyptum, & cætera.* Hic enim commemorabatur à præpotenti Deo mirum in modum animadverſum in Ægyptios injuſtos ac inclementes dominos, & terram promiſſam noſtris propriam poſſeſſionem eſſe datam. Tum ut ſuis oculis viderent ea, quæ in templo exiſtebant perpetuò prodigia: viderent rei divinæ adminiſtrationem: viderent ſacerdotes ſacris operantes: viderent Levitas interea, dum ſacra conficiebantur, voce atque fidibus è ſuggeſto canentes: ita caperentur amore ſacrarii, ſimul & ejus adminiſtrorum ſanctorum, atque Dei ſacrarium illud colentis majeſtate commoverentur. Deinde ut amarent inter ſe cùm norint ſe inter ſe, adeóque promti & parati eſſent ad ſerviendum communis vitæ neceſſitatibus aliis alii, atque omnes inter ſe conſuetudine uſúque conjungerentur. Hæc quidem ratio redditur etiam à *Joſepho,* lib. 4. Antiq. hæc à ſcriptore noſtro libro illo, qui Doctor Perplexorum inſcribitur, par. 3. cap. 43. & 46. hæc cuivis parumper cogitanti in mentem veniat. Poſtremò ut quæreretur & explicaretur quidquid in Lege & præſcriptionibus occurrebat intellectu difficile: nam ſi ſuo cuipiam in oppido de Lege, de præcepto quodam dubium eſſet, contentióque, templum auguſtum peteret, ibi de quæſtione ſenatum ſupremum conſuleret, qui rem dijudicaret. Erat enim in ſingulis Iſraelitarum oppidis conſeſſus judicum: ſed huic quoque præſcriptum erat iſtuc *Deut.* 17. 8. *Si non liquerit tibi de lite capitis, de diſceptatione rerum, de vi, de cæteris controverſiis oppidanorum tuorum, perges ad locum eum, quem,* &c. Nullus igitur dubito, quin id quovis tempore ſolemni conficeret: tum Hieroſólymæ viros ſapientia præſtantes adibant de quæſtionibus difficilibus & implicatis: ita cum Hieroſolymam convenirent celebraturi diem ſolemnem, eadem opera Legis & juris divini rationem exquirebant.

§. II. *Num-*

brarentur, hoc edicebat ut ad primum temporis feriati diem quiſque cum ſe ſiſteret in atrium, faceret ſacrum pacificum, quod genus ſacrificii fieri tantùm quadrupedibus haud ignotum eſt: atque his duobus præceptis de ore oſtendendo in atrio, & ſacris ſolemnibus obeundis mulieres non obligabantur. Porrò præſcriptum erat, ut quiſque tempus id hilare ſumeret, hoc eſt, ut præter illa ſacrificia pacifica ſolemnia, faceret & alia quædam ſacra pacifica: hæc ſcilicet illa fuerant, quæ vulgo dicebantur *ſacra pacifica hilaritatis*; nam ad hæc ſpectat Legis edictum illud, *Et victimis pacificis ibidem immolatis veſcens lætitiam* Deut. 27. 7.
apud Deum & Dominum tuum agito: atque hoc poſteriore præcepto tenebantur etiam mulieres.

§. II. Cujus pretii ſacrificium quiſque faciat cùm ſe ſiſtat in atrio, & ſacra ſolemnia cùm obeat, à Lege quidem nihil decernitur, *Pro eo, inquit, quod cuique Dei munere ac dono tri-* Ibid. 16. 17.
butum eſt, &c. verùm enim Sapientum decreto cautum eſt, ſolidum illud ſacrificium quod quiſque ſe ſiſtendo faciat ne vilius uno * nummo argenti; & quæ conficiat ſacra pacifica ſolemnia duobus nummis argenti ne viliora ſint: æquum eſt autem & bonum hæc quemque facere pro facultatibus ſuis, ſiquidem à Lege ita dicitur, *Pro eo, quod cuique Dei munere ac dono tri-* Ibid.
butum eſt.

§. III. Sed verò ne ſapientes quidem conſtituerunt quid ſumtûs faciendum eſſet in ſacris pacificis hilaritatis.

Quiſque cùm Hieroſolymam tenderet dies ſolemnes celebraturus, aut paratas eò ſimul agebat hoſtias, quas mactaret in atrio ſe ſiſtens, aut certè lectum unà ſecum ferebat argentum, quo has ſibi coemeret. At pro argento quid aliud, quod eſſet tantidem eò portare, non licebat: immò ſi quis haberet quod bene multorum eſſet nummorum aureorum, nihilo magis ei licebat

§. II. *Nummo argenti.* Quod in literis ſacris גרה, id à ſcriptore noſtro, cunctiſq; Rabbinis מעה nominatur. Imo enim verbum iſtuc גרה quo Siclus *Exod.* 30. 13. definitur, à Chald. quoq; eò loci מעה vertitur. Erat ſiclus viginti ejuſmodi nummorum. Sed ſicli pretium & pondus quod eſſet jam in ſuperiori libro de cultu divino, initio tractatûs ſecundi ex literis ſacris, *Flavio Joſepho*, & neotericis ſcriptoribus oſtendimus. Ibidem & communem omnium opinionem de duplici ſicli genere, uno vulgari duarum tantùm drachmarum, & altero ſancto drachmarum quatuor commentitiam & falſam eſſe demonſtravimus.

licebat Hieroſolymam ſine pecunia victimiſque contendere. Interdictum erat autem, ne quiſquam tunc temporis Hieroſolymam pro argento rem aliam ejuſdem pretii deportaret propterea, quod fieri potuiſſet, ut emtorem ejus rei reperiret neminem, aut etiam confectos inde nummos inveniret adulterinos.

§. IV. Si quis primo die feriati temporis nec oris oſtenſi cauſa feciſſet ſacrificium ſolidum, nec pacifica illa ſacra ſolemnia obiſſet, porro cæteris ejuſdem feriati temporis diebus ea ſacra
Deut. 16. 15. faceret: habemus enim in Lege, *Septem dies tempus ſolemne Domino Deo tuo celebrato:* ex quo hoc efficitur, * tempus hoc univerſum idoneum eſſe, quo ſacra ſolemnia conficerentur. Et verò cæteri omnes dies feriati inſtituti ſunt ad primum illum & ſolemnem diem ſacris inſtaurandum.

§. V. Jus enim erat hæc ſacra facere primo die feriati temporis abjectâ omni cunctatione: ſi quis autem ſciens, inſciens ea primo die feriati temporis non feciſſet, faceret die ſecundo: verumtamen quicunque moram interponebant, notabantur.
Soph. 3. 18. Etenim in tales homines conveniebat ea vaticinatio, **Mæſtos à tempore ſolemni perimam.*

§. VI. Si quis tempus feſtum exegiſſet totum, nec illa ſacra ſolemnia obiſſet, porro non præſtabat: talem autem hominem
Eccleſ. 1. 15. tangit oraculum illud, *Depravatum emendari non poteſt.*

§. VII. Si quis ſacra ſolemnia non feciſſet ad primum umbraculorum diem, ea poterat deinceps facere per totum illud tempus feſtum, etiam ad extremum diem numero octavum: nimirum & octavus ipſe dies ideo feriatus erat, ut eo primus ille ſolemniſque dies ſacris inſtauraretur. Item ſi quis ſacra ſolemnia non feciſſet tum, cùm celebrabatur dies feſtus hebdomadarum, eadem facere continuo ſeptem dierum ſpatio poterat. Nam ad hunc quoque diem feſtum ſacris inſtaurandum ſpatium dabatur ſex dierum conſequentium. Atqui traditione tenetur iſtuc, hebdomadarum ſolemnitatem ſolemnitati panum

§. IV. *Tempus hoc univerſum.* Hæc enim hilaria ſic, ut idem hic noſter in Doctore Perplexor. ſuo par. 3. c. 43. rectè docet, in ſeptem continuos dies ſunt inſtituta, quò magis celebraretur perceptis jam omnibus reconditiſque fructibus Dei benignitas.

§. V. *Mæſtos à, &c.* Verſum hunc in eandem ſententiam interpretatur Chaldæus. די הוו מעכבין כך ומני מיערך א־חיקת מניך, *Qui in medio tui retardarunt, tempora feſta tibi conſtituta, eos ego à te removebo:* item & R. *Sal. Jarchi:* aliter alii.

§. VIII. *Ne-*

num azymorum in ſacris inſtaurandis prorſus eſſe ſimilem.

§. VIII. Quam hoſtiam quiſque cùm Deo appareret ad ſolidum ſacrificium præbebat, & quam mactabat ſacris ſolemnibus obeundis, ea ſabbatum non elevabant, nec inquinamentum: neque enim illis itidem, ut ſacris publicis certus dies conſtitutus erat; verùm ſi quis illa ſacra ſolemnia die uno non obiſſet, obiret altero, ſic, ut ſupra diximus. Rurſus eadem quemvis diem feſtum elevabant: ac ſi die feſto nulla ſacra fierent * neque ex voto neque ex promiſſo; at certè apparendi nomine ſacrificium ſolidum, & ſacra ſolemnia, ea videlicet pacifica, inſuper etiam ſacra pacifica hilaritatis die feſto fiebant: nam hæc quidem ſacrificia fiebant non ſecundum votum, aut promiſſum; verùm ſecundum jura ſacrorum.

§. IX. Qui apparendi cauſa victimas ad ſolidum ſacrificium, item ad ſacra pacifica ſolemnia, itémque ad ſacra pacifica hilaritatis præbebat, is immolandis illis die feſto ſic, tanquam profeſto, manus ſuas * totis viribus imponebat: in his enim etſi manuum impoſitio non adeo requirebatur, ut tractatu de ratione ſacrificiorum faciendorum diſſeruimus, tamen nulla habebatur ratio eorum, quæ ne ſabbato, diebúſque feſtis fierent, ſapientum auctoritate ſancitum eſt.

§. X. Si

§. VIII. *Neque ex voto, neque ex promiſſo.* Cùm verbo נדר verbum iſtud נדבה adjungitur (adjungitur autem ſæpiſſimè) poſterius à conſuetudine Hebraica deflexum eò deducitur, ut genus certum quoddam voti ſignificet. Ea de re ſcriptor noſter in ſuperiori libro de cultu divino, tract. 5. cap. 14. copiosè diſputat: quæ diſputatio omnis huc redit denique, נדר eſſe ſi quis generatim recepiſſet ſe ſolidum ſacrificium, aut ſacrum pacificum facturum, aut fertum Deo obmoturum, aut tantum argenti, quanti pecus aliqua eſſet, ad ſacrificium ſolidum, vel ad pacificum præbiturum: נדבה autem eſſe, cùm recepiſſet aliquis ſe hac illa certa beſtia ad ſacrificium ſolidum faciendum, aut ſe hac illa decuma ad fertum Deo obmovendum uſurum: hunc rei nuncupatæ damnum uſque præſtare; illum non item. Hoc duplex ſponſionis genus etiam cum aliqua diſcriminis ſignificatione rectè, opinor, latinè dixerim votum & promiſſum. Habeo *M. Tullium* auctorem. Is lib. 12. epiſt. ad Att. epiſt. 18. ubi agit cum Attico de fano ædificando Tulliolæ ſuæ paucis ante diebus mortuæ ita loquitur; " Ego, quantum his
" temporibus tam eruditis fieri poterit,
" profectò illam conſecrabo omni genere
" monimentorum———quæ res forſitan
" ſit refricatura vulnus meum. Sed jam
" quaſi *voto quodam*, & *promiſſo* me teneri
" puto.

§. IX. *Pro viribus imponebat.* Volunt enim alioqui totis viribus inniti, idem eſſe, ac in jumento equitare: atqui ſapientum edicto ſancitum eſſe, ne quis ad diem feſtum in animante equitaret. Vide tractatum Talmudicum חגיגה de ſacris ſolemnibus, fol. 16. pag. 2. & ibidem conſule R. *Salomonem Jarchi.*

§. X. Si quis ſtatim, ac conſecraverat hoſtiam apparendi nomine mactandam mortem obiſſet; hæredes ejus ſacri religione obligabantur. Ad ferias minus ſanctas, quæ ſtatis illis temporibus feſtis inter primum & ultimum diem ſolemnem interjectæ ſunt, ſacrificia votorum & promiſſorum fieri licebat: quod
Num. 29.39. enim à Lege dicitur, *Hæc Deo facitote feriis veſtris præter votiva ſacra veſtra, voluntatéque promiſſa*, id declarat hujus generis ſacrificia fieri tempore feriato licere: ſequitur autem,
Ibid. *Cum holocauſtis veſtris*, quod ſignificat hominum leproſorum, atque puerperarum holocautomata: & quod deinde ſequitur,
Ibid. *Cum fertis veſtris*, id & fertum peccatoris indicat, & fertum
Ibid. zelotypiæ: ad extremum additur, *Cum pacificis veſtris*, quod comprehendit etiam ſacra pacifica Nazaræi, quæ omnia feriis illis minus ſanctis fieri fas erat ſcilicet; diebus ſolemnibus non item.

§. XI. Cui familia magna, & parva res erat, is in ſacra pacifica ſolemnia plus impendebat, quàm in holocautomata apparendi: cui verò familia erat parva, & adeo magna res ſupererat, is in holocautomatis apparendi ſumtum majorem faciebat, quàm in ſolemnibus ſacris pacificis: & qui cum exigua familia pariter ac re eſſet, is ne minus uno nummo argenti in holocautomata, neu minus duobus nummis argenti in ſacra pacifica impenderet, ſancitum erat: & qui familiâ ſimul & re peramplâ gaudebat, hic erat is, in quem hoc Legis edictum
Deut. 16.17. conveniebat, *Pro ea rerum copia, quam Dominus Deus tuus tibi largitus eſt.*

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

Quædam hominum genera præcepto apparendi Domino ſoluta eſſe. Quo præcepto cunque non tenebantur mulieres, eodem nec obligari ſervos. Sanæ mentis omnes, præter incircunciſos & inquinatos, teneri religione hilariorum. Cum Paſchæ, tum umbraculorum ferias omnes ad primum diem ſolemnem ſacris inſtaurandum inſtitutas eſſe. Sacrificium ſolidum apparendi nomine faciendum ſuâ cujuſque pecuniâ; ſolemnia verò ſacra pacifica etiam argento è decumis ſecundis confecto comparabantur: immo etiam pecudibus decumis iſta fiebant. Ad ſacra hilariorum facienda multis & variis hoſtiis uti fas eſſe: hilaria non rite celebraſſe qui victimas cæſas pauperibus & egenis non communicaſſet.

§. I. MUlieres ac ſervi ſoluti erant apparendi præcepto: viri verò hoc eodem præcepto omnes aſtricti erant: excipe * ſurdos, mutos, amentes, impuberes, cæcos, claudos, inquinatos, præputio obductos, item & decrepitos, ægrotos, & eos qui molles erant, & adeo teneri; ut Hieroſolymam pedibus ire nequirent: his undecim generibus exceptis, cuncti viri præcepto apparendi aſtringebantur. Quivis igitur ſurdus, tametſi loqui poterat, immo & aurium alterâ captus præcepto apparendi ſolutus erat: ſolutus erat etiam & altero lumine orbus, & altero pede claudus, & mutus audiendi ſenſu præditus: item & obſtructus & androgynus, ut quorum * ſexus erat ambi-

§. I. *Surdos*, &c. Paſſim videas tres iſtos ſurdum, amentem, & impuberem, ut ratione non utentes jungi; adeóque legibus ſolvi, bonis interdici: nam ſurdus fere commemoratur is, qui nec audit, nec fatur, id quod expreſsè traditur & tractatu Talmudico חגיגה de ſacris ſolemnibus, fol. 2. pag. 2. & à ſcriptore noſtro, tract. de connubiis, cap. 2. ar. 16. Hic tamen fandi poteſtate privatus diſtinguitur ab eo, qui caret audiendi ſenſu. Porro autem conſtitutum eſt jus hoc Hebræis, ut cùm mares tum feminæ ab ortu ad uſq; pubertatem pro pueris infantibus ducantur: ut ſi cui pubes nunquam exiſteret, is à jureconſultis קטן pupulus uſque haberetur & diceretur. Sed hac de re in illo, quem nos jam abhinc annos novem ex hebræo latinum fecimus, tractatu de connubiis noſter diſputat plus ſatis.

Sexus erat ambiguus. Atqui hoc demum Lege ſancitum erat, mares ut apparerent omnes.

Servos.

ambiguus. Atque unus & idem homo, partim ſervus, & partim liber etiam præcepto apparendi ſolutus erat, ob ſervilem illam ſui partem. Sed, inquiet aliquis, unde cognoſcitur homines iſtos præcepto apparendi eſſe ſolutos? Nempe videmus in Le-
Deut. 16. 16. ge ſcriptum, *Mares tui comparento omnes*; hîc igitur excluduntur mulieres: atqui quo præcepto jubente non tenentur mulieres, eodem nec tenentur ſervi: præterea autem in hanc rem
Ibid. 31. 11. Lex ita dicit, *Cum univerſa convenerit gens Iſraelitarum*, habes igitur & * ſervos excluſos. Jam hæc Legis verba, *Cum univerſa convenèrit gens Iſraelitarum, ut appareat*, ſignificant non ſolum opus eſſe, ut ſuum quiſque os oſtendat Domino, ſed etiam ut hunc ejus apparatum ſanctum, auguſtúmque templum oculis cernat; excluduntur ergo cæci, qui cernendi ſenſu carent: immò excluditur etiam altero lumine orbus, quippe qui non integrum habet videndi ſenſum. Sequitur dein-
Ibid. ceps, *Ut audiant*, quibus verbis excluduntur quicunque non
Ibid. habent perfectum audiendi ſenſum: quod autem additur, *Et ut diſcant*, id excludit homines elingues: nam quicunque diſcere jubetur, hic idem jubetur & docere: quod autem à
Exod. 34. 24. Lege dicitur, *Cùm abiveris ut in conſpectum Domini & Dei tui te ſiſtas*, id deſignat eum, qui pedes Hieroſolymam ire queat, excludit autem & hominem claudicantem, & ægrotum, & ætate confectum, & mollem ac tenerum: id verò nobis tractatu de ratione adeundi templi diſputatum eſt, hominem inquinatum haud idoneum eſſe, qui in templum intromittatur: at præputio obductus homo, quàm inquinatus, nihilo minus ſpurcus eſt.

§. II. Homo ſordidus, is, qui ponebat operam in ſtercore canino, atque ſimilibus hujus excrementis legendis ad coria perficienda, parandáque medicamenta: item & æris in ipsâ fodinâ conflator, ac coriarii, quanquam erant ſuorum operum illuvie immundi; tamen corpus tergebant, bene veſtiebant, & cum

* *Servos excluſos.* At tractatu Talmudico חגיגה de ſacris ſolemnibus, fol. 4. pag. 1. præcepto apparendi ſervos ſolutos eſſe hinc efficitur, quòd *Exod.* 23. 17. ſcriptum legimus, *Mares tui omnes apparento Domino Deo*, ii, qui Deum unum haberent dominum ſcilicet; qui haberent & alium dominum non item.

§. 4. *Hi-*

cum reliquis Iſraelitis Hieroſolymam petebant, ut ora ſua Domino oſtenderent.

§. III. Omnis puer impubes cùm primùm poterat parentis apprehensâ manu gradi uſque ab urbe Hieroſolymæ ad montem ædis, in templum apparendi causâ erat à patre adducendus, quî ſacris initiaretur. eſt enim in Lege, *Mares tui omnes comparento.* Deut. 16.16. Qui ſi puer eſſet claudus, cæcus, ſurdus; immo ſi vel oculorum uno non videret; vel aurium una non audiret, nihil erat, quòd hoc officio aſſuefactus eſſet, ut etiam ſânus fieri poſſet: etenim pubes quoque ſic affectus hoc officio ſolutus erat, ſic; ut ante diximus.

§. IV. Quicunque tenebatur religione apparendi, idem & obire ſolemnia ſacra debebat: & quivis ſolutus illo officio, hoc etiam ſolutus erat: at * hilariorum religione obligabantur omnes, præter ſurdos, mentis inopes, impuberes, incircunciſos,

§. IV. *Hilariorum.* Cùm omnes dies ſancti jucundè agerentur; tum præcipuæ hilaritatis & lætitiæ erat feſtum umbraculorum, ſecundum hoc quod *Levit.* 23. 40. edictum eſt, *In conſpectu Domini Dei veſtri ſeptem diebus lætamini.* Ad vigiliam igitur primi diei adeo ſolemnis locus parabatur mulieribus ſuprà, infrà viris, ne cum aliis alii miſcerentur: exacto die ſolemni inſtituebantur hilaria, & porro ſingulis feriis minus ſanctis poſt factum juge ſacrificium veſpertinum per reliquum diei, & noctem totam hilaria continenter celebrabantur. Hæc erat hilariorum celebrandorum ratio: alii tibias inflare, alii pulſare citharam, alii nablia plectere, alii cymbala movere, & ſi qui fidibus aliis ſcirent: artifices cantandi voce canere: cæteri ſaltare, plaudere, tripudiare pro ſua quiſque ſolertia, hymnos & carmina dicere. Hîc ego non poſſum, quin laudem quod à *M. Tullio* de modo lætitiæ publicæ præſcribitur lib. 2. de Legibus, non ita procul à fine primæ legis. " Ludis, inquit, publicis, quod ſine curriculo, " & ſine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus, & tibiis " moderanto, eámque cum divûm honore " jungunto. Sed jam eò, unde digreſſa eſt, noſtra redeat oratio. Hæc enim hilaria multo cum ornatu & pompa celebrare jus erat. Agebant igitur non infimæ ſortis homines, aut cuicunque viſum; ſed ſapientiſſimus quiſque Iſraelitarum, academiarum principes, ſenatores, pietatis laude excellentes, ſenectute ſpectabiles, & viri factorum gloria clari: hi, hi ſaltabant, plaudebant, canebant, lætitia geſtiebant, in templo quondam ad ferias umbraculorum, & populus univerſus, viri & mulieres, ſpectatores & auditores erant. Nempe cum lætitia & gaudio officia obire, & juſtum amorem Deo reddere magnam habet religionem: ita qui hac hilaritate abſtinebat, haud impune auferebat, id quod *Deut.* 28. v. 47. ſcriptum videmus, *Propterea quod Domino Deo tuo non ſervieris hilari & læto animo.* Hæc à ſcriptore noſtro traduntur in tractatu de umbraculis & palmis in extremo. Si quis avet hoc de genere plura ſcire, ille mihi legat Talmudici tractatus סוכה de umbraculis caput quintum: ibi multa videbit, quæ ne longior eſſem, allegari nolui: videbit ibidem etiam, quod obiter indicandum exiſtimavi, commentum opinionis Judaicæ de Chriſtis duobus: uno *Joſephi* filio, qui mortem oppetat: & altero *Davidis* filio, cui fiant à Deo illa divini cantoris verba, *Ego te hodie genui, poſtula à me, dabo tibi gentes in hæreditatem.*

§. V. *Illa:*

ciſos, & inquinatos: nam ſurdi, dementes, atque impuberes non ſunt ii, in quos cadat officiorum religio: itaque cunctis Legis ſacræ præceptis ſoluti ſunt: incircunciſi autem & inquinati ſacris non veſcebantur, neque porro erant idonei, qui in templum introirent, quemadmodum in tractatu de ratione adeundi templi poſuimus, item & in tractatu de ratione ſacriſiciorum faciendorum.

§. V. Si quis temporis feſti die primo claudus, aut cæcus, ſecundo ſanaretur, præceptis apparendi Domino, & obeundi ſacra ſolemnia etiam ſolutus erat, eam ob rem, quòd ſuo harum religionum die ipſis ſolutus eſſet. nam temporis feriati cunctos dies ideo feſtos haberi, ut his primus ille dies ſolemnis ſacris inſtauraretur, antea demonſtravimus. Similiter cùm inquinaretur aliquis * illa ipſa nocte, quæ eſſet ad primum diem feſtum, licet craſtino die purificaretur, nihilo ſecius his officiis ſolutus erat. Si quis autem luce primà demum contaminaretur, inquinamento ſublato, porro per reliquos dies feſtos apparendi nomine ſacrificium faceret, & ſacra ſolemnia obiret, oportebat.

§. VI. Qui ſæpenumero veniebat in atrium templi per dies feriatos continuos, non ideo victimam ad holocauſtum neceſſariò præbebat toties, quoties in atrium introibat: nam id, quod Deut. 16.16. à Lege dicitur, *Neque ſe in conſpectum meum vacui danto*, ad temporis feriati diem maximè ſolemnem pertinet tantùm. is autem erat dies ordine primus, & ex reliquis diebus is, quo dies ille primus ſacris inſtaurabatur.. Si quis autem, quoties in templum

§. V. *Illa ipſa nocte.* Cùm enim Hebræi dies ita deſcribant, ut lucem nox antecedat; eorum diſciplinæ conſentaneum erat, ut qui prima nocte ſolemni non aſtringeretur hac religione, deinde ſolutus eſſet: contráque qui ſolemni nocte prima obligaretur hac religione, is & deinceps hac eadem aſtringeretur. Atque multæ aliæ gentes eandem dierum deſcribendorum rationem inſtituerunt. *Julius* enim *Cæſar* lib. 6. de bello Gallico, hoc de Gallis ſcriptum reliquit. " Spatia omnis temporis non numero dierum, ſed noctium finiunt, & dies natales, & menſium, & annorum initia ſic obſervant, ut noctem dies ſubſequatur. Idem hoc de Germanis à *C. Cornelio Tacito* proditum, lib. de ſitu, moribus, & populis Germaniæ. " Nec dierum, inquit, numerum, ut nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt. Nox ducere diem videtur. Porro *Servius* ad illum verſum, lib. 3. Æneid. *Sacra mari colitur medio*, expoſita fabula errantis inſulæ addit iſtuc. " Quod autem diximus *Dianam* primo natam, rationis eſt. Nam conſtat primam noctem fuiſſe: cujus inſtrumentum eſt Luna, id eſt, *Diana*: poſt diem, quem Sol efficit, qui eſt *Apollo*.

templum intrabat, victimam ultrò præberet, toties ab eo reciperetur, atque apparendi nomine ſolidum eâ fiebat ſacrificium: nimirum holocauſtorum numerus, quæ apparendi nomine ferrentur, nequaquam præfinitus erat.

§. VII. Si pecudes numero decem ſolemnibus ſacris deſtinaſſet aliquis, tum primo feriati temporis die poſt immolatas earum aliquas de repente deſtitiſſet, cæteras deinceps neutiquam immolaret: quippe quas de induſtria reliquas feciſſet: ſin autem immolatio non eſſet deſita; ſed per temporis ſpatium non licuiſſet pecudes omnes uno die mactari, mactarentur die poſtero reliquæ.

§. VIII. Holocauſtum illud, quod apparendi nomine ferebatur, haud ſecus, ac cuncta ſacra, quibus obſtringebantur puræ religionis cultores, non niſi ſuâ cujuſque pecuniâ profanâ mercandum erat: in ſolemnia vero ſacra pacifica, fas erat argentum ſecundis è decumis confectum impendi conjunctim cum aliquo profano: nempe permiſto hoc argento pecus emebatur, qua ſolemne ſacrum pacificum conficeretur. Oportebat autem, ut adjunctum iſtuc argentum profanum ſuppeteret ad prima certè fercula. Jus erat enim illa ſacra pacifica ſolemnia fieri: quod autem cunque ſacrum fieri jus erat, id, niſi ſuo cujuſque argento profano, non emi licebat.

§. IX. Illud verò ſolemne ſacrificium pacificum rite quis faceret pecude decimâ: talis autem pecus die maximè ſolemni, neutiquam immolaretur, ne quis induceretur etiam ad beſtias eodem ipſo die decimandas.

§. X. Pro ſacrificiis pacificis hilaritatis defungebantur Iſraelitæ quidem votivis, & promiſſis hoſtiis, beſtiiſque decumis; & ſacerdotes etiam hoſtiis piacularibus, & primogenitis animantibus: immò verò cuivis horum donum impertitum alienâ de victimâ, pectus & armus, itidem ad hoc officium exequendum erat aptum. nam hujus officii vis in eo ſita erat omnis, ut edenda carne in conſpectu Dei hilarem ſe quiſque faceret, quod utique ſacerdotes comedendis hiſce muneribus faciebant. Rurſus ſacerdotes huic officio non ſatisfaciebant neque volucribus hoſtiis, neque fertis, ut in quibus non erat ea caro, qua hilaretur homo. Porro dictum eſt à nobis in tractatu de ſacrificio paſchali, quod ſacrum ſolemne fere fiebat ad decimam & quartam diem men-

ſis Niſan, id fuiſſe liberum: non poterat igitur hoc ſacro quantumvis ſolemni quiſquam ad ſacra ſolemnia die feſto obeunda uti: ad ſacra pacifica hilaritatis poterat.

§. XI. Si quis victimas pacificas, & illas à ſe votas, aut promiſſas immolaſſet ad vigiliam diei ſolemnis; ut eaſdem ipſo die ſolemni comediſſet, nihilo magis ſacrorum ſolemnium obeundorum officio functus eſſet; quippe quæ beſtiis alioqui profanis demum fiebant: rurſus eædem ad officium hilariorum valuerunt.

§. XII. Officio, inquam, hilariorum ſatisfiebat hoc genere victimarum vel ante diem feſtum immolatarum, ſiquidem die feſto comederentur: neque enim oportebat victimas illas pacificas hilaritatis mactari tunc ipſum, cùm tempus hilarum ſumeretur.

§. XIII. Omnino quarto decimo die menſis Niſan ſacrum Euchariſticum fieri non conveniebat, ea re; quia inerat eo ſacro panis fermentatus, nec unquam in eum locum deducenda divina res erat, ut temerari facile poſſet: verùm enim ſi quis id ſacrificii genus tum feciſſet, eo uti deinceps ad hilariorum officium faciendum, ſic, ut ſupra poſuimus, licitum erat.

§. XIV. Si quis votum ita nuncupaſſet, en ego ſacrum euchariſticum ad me recipio eâ mente ut hoc eodem utar ad ſolemnia obeunda is & ſacrum euchariſticum ferret, nec eo uteretur ad ſacra ſolemnia obeunda, quoniam iſta profanis cæteroqui beſtiis modò fierent. Non erat, quod quiſquam ſic in animum induceret ſuum, ſi ſolemnia ſacra cùm obiret, cùm celebraret hilaria, victimas cæſas ipſe ſimul cum uxore liberíſque ſuis comediſſet, ſe ſuum hoc pietatis officium ex omni parte ſervaſſe: namque * pauperes etiam & egenos iiſdem exhilaratos oportebat, quod à Lege ſic edicitur, *Levita quoque, proſelytus, pupillus, & vidua:* prorſus his omnibus id temporis cibum & potionem præbere pro ſuis quemque facultatibus par erat. Et qui

Deut. 16.14.

§. XIV. *Pauperes etiam.* Hanc charitatis legem non modo non ſuſtulit, ſed etiam ad melius perduxit *Chriſtus* Dominus, qui apud *Lucam*, c. 14. v. 13. de conviviis celebrandis ita præcipit. *Sed convivium cùm celebras, voca pauperes, mancos, claudos, cæcos, felix eris.* Et verò legem iſtam homines nec ullo cœleſti lumine colluſtrati, duce & magiſtra natura, conſtituerunt. Ita *M. Tullius*, lib. 2. de Officiis. “Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum.

§. IV. *Quam*

qui ſacris ſuis edendis commemoratos homines non hilararet, hi videlicet erant ii, de quibus dirum hoc oraculum eſt editum, *Sacrificia eorum ſunt inſtar panis lugentium, quo pane quicunque veſcantur, polluuntur, quoniam dapes ſuas ſibi ſolis inſtituunt.* Hoſ. 9. 4. Porro beneficium id conferre Levitis potius, quàm ullis aliis, officium erat: nimirum illis nullus omnino fundus, nulla poſſeſſio, nullum ne de ſacrificiis quidem donum erat tributum: quapropter eos invitare ad epulas oportebat, & animos eorum jucunditate, lætitiáque perfundere, vel cum decumis ſuis erat etiam ipſis danda viſceratio tanta, quanta ſufficeret ad religioſam illam lætitiam agitandam. Etenim qui ſpernebat lætitiam dare Levitis, decumáſque ſuas ad ſtatas illas ferias exolvere, contra vetitum faciebat. nam hac de re Lex ita dicit, *Levitam* Deut. 12. 9. *ne deſeras caveto.*

CAPUT TERTIUM.

De celeberrimo conventu Iſraelitarum, ſeptimo quoque anno ad ferias umbraculorum agendo, & prælegendis ei certis quibuſdam divinæ Legis capitibus, unde naſceretur in animis ardens officiorum & religionis ſtudium & amor. Regem ipſum è pulpito hebraicè prælegiſſe, & preces Deo adhibuiſſe. Regem prælegentem haud ſecus, ac quondam Deum ipſum in monte Sina, ſumma cum reverentia, quàm attentiſſimè fieri poterat, audiendum.

§. I. PRæceptum erat jubens, ut Iſraelitæ ſimul omnes, viri, mulieres, pueri, puellæ cogerentur exacto ſeptimo quoque anno tum, cùm feſtum umbraculorum tempus celebraturi ad templum Dei contendiſſent; atque ut in unum coactis è Lege divinâ prælegerentur ea capita, quibus vehementer excitarentur ad officia, & in colenda religione pura confirmarentur. Quod à Lege quidem ſic edicitur, *Septimo quoque anno vertente, ſtato tempore anni illius ſabbatici, feſto tabernaculorum. Cùm univerſa convenerit gens Iſraelitarum ut appareat, &c.* Deut. c. 31. v. 10, 11, & 12.

Congregato populum, viros, & mulieres, & parvulos, & advenas, qui degunt in oppidis tuis, &c.

§. II. Quivis apparendi lege ſolutus, ſolvebatur etiam religione conventus illius: excipe mulieres, pueros, & incircunciſos homines: at verò religione conventus illius ſolvebantur homines inquinati. Etenim habemus in Lege, *Cùm univerſa convenerit gens Iſraelitarum :* atqui homines ſic affecti non erant idonei, qui in templum venirent: id verò perſpicuum eſt, obſtructum & androgynum hac officii religione obſtringi, quandoquidem eadem obligabantur etiam mulieres.

§. III. Ergo capita Legis illa populo prælegebantur poſt exactum primum diem umbraculorum adeo ſolemnem, initis feriis minus ſanctis anni videlicet octavi. Et ea populo prælegebat ipſe rex in atrio mulierum: cui quidem erat in manu, ut ſedens ea populo prælegeret: verùm hoc idem munus ſi ſtans obiret, laudibus efferebatur. Prælegebat ergo populo *Deuteronomii* principium ad extremum uſque caput, cujus prima
Deut. 6. 4. verba ſunt, *Audi Iſrael:* inde protinus ibat ad caput illud,
Ibid. 28. 1. cujus initium eſt, *Et erit, ut ſi Domino ac Deo tuo dicto audiens eris,* &c. quo toto perlecto redibat ad iſtum ejus libri locum,
Ibid. 14. 22. *Omnem ſementis tuæ fructum, quem feret ager quotannis decumato*, & conſequentia deinceps ordine prælegebat, omninò precationes fauſtas, & diras itidem execrationes omnes, ad hæc
Ibid. 28. 64. uſque verba, *Præter fœdus illud, quod cum eis in Horebo icerat*, & poſt hæc effata legendi finem faciebat.

§. IV. Hæc autem erat prælectionis ejus via & ratio; buccinarum cantus, quo populus convocaretur, Hieroſolymâ dabatur totâ: tum extructum è ligno pulpitum ponebatur medio in atrio mulierum: in hoc pulpito rex ſe collocabat, quò meliùs audiretur inde populo prælegens id quod ſupra dictum eſt: ilicet regem undique circumfundebant omnes Iſraelitæ, qui ſtatas umbraculorum ferias celebraturi templum petierant: hîc æditus volumen Legis ſanctæ ex arca depromebat, & idem hoc tradebat principi Synagogæ: princeps idem illud tradebat vicario: vicarius ſummo pontifici: ſummus pontifex regi, cujus adeo majeſtas magno hominum ei miniſtrantium numero cohoneſtabatur: rex, volumen illud, ſtans accipiebat, idemque ſedens, ſi mallet: deinceps hoc aperiebat, inſpiciebat,

bat, atque precem fundebat, eam, * quam ſolent omnes in Synagogis aliquid è Lege populo prælecturi, prælegebátque capita Legis illa, quæ ſupra commemoravimus: his perlectis, volumen illud convolvebat, rurſúſque Deum venerabatur ita, * ut fere fit in Synagogis: inſuper & has ſeptem preces deinceps addebat, * *Domine, Deus noſter, te precamur, quæſumúſque, uti volens, propitius ſis populo tuo Iſraelitico,* &c. *Nos te prædicamus,* &c. *Tu nos, poſthabitis omnibus populis, dilexiſti, amaſti,* &c. &

§. IV. *Quam ſolent*, &c. *Eſt ea ſic concepta.* Laus tibi Domine rerum, Deus noſter, Rector hujus univerſi, qui cunctis è populis nos delegiſti, quibus dares Legem à te conditam, gratia tibi Domine de Lege nobis data.

Ut fere fit, &c. *Id verò fit modum ad iſtum.* Gratia tibi, Domine, qui nobis Legem veram conſtituiſti, vitam ſempiternam in medio noſtri ſeviſti; gratia tibi de Lege ſancita.

Domine, Deus noſter, &c. *Adducuntur ſumma capita precum, quas aliunde notas eſſe ſupponitur: quare nobis eas hîc deinceps ſubjicere viſum eſt.* Domine, Deus noſter, te precamur, quæſumúſque, uti volens, propitius ſis populo tuo Iſraelitico, & ejus oratis obtemperes: reſtitue in adytum templi tui cultum illum ſolemnem atque Iſraelitarum ſacra, precéſque placatus accipe. Sit Iſraelitici populi tui tibi grata ſemper religio: oculis noſtris percipiamus te miſeratione commotum, in urbem tuam Sionem revertentem. Laus tibi, Domine, qui Sioni præſentiam tuam redditurus es.

Nos te prædicamus majorum noſtrorum fuiſſe Dominum & Deum, eſſe noſtrum, & in omnem æternitatem futurum: murum, propugnaculum, atque præſidium ſalutis noſtræ, clypeum telis in nos intortis oppoſitum: te vitæ datorem ac conſervatorem, mentis & rationis auctorem, educatorem & altorem in perpetuum decantabimus: quæ noſtrî cauſa quotidie præter naturam admirabiliter efficis, memori animo recolentes celebrabimus: tuam in nos benignitatem veſpere, mane, meridie, continuò intentam collaudantes illuſtrabimus. Tu verò bonus, cujus infinita bonitas, tu pius, cujus immenſa & interminata pietas: tu adeo es is, in quo nobis uſque ſpes ſita fuerit. *Eſt & altera precatio, cui principium idem, atque huic: ſed ea recentioribus à Rabbinis concepta, & ad præſentem Judæorum ſervitutem accommodata: ea vulgo* מירים דרבנן *vocatur, & in multis precum libris eſt excuſa è regione precationis ſuperioris. Porro illam neotericorum precationem videre eſt & apud ſcriptorem° noſtrum in ſerie illa precum, quam compendioſè ſubjecit ad calcem libri de amore Dei.*

Tu nos, poſthabitis omnibus populis, dilexiſti, amaſti, extuliſti, præceptis & monitis adeo religioſis ad ſanctitatem informaſti, ad purum & caſtum auguſtæ majeſtatis tuæ cultum inſtituiſti, nomine tuo venerabli appellaſti: tu idem, Domine rerum, Deus noſter, præ amore ſabbata conſtituiſti nobis ad requiem, ferias ad lætitiam, dies feſtos & ſolemnes ad tripudium; in his feſtum hunc & ſolemnem diem umbraculorum religioſo conventui agendo præſtitutum, utique nobis jucundiſſimum, & conventu quam ſanctiſſimo celebrandum uſque, ut exitûs ex Ægypto nos admonentem.

O noſter, & majorum noſtrorum, Deus, nos & majores noſtros, urbem Hieroſolymam tibi dicatam, *Chriſtum* tuum miniſtrum *Davide* oriundum, & tuorum Iſraelitarum reliquias in memoriam redigito: facilem, benevolum, clementem, pium te nobis reddat hic umbraculorum dies feſtus ac ſolemnis, religioſúſque conventus: reſpice, quæſumus, & juva nos: id, ô Domine rerum, Deus noſter, tibi veniat in cogitationem, hodie nos reddere ſalvos & validos, felices & fortunatos: largire nobis opem benignitate tua dignam: miſerare, refice, recrea nos miſeros & perditos: oculos

& hanc poſteriorem precem longo carmine conceptam itidem, ut in illa * eximia precatione Deo adhibenda proſequebatur ad hæc uſque verba, *Qui Iſraeliticum populum & dies feſtos conſecraſti:* en igitur tres preces, quarum eſt conſtituta formula. Rogabat deinde Deum, ut auguſtum ejus templum ſtabile permaneret; quam precem ita claudebat, *Laus tibi, Domine, qui Sionem incolis:* tum pro Iſraelitici regni perpetuitate Deum orabat, & precis hujus erat iſta clauſula, *Gratia tibi, Domine, qui delegeris Iſraelitas:* Sexto loco pro ſacerdotibus Deum orabat in hanc ſententiam, ut religioſum miniſterium eorum ipſi gratum eſſet & acceptum, & hujus precis erat clauſula, *Gratia tibi, Domine, qui ſacraſti ſacerdotes:* ad extremum adhibebat Deo obſecrationes & deprecationes more & modo ſuo, quibus hanc demum clauſulam addebat, *Opitulare, Domine, populo tuo Iſraelitico, quia enim populus tuus opis eſt indigens: Gratia tibi, Domine, qui precem exaudias.*

§. V. Ad prælectionem iſtam & obſecrationem utebatur lin-
Deut. 31. 11. guà ſanctâ. nam id, quod hac de re ſcriptum videmus, *Legem hanc legito*, ſignificat ſacratam Legem ſuâ propriâ voce populo prælegendam eſſe, quanquam eadem verbis barbaris converſa præſens adſit.

§. VI. Et proſelytis hebraicè neſcientibus, intento animo, arrectis auribus, adſtandum, ac tantum reverentiæ, metûs, & miſti gaudio tremoris ad hanc Legis recitationem adhibendum, quantum ad ejuſdem lationem in monte Sina fuit adhibitum.

Quin

culos in te conjicimus unum, Deum præpotentem, ſummum Rectorem, miſericordiæ pietatiſque plenum.

Concede nobis, obſecramus te, Domine Deus noſter, ut dies feſtos tibi ſacros videamus lætos, jucundos, illuſtres: te proſperaturum eſſe nobis ultrò promiſiſti, promiſſa perfice perpetuò: tribue nobis, quæſumus, præſcriptionum tuarum ſanctimoniam, Legis à te latæ ſtudium perenne, bonorum tuorum ſynceram, plenam, propriam, perfectámque voluptatem, ſolidam præſentiæ tuæ lætitiam, animum caſtum, quo te purè colamus: effice pro amore & pietate tua, Domine Deus noſter, ut ſabbata feſtáque tibi ſacra celebremus animo alacres, atque te ſe oblectent omnes Iſraelitæ numen tuum venerantes. Laus tibi, Domine, qui Iſraeliticum populum, & dies feſtos conſecraſti.

Eximia precatione. Hæc propter magnam ejus auctoritatem vulgo תְּפִלָּה precatio purè vocatur: quondam שְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה duodeviginti; quia enim ex totidem conſtat obſecrationibus, quas ætate Eſdræ, ſi ſcriptoribus Hebræis fides eſt, centum & viginti principes populi Judaici conceperunt ac compoſuerunt. Vide quæ hac de re dicuntur tract. Talmud. מְגִלָּה. de volumine Eſteris quotannis publicè legendo, fol. 17. p. 2. & in ſcriptoris noſtri tractatu de precibus, §. 4. capitis primi.

§. VI. *Rex*

Quin etiam doctiſſimi quique viri Legem univerſam optimè tenentes, oportebat, hanc prælectionem audirent quàm poterant attentiſſimè. Qui verò audire nihil poterant, illi mentem dirigebant ad iſtam prælectionem, quam hac demum de cauſa fieri divina Lex voluit, ut confirmaretur pura religio, cunctíſque Dei metus incuteretur, atque adeo ſic afficerentur omnes, quaſi modò legibus illis obſtringerentur, & eaſdem ex ore Dei præpotentis audirent. * Rex enim erat Dei legatus, qui edicta illius proponeret.

§. VII. Si dies ille conventui præſtitutus incideret in ſabbatum, conventus proferretur ad exactum uſque ſabbatum, ob buccinarum cantus, & deprecationes, quæ ſabbatum neutiquam elevabant.

§. VI. *Rex enim erat.* Idem hoc & gentes profanæ priſcis temporibus crediderunt, reges eſſe Deorum interpretes, quod dilucidè quidem *Tullius* noſter, lib. 1. de divinatione. " Omnino apud veteres, " qui rerum potiebantur, iidem auguria " tenebant. ut enim ſapere, ſic divinare " regale ducebant, ut teſtis eſt noſtra ci- " vitas: in qua & reges augures, & poſtea " privati eodem ſacerdotio præditi remp. " religionum auctoritate rexerunt. *Maro* quoque id demonſtrat hoc verſu,

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos.

Servius quidem verſum hunc illuſtrans, majorum enim, inquit, hæc erat conſuetudo, ut rex eſſet etiam ſacerdos, vel pontifex. Unde hodie quoque imperatores pontifices dicimus.

TRAC-

TRACTATUS TERTIUS
DE
PRIMITIIS
ANIMANTIUM.

IN hoc agitur de præceptis quinque, quorum ſunt imperantia duo, & tria prohibentia, quæ hîc nominatim perſequi commodum eſt.

1. *Animantium primos partus conſecranto.*

2. *Primum animantis partum illum, qui ſanus erit, & integer, extra mœnia urbis Hieroſolymæ ne comedunto.*

3. *Primitium animantis fœtum pretio ne redimunto.*

4. *Pecudum decumas ſacranto.*

5. *Beſtiam decumarum nomine ſacratam ne redimunto.*

Atqui hanc ego duplicem quæſtionem de decumis & primitiis animantium in eandem diſputationem eò concluſi, quòd utrarumque immolandarum eſſet una & eadem ratio: præterea autem utræque Legis uno verſiculo complicantur: ſcilicet id, quod in Lege dicitur, *Et aræ horum ſanguinem inſpergito* traditione accepimus ſpectare decumas æquè, ac primitias animalium. Hæc adeo præcepta diſputabuntur capitibus deinceps ſequentibus Num. 18.17.

TRACTATUS TERTIUS DE PRIMITIIS ANIMANTIUM.

CAPUT PRIMUM.

Præcepto de primitiis animantium aſtringi Sacerdotes & Levitas æquè, ac Iſraelitas. Quo tandem tempore beſtia primitiva ſacerdoti traderetur? Quo comederetur? Non divendi carnem beſtiæ primitivæ cùm eſſet ſyncera: cùm eſſet vitio affecta, divendi.

§. I. JUbendo ſancitum eſt ſacratos habere mares omnes vulvam aperientes, tam ex hominibus, & pecudibus mundis, quàm immundarum è genere beſtiarum, qualis eſt aſinus; & eoſdem ſive ſanos & integros, ſive lethaliter affectos. eſt enim in Lege, *Omne primitium animal, quod vulvam aperiat apud gentem Iſraelitarum, mihi conſecrato, tam ex hominibus, quàm è beſtiis.* Tales igitur animantes ſacerdotum erant omnes. Exod. 13. 2.

§. II. Atque hominum & aſinorum primigenii pretio redimebantur, quod pretium ad ſacerdotes perveniebat: mundarum autem primitiæ pecudum itidem, ut cæteræ victimæ minus ſanctæ mactabantur in atrio: quarum deinde ſanguis inſpergebatur aræ, & adolebantur exta ſic, ut tractatu de ratione ſacrificiorum faciendorum expoſuimus: reliqua verò caro comedebatur à ſacerdotibus. etenim hac de re Lex habet, *Hominem enim primitium redimendum curato, item & primitium* Num. c. 18. v. 15, 17, & 18.

 ani-

animantem immundum redimendum curato: Verùm primogenitum fœtum bovis .... ne redimi ſinito: ſacra ſunto: Et eorum caro tua eſto.

§. III. Beſtia munda primitia ſi vitio teneretur, (nec quidquam intererat, ab ortune vitioſa, an primùm integra, poſthac vitio correpta foret,) ita ſacerdotis erat, ut eam, ubicunque loci vellet, comederet, venderet, & cunctis edendam daret, etiam ethnico, quoniam hæc erat profana beſtia, quod licet ex iſto
Deut. c. 15. cognoſcere Legis edicto, *Sin autem erit in hoc (animâli primi-*
v. 21, & 22. *tio) vitium, ſi claudum erit, cæcúmve,* &c. *immundus & mundus pariter illud edito, ſic tanquam capream & cervum:* ergo beſtia talis omnino res propria ſacerdotis erat.

§. IV. Officium pietatis erat, ut quiſque primitiam beſtiam mundam ſacraret, ita dicens, *hæc ſacra eſto.* nam hoc ſibi vult
Deut. 15. 19. Legis edictum illud, *Domino Deo tuo conſecrato:* verùm ea ſi verbis conſecrata non eſſet, per ſe ipſa ſacra foret tamen, ut cui ſua ſanctitas è vulva matris exiſtebat.

§. V. Ac in illo quidem puro genere beſtiarum præceptum hoc de primitiis obſervabatur * tam extra, quàm intra terram Iſraeliticam: neque tamen ex aliis terris in terram Judæam be-
Ibid. 14. 23. ſtiæ primitiæ adducebantur. nam quod à Lege dicitur, *Et in conſpectu Domini Dei tui comedito.........decumas frumenti, muſti, & olei tui, ſimul & animalia primogenita tui & armenti, & gregis;* id hoc ſignificat, quibus è regionibus deportandæ decumæ frumenti ſint, & beſtias primigenias armenti, gregíſque abducendas: & unde non ſint decumæ deportandæ, nec armenti gregíſque beſtias primitias abducendas: & verò communium beſtiarum loco habebantur iſtæ, quæ vitio cùm primùm eſſent affectæ, comedebantur: tum ſi quando veniret uſus, ut ad ſacrificium beſtia talis præberetur, non accipiebatur; ſed eadem vitio correpta comedebatur. Atqui præceptum hoc de primitiis animantium æquè, ac illud de frumenti decumis, ſtante, proſtratóque templo, obſervandum erat. Rurſus huic eidem

* §. V. *Tam extra, quàm intra,* &c. In quibuſdam editionibus, quarum mihi eſt una, è contrario legitur, *Ac in illo quidem puro genere beſtiarum præceptum de primitiis intra terram Iſraeliticam tantummodo obſervabatur:* Sed enim ea lectio reprehenditur & à R. *Joſepho Karo,* in commentariis illis, qui כסף משנה inſcribuntur, & à R. *Abrahamo, Davidis* filio, in obſervationibus ſuis.

Altarine

dem præcepto locus erat nullus in animantibus religione ſacrorum obligatis, quoad pretio redimerentur: nec verò quidquam referebat, * altarine animantes illi, an reconcinnando templo ſacri forent.

§. VI. Omnino capite Legis illo, quod de primo partu purorum animantium ſancitum eſt, obſtringebantur omnes, Sacerdotéſque, Levitæque, Iſraelitæque: cùm igitur talis animantis partus primus proprius eſſet ſacerdotis; tamen huic ipſi ſuæ pecudes hujus generis ſi primum fœtum edidiſſent, altari ſanguinem ejus & exta ſic, ut ante diximus, offerret, carnémque comederet, ritu videlicet edendis animantibus primitiis adhibendo, quia enim in Lege ſcriptum videmus, *Omne pecus primo partu editum in armento, gregéque tuo*, &c. At hac Legis clauſula, qua de homine primogenito præcipitur, & de fœtu primitio pecudis immundæ, Sacerdotes & Levitæ ſoluti erant, quemadmodum in diſputatione * de tributis ſacerdotum diſſeruimus. Deut. 15.19.

§. VII. Primitia pecus intrà primum ætatis annum comedenda fuit vel integra, vel vitiata, quod à Lege quidem his verbis declaratur, *In conſpectu Domini Dei pecudem ejuſmodi comedito quotannis: Sin autem vitioſa fuerit .... In oppidis tuis eam comedito.* Quæ ſi eſſet integra pecus, initium capiebat annus ejus * ab octavo poſt ortum die, quo primùm erat idonea, ut ſacrificaretur: ſin cum vitio naſceretur, annus ejus initium duceret ab eodem illo die, quem ad in lucem prodiſſet, modò conſtaret menſes fœturæ planè completos eſſe; quia enim hanc comedi ſtatim, atque nata fuerat, utique licebat: quod idem Ibid. v. 20, 21, & 22.

* *Altarine animantes*, &c. Beſtiæ videlicet religione ſacrorum dupliciter obligabantur: aut ſic, ut ipſæmet ritè ſacrificarentur, aut ea lege, ut vænirent, & redactum ex illis argentum ad templum ſartum & tectum conſervandum impenderetur.

§. VI. *De tributis ſacerdotum.* Ibi noſter ita diſſerit. Sacerdotes & Levitæ redemtione filiorum primogenitorum ſoluti ſunt: quod efficitur comparatione majoris ad minus. Solverant hac lege Iſraelitas in ſolitudine errantes: conſentaneum erat igitur, ut eadem ſe ipſi ſolverent. Quam quidem argumentationem iiſdem verbis conceptam videre licet tractatu talmudico בכורות de primitiis animantium, fol. 4. pag. 1. namque hoc, ut placet iſtis, volebat, hoc ſpectabat id quod ſcriptum videmus, *Num.* 3. 12. *En ego mihi ſumo Levitas ex Iſraelitis pro omnibus Iſraelitarum primogenitis, qui vulvam recluſerint.*

§. VII. *Ab octavo poſt ortum die.* Nimirum ante, quàm ſeptem dies totos compleverat, natura animantis minus perfecta fuit, ejectionis loco ducebatur. Hæc ſcriptor noſter in eo libro, cui titulus, Doctor Perplexorum, par. 3. cap. 46.

idem ſi minùs certò cognitum eſſet, huic etiam ab octavo poſt ortum die demum anni ducendum erat initium.

§. VIII. Si beſtia primitia medium intra curriculum anni vitiaretur, omnino menſes duodecim ſervaretur, licebat: ſin ad extremum anni, permiſſum erat, ut porro triginta dies à concepto vitio ſervaretur, etiamſi ſervata poſt hos dies annum excederet: ut ſi dies quindecim ante finem anni ſui vitio corriperetur, etiam ultra completum annum ſervari dies quindecim poterat: ſin poſt exactum annum afficeretur vitio, licebat eam triginta dierum ſpatium ſervari, non amplius eo.

§. IX. His autem temporibus relinquitur primitia pecus, donec vitio corripiatur, ac tum denique comeditur.

§. X. Ac prius, quàm opus ſit, ut ob affectionem corporis aliquam peritus vitiorum æſtimator pecudem inſpiciat, eam annos ſervari duos, tréſque licet: eandem ab homine prudente cùm primùm inſpici propter corporis affectionem convenit, duodecim menſes totos ſervari fas eſt, ſiquidem vitium concepit intra primum ætatis annum: & dies omnino triginta, ſi vitium cepit poſt actum unum annum.

§. XI. In primitio fœtu beſtiarum lunaris annus obſervabatur totus, qui conſtaret duodecim è menſibus ſuum dierum numerum continentibus: qui ſi annus inſtitueretur intercalaris, fœtus ejuſmodi pariter annum intercalarem, ſeu menſes tredecim habebat. Fuerint igitur nati cuidam id genus agni duo, unus idibus * Februarii primi, ſecundíque Februarii calendis alter; hujus, qui calendis ſecundi Februarii fuerat natus, agni compleretur annus, ubi primùm inſequentis anni calendæ Februariæ rediſſent; illi vero, qui natus erat ad idus Februarii primi, non compleretur annus uſque dum reverterentur idus Februariæ conſequentis anni: nimirum illi, quoniam intercalario menſe natus erat, menſis hic ad annuum ſpatium accedebat.

§. XII. Si quis primitium beſtiæ fœtum perperam detinuiſſet ultra

§. XI. *Februarii primi, ſecundíque.* Hebræis menſis iſte dicitur Adar, de quo *Joſephus*, lib. 11. Antiq. commemorat. " Nono autem regni, inquit, *Darii*, viceſima " tertia die menſis undecimi, qui nominatur ab Hebræis Adar, & à Macedonibus " Diſtrus, Sacerdotes, *&c.* Jam apud Hebræos cùm intercalatur, menſis iſte bis deinceps numeratur, adjunctis verbis *primi* & *ſecundi*: Porro menſis iſte fere reſpondet Februario.

ultra finem anni, contra vetitum feciſſet ſcilicet: at primitius ille beſtiæ fœtus alioquin integer & ſyncerus non erat temeratus, atque adeo ſacrificabatur: ſin primus ille beſtiæ partus alioqui vitioſus eſſet, hîc, illîc jugularetur. Etenim verſus Legis iſte, *Decumas frumenti, muſti, & olei tui, ſimul & animalia primogenita tui & armenti, & gregis*, exæquat primitios animantium partus decumis: ut igitur decumæ cùm reſervarentur annum ad alterum, non temerabantur tamen; ſic animantium partus primitii, ſi retinerentur ad annum alterum, nihilo magis temerati fuerant. Deut. 14. 23.

§. XIII. Non dabatur Sacerdoti primitius animantis fœtus ſtatim, atque in vitam venerat; quippe quod dignitatem Sacerdotis minus deceret: ſedenim dominus animantis fœtum, ante, quàm Sacerdoti tribueret, tolerabat interea dum incrementi cepiſſet aliquid. Quod igitur temporis ſpatium oportebat, Iſraelita ſuæ beſtiæ fœtum primitium ſuſtentaret? Nempe beſtiæ minoris, triginta; majoris autem, dies quinquaginta: quod ſi cui Sacerdos ita diceret, cedo mihi beſtiæ tuæ primum partum intra præfinitum illud tempus, eum mihi egomet educabo, nequaquam erat illi dandus: iſte namque Sacerdos pro tributis ſuis illum Iſraelitam operâ juvare videretur: atqui diſputatione de libamentis offerendis hoc expoſitum à nobis eſt, Sacerdotibus, ſi colonis, ſi lanionibus, ſi paſtoribus operam navaſſent tributa ſua pro mercede dare non licuiſſe.

§. XIV. Si primitium beſtiæ partum vitio laborantem intra tempus illud ſibi peteret Sacerdos, ut eum extemplo comederet: ſi primum beſtiæ partum integrum intra tempus finitum ſibi Sacerdos eò peteret, ut eum ſacrificaret illico, daretur illi, licebat. Ac meâ quidem ſententiâ hoc cuique erat in manu, ut primitium animantis ſui fœtum cui viſum fuerit Sacerdoti tribueret.

§. XV. Extra mœnia Hieroſolymæ Sacerdos ſi comediſſet de primigenio beſtiæ fœtu vel id, quod magnitudine oleam æquipararet, verberibus multaretur ex hoc Legis edicto, *Non poteris comedere in oppidis tuis decumas frumenti, muſti, & olei tui, vel animantia primogenita armenti, gregiſque tui.* Similiter ſi de primo beſtiæ fœtu vel ante, vel poſt aſperſum ejus ſanguinem, id quod æquaret oleæ magnitudinem extraneus homo comediſſet, Deut. 12.17.

mediſſet, verberibus coerceretur. Sic enim traditum eſt noſtris, hoc Legis capite ſancitum & illud eſſe, de primitio beſtiæ fœtu neve ante, neve poſt ſanguinis aſperſionem quidquam comederet extraneus homo.

§. XVI. Primitius beſtiæ mundæ partus pretio redimebatur
Num. 18.17. nunquam, de quo quidem Lex ita loquitur, *Primitium autem fœtum bovis, aut ovis, aut capræ redimi, ne ſinito.* Neque porro vendebatur vitio vacuus, quippe quem rei divinæ dicatum ſacerdos vendere nullo jure poterat: his autem temporibus, quoniam nullum eſt templum, in quo primigenium animal immoletur, ipſum utpote comedendum ſacerdoti juxta, atque Iſraelitæ vendere vel ab omni vitio vacuum & integrum licet.

§. XVII. Rurſus quovis tempore, ſtante, diſturbatóque templo licuit, ut ſacerdos beſtiam primitiam vitio laborantem venderet ſeu vivam, ſeu cæſam: at primitiæ beſtiæ vitio laborantis caro cùm venderetur, vendenda fuit, non in macello, ſed domi, ſicut diſputatione de rebus altari interdictis expoſuimus. Non licuit autem primitiæ beſtiæ prorſus omni vitio vacuæ vendere carnem, ut quæ ſacra foret: attamen multi ſacerdotes cùm participes eſſent unius beſtiæ primitiæ, portiones inter ſe librabantur.

§. XVIII. Permiſſum erat, ut vitiatæ beſtiæ primitiæ corium qua quiſque volebat ratione detraheret: detrahebat igitur ei corium, ſi cui viſum fuerit, * à pedibus ſic, ut porro connexum & aptum undique remaneret: item & cæteris victimis temeratis detrahi corium à pedibus ſic, ut deinceps cohærens & continuatum ſervaretur, erat utique licitum.

§. XVIII. *A pedibus ſic*, &c. Talmudiſtæ hoc verbo הרגיל utuntur ad ſignificandam veterem artificioſam quandam, nunc, opinor, omnibus ignotam rationem detrahendi beſtiis corii, quæ ſic inſtituebatur, ut corium ab animantis altero pede רגל praecideretur, & deinceps aptum undique maneret & junctum. In hanc enim ſententiam uſurpatur tractatu Talmudico יומא de die ſolemni Expiationum, fol. 123. pag. 1. in ipſa Miſna. Atque ibi verbum obſcurum noſter commentariis ſuis in Miſnam illuſtrat; item & R. *Salomo Jarchi.* Porro in eandem ſententiam uſurpatur tractatu Talmudico בכורות de primitiis animantium, fol. 33. pag. 1. & tractatu Talmudico תמורה de mutatione beſtiarum Deo ſacrarum, fol. 24. pag. 1.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

Quibus tandem vitiis primogenitum pecus temeraretur ſic, ut porro non eſſet ad rem divinam idoneum.

§.I. SI cunctis ex illis, quæ ſacras aræ beſtias ita temerabant, ut pretio redimerentur, vitiis perpetuis aliquod animantem primitium corripuiſſet, * is eam ob cauſam in quo cuique viſum fuerit loco jugulabatur. Atque hæc nos in tractatu de rebus altari interdictis jam ediſſeruimus vitia, quæ eſſent; ſimul oſtendimus in animantem marem ejuſmodi vitia cadere ſeptem & ſexaginta numero.

§. II. Præterea nos ibidem aliqua recenſuimus ejuſmodi, quæ cùm reperirentur in hoſtiis, eæ non erant ex optimo genere: quemadmodum igitur cæteræ beſtiæ altari ſacræ propter talia neque ſacrificabantur, neque pretio redimebantur, ſic & beſtia primitia propter eadem neque jugulabatur ut temerata, neque porro ſacrificabatur: verùm ſervanda fuit, quoad vitio perpetuo corriperetur. Similiter beſtia primigenia vitio temporali correpta nec continuò, quo cuique loco viſum fuerit, jugularetur, nec rurſus ſacrificaretur: ſedenim paſceretur tamdiu, donec vitio perpetuo afficeretur, ob quod denique jugularetur, ubi ubi videretur.

§, III. Porro ſi beſtia primigenia pollueretur * flagitio monſtroſæ libidinis; ſi * necaſſe hominem argueretur teſtimonio unius hominis, aut confeſſione domini: ſi deſtinaretur ad cultum vani numinis: ſi pro numine coleretur ipſa; itidem paſceretur uſque dum vitium conciperet ſic, ut tractatu de rebus altari interdictis poſuimus.

§. IV. Si primo partu beſtiæ gemini fœtus ederentur ita, ut primus

§. I. *Is eam ob cauſam*, &c. In hoc tractatu toto *jugulare primogenitum animantem* hanc habet vim & ſententiam eum jam non ut ſacrum Deo mactare, ſed exauguratum in uſum communem hominum cædere ſeu jugulare: id ſemel lectorem diligentem monuiſſe ſat erit.

§. III. *Flagitio monſtroſæ*, &c. Id eſt hominis infando concubitu.

Si necaſſe hominem. Qua de noxa cautum eſt *Exod.* 21. 28. & deinceps.

primus eorum in vitam ingrederetur per matris latus, tum deinde via & ratione communi naſceretur alter, neuter eorum primitius animans eſſe duceretur; non primus ut qui matris vulvam non aperuiſſet; neque porro poſterior ut ante quem jam natus eſſet alius. Quin etiam femina ſi per matris latus, & per vulvam in vitam ingrederetur mas, primigenius animans neuter eorum eſſet tamen.

§. V. Primus beſtiæ fœtus ſi mas naſceretur idemque femina, prorſus in ſe ſanctitatis nihil habebat: ſedenim erat inſtar beſtiæ feminæ, quæ neutiquam ad ſacerdotem pertinebat. Itaque in manu cuique erat, ut ex ejuſmodi pecore ſic, ut è cunctis beſtiis profanis * laboris & velleris fructum perciperet. Quòd ſi partu primo pecus animal eniteretur obſtructum, primigenium haberetur incertum: id igitur ubi vitio corriperetur, comederetur à domino: nec verò quidquam referebat, utrùm animal iſtuc urinam mitteret quâ mares, an quâ feminæ ſoleant.

§. VI. Ovis partus primus, cujus eſſet figura capræ conſimilis, contráve capræ fœtus primus, qui ſpeciem haberet ovis, erat utique liber ab eo præcepto, quod ſancitum eſt de primi-
Num. 18.17. tiis animantium. nam Legis edictum illud, *Verùm primogenitum bovis*, hoc ſignificat parentem juxta & prolem ejus primigeniam oportere bubuli generis eſſe: qui ſi fœtus matris certis quibuſdam notis internoſceretur, primitius eſſet ſcilicet; at perpetuo vitio laboraret: * neque enim vitium ullum figurâ mentitâ majus eſt. Quin imò bovis partus primus cùm ad generis aſinini ſimilitudinem accederet, ſi idem quibuſdam matris ſignis diſcerneretur, haud dubiè primitius animans eſſet, atque ad ſacerdotem pertineret; quando conſtituto juri de primitiis animantium etiam in aſinino pecore locus eſt. At ſi fœtus bovis

§. V. *Laboris & velleris*, &c. Quod ne fieret in animantibus ſacris, Lege interdictum erat.

§. VI. *Neque enim vitium ullum*, &c. Idem ſenſerunt & aliæ gentes. *Livius* enim lib. 31. cap. 12. de vitiis ejus generis ita loquitur. “Jam animalium obſcœni fœ-“tus pluribus locis nunciabantur. In Sa-“binis incertus infans natus, maſculus an “femina eſſet. Fruſinone agnus cum ſu-“illo capite, Sinueſſæ porcus cum capite “humano natus: in Lucanis in agro pub-“lico equuleus cum quinque pedibus. “Fœda omnia & deformia, errantíſque in “alienos fœtus naturæ viſa.

Genus

vis partu primo procreatus * genus equinum referret, camelinúmque, licet idem haberet in ſe nonnulla materna diſcrimina, tamen in eo primitiarum jus incertum eſſet, atque adeo ſuo comederetur à domino: quanquam & hunc ipſum ſi ſacerdos cepiſſet, ab eo non repeteretur.

§. VII. Si quis animanti primitio vitium obtuliſſet, is quoniam flagitium fecerat, multabatur: animantem eum, niſi vitium aliud per ſe ipſum accederet inſuper, propter illud oblatum jugulare non licebat. Rurſus is, qui maleficium admiſerat, ſi mortem occubuiſſet, ejus filio permiſſum erat, ut animantem illum, propter oblatum à patre vitium, jugularet; quia enim * multa non irrogabatur filio ob culpam patris.

§. VIII. Primitius animans cùm daretur in ejuſmodi conſuetudinem, quâ facilè poſſet vitium concipere; ficus in ejus aure cùm imponeretur uſque eò, donec eam ſublaturus inde canis aurem morſu lacerarit; per ſcruta ferrea, vitreáque cùm ductaretur eo conſilio, uti pedem incideret, ídque fieret; item cùm ethnico homini mandaretur, ut animantem primitium vitio afficeret, eum propterea jugulari jus non erat. Ad ſummam primigenius animans omnino nullum ob vitium, quo temerabatur de induſtria, jugularetur: idem jugularetur ob quodcunque vitium temerè, fortuitóque conceptum.

§. IX. Ethnicus homo, qui è Judæo audierat cùm ità diceret, hanc ego beſtiam primigeniam jugulaturus ſum, cùm primùm vitio affecta fuerit, ſi vitio beſtiam affeciſſet; Judæus eam jugularet ob hoc vitium, licebat; quippe quod non oblatum erat voluntate Judæi.

§. X. Si quis animanti primigenio palàm ejuſmodi quid effectum dediſſet, unde vitium, ut fere fit, conciperet; ſedenim incertum

Genus equinum, &c. Omnino ex animantibus illis immundis qui vocantur, uni aſinorum fœtus obligabantur lege primitiarum, *Exod.* 13. Nec eſt ſcriptorum Hebræorum quiſquam, qui velit exemplum in uno genere poſitum in cæteras immundas beſtias transferri, ſi *Philonem* excipias. Is libro de honoribus Sacerdotum haud procul ab initio ſic ea de re diſputat. "Tertium præmium ſunt primogenita "maſcula ex omni genere terreſtrium, "quæ in uſum hominum veniunt. Nam "hæc jure divino debentur Sacerdotibus: "ex armentis boum, & ovium, caprarúmque gregibus, ipſi juvenci, hirci & arietes, quippe cibo puri ac ſacrificio: pro "equis verò, aſinis, camelis & ſimilibus "æſtimationis non iniquæ pretium.

§. VII. *Multa non irrogabatur*, &c. Quid enim juſtitiæ magis contrarium, quàm cùm dici poteſt, *Æmilius fecit, plectitur Rutilius?*

incertum eſſet, an hunc animantem vitiare homo animum induxiſſet, necne; vitium ob iſtuc non erat jugulandus animans. Ut ſi quis in anguſto loco vepribus & dumis obſito tali beſtiæ hordeum præberet edendum, hîc ea labrum inter edendum diſcinderet, quamvìs is, à quo factum id erat, * vir doctus eſſet, tamen beſtia propter id vitii non jugularetur. Atque cunctarum id genus rerum erat ratio eadem.

§. XI. Beſtia primitia ſi ſectaretur hominem, hic illam abigendi causâ calce percuteret; imò ſi propterea, quòd antea ſe ſectata fuit, eam calce peteret, vitiaret, illa beſtia vitium ob iſtud utique jugularetur.

§. XII. Pueri ſi per ludum beſtiam primogenitam vitio affeciſſent, aut etiam animi cauſa ethnicus, ob hoc ea vitium jugularetur: iidem ſi beſtiam hoc vitio permiſſam vellent, vitium ob illud ea non jugularetur.

§. XIII. Beſtiæ primigeniæ, quam profluvium ſanguinis urgeret, ut ſcalpello vena incideretur, permiſſum erat, modo ne vitiandæ beſtiæ conſilium iniretur. nam ſi caſu fieret, ut ex hac inciſione venæ beſtia vitium conciperet, ob hoc ſcilicet jugularetur.

§. XIV. Ut primus beſtiæ fœtus vitio afficiatur ante, quàm in lucem edatur, & propter hoc etiam deinde juguletur, conceſſum eſt: ita res eſt impræſentiarum, quia, deleto templo, fœtus ille tandem aliquando propter conceptum vitium comedendus eſt: at ſtante templo id ne fieret, interdictum erat.

§. XV. Eſt habenda fides ei, qui pro teſtimonio dicat, dictum à teſte ſibi, primigenium animantem non eſſe de induſtria vitio affectum: quin mulieri quoque credendum, ſi teſtetur inſpectante ſe primigenium animal per ſe concepiſſe vitium, idque poſthac jure optimo juguletur.

§. XVI. Quod vitium cunque poterat animanti primogenito afferri per hominem, eo cùm paſtor affirmaret animantem caſu

§. X. *Vir doctus eſſet.* Et homo non ita pridem nomine doctoris inſignitus, & quivis eruditus ac doctrina excultus חבר Hebræis ſcriptoribus dicitur: hunc exiſtimant virum bonum eſſe, nullius rei malæ nomine ſuſpectum: *homine imperito nunquam quidam injuſtius:* quem velut immanem belluam, (teterrimum auditu) quavis crudelitate necari licere traditur tractatu Talmudico פסחים de ſacris Paſchalibus, fol. 49. pag. 2.

§. VI. *Neu*

caſu correptum, nihil allatum eſſe de induſtria, crederetur, & ob hoc adeo jugularetur animans. Quæ res ita ſe habebat ſi paſtor Iſraelita teſtimonium hoc diceret de beſtia primigenia, quam ſacerdos jam teneret. nam ſacerdos cùm paſtor erat, ſi teſtimonium hoc afferret de beſtia primigenia, quam adhuc haberet dominus Iſraelita, nihil ei crederetur: etenim ſuſpicio ſoret ab illo ipſo beſtiam primigeniam eò vitiatam eſſe, ut hæc ei daretur.

§. XVII. Sacerdos ſacerdoti ſi teſtis eſſet, beſtiam primigeniam concepiſſe vitium per ſeipſam, fides ei haberetur: nec verò curandum erat, hi ſibi mutuas operas ne traderent. Erat enim ſuſpicandi locus beſtias primigenias à cunctis violari ſacerdotibus eam ob rem, ut extra templum eas ederent: itaque nullus eorum in ſuam ipſius beſtiam ejuſmodi teſtis idoneus: verùm idoneus erat alter alteri; quia enim alterius cauſa ſcelus admittit nemo. Quin etiam de beſtia primigenia ſacerdotis liberos, domeſticóſque teſtes eſſe licebat; non item uxorem, quippe quæ inſtar ipſius erat.

§. XVIII. Primigenius animans ſi vitio corriperetur apud ſacerdotem, cui jam datus erat, & teſtis eſſet aliquis hoc vitium adveniſſe per ſe; dubitaretur autem an propter tale vitium conveniret primigenium animantem jugulari, necne; tum ſacerdos is, penes quem eſſet animans ille primigenius diceret, homini perito ſe vitium illud oſtendiſſe, reſponſum ab eo licere propter hoc vitium animantem jugulari, ſacerdoti crederetur, non metueretur forte vitium non oſtenſum, forte primigenium animantem etiam ſanum & integrum eſſe: non enim hoc nomine ſuſpecti ſacerdotes erant, fore ut animantes altari ſacros extra templum jugularent, quippe cujus maleficii pœna erat exitium, ut alio loco diſputavimus.

§. XIX. Item fides haberetur ſacerdoti, qui de primigenia beſtia vitiata teſtaretur iſtuc, eam ſibi datam ab Iſraelita jam affectam, non apud ſe vitium concepiſſe: nullus hîc metus ne vitio beſtiam ipſemet affeciſſet: res palàm fieri facilè poterat: metuebat igitur ne manifeſtus mendacii foret, ſi primigeniæ beſtiæ primus dominus rogatus, eam cùm ſacerdoti daret integram eſſe diceret.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

Beſtiam primogenitam, concepto vitio, prius, quàm jugularetur, etiam inſpiciundam. A quo? Pelle, lanâ primogeniti animantis quando uti, quando non uti liceret?

§. I. OMninò nullum ob vitium beſtia primo partu procreata jugulabatur, niſi permiſſu hominis in vitiis cognoſcendis exercitati, cui porrò princeps illius ſupremi ſenatus apud terram Iſraeliticam hujus rei poteſtatem dediſſet, ſic dicens, animantes primo partu procreatos tu propter conceptas maculas exauguratos jugulationi permittito. Quamvis igitur magnum vitium eſſet, omnibúſque notum & manifeſtum, tamen animantem jugulationi permittere nullius erat, niſi ejus, qui poteſtatem illam acceperat: talis igitur homo cujuſvis primitiis animantium inſpiciundis idoneus erat, ſuis non item.

§. II. Si vir experiens nullus præſens adeſſet, qui de vitiata beſtia primo partu procreata conſuleretur, ita res agebatur: vitium cùm erat apertum & inſigne, cùm oculus excluſus, cùm pes anterior abſciſſus, cùm poſterior infractus, trium è ſynagoga virûm permiſſu jugulabatur. Item extra terram ſanctam abducta beſtia primigenia cùm afficeretur inſigni vitio, jugulationi permittebatur à tribus è ſynagoga viris.

§. III. Beſtia primogenita perluſtrabatur Iſraelitæ nunquam, niſi ſi cum eo ſacerdos eſſet. metus erat enim, ne beſtiam, ſi reſponderet vir experiens eam hoc affectam eſſe vitio, cujus ergò rectè jugularetur, jugularet Iſraelita ſibi, ſacerdoti non daret. Nimirum ſic exiſtimabatur, hominem Iſraelitam nunquam committere, ut extra locum Deo ſacrum ſacra comederet: eundem ad auferenda ſacerdoti conceſſa tributa procliviorem eſſe. Quamobrem Iſraelitæ ſapienti, quem conſtaret nimia quadam religione officia colere, illi verò primo partu procreata beſtia perluſtrabatur. Porro beſtia talis affecta vitio, quod notum eſſet omnibus, defecto, verbi gratiâ, pede ſeu anteriore, ſive poſteriore, cùm ad hominem conſultum adduceretur ab aliquo, hic utique religionis officiis egregie deditus habere-

tur:

tur: quare beſtia perluſtrabatur ei, nec ullo preſente ſacerdote.

§. IV. Si quis poſtea, quàm jugularat beſtiam primigeniam, vitium ejus conſulto homini demum oſtendiſſet, quamvis hoc cognitum eſſet, & immutari jugulatione nequiret, ut ſi pes anterior abſciſſus eſſet, aut poſterior, quando injuſſu conſulti hominis erat jugulata, interdicta foret: itaque perinde, quaſi primogenita morticina ſepeliretur.

§. V. Si veniſſet uſus, ut beſtiam primo partu procreatam, cui teſticulus unus, ſacculi exiſterent duo, perluſtrarent, & poſitam in nates alterius teſticuli provocandi causâ porro comprimerent, ac, teſticulo nihilo magis prodeunte, homo conſultus eam jugulationi permitteret, atque jugularetur, tum deinde teſticulus alter inveniretur ilibus adhærens; eam verò beſtiam, quoniam ita compreſſa fuerat, comedi licebat: ſin non eſſet ſic compreſſa, tametſi juſſu conſulti hominis erat jugulata, ſepeliretur tamen.

§. VI. Primigenia pecus ab inconſulto homine perluſtrata, & ejus permiſſu jugulata, ſepelienda fuit: atque pro hac iſte de ære ſuo pendebat aliquid. Quid verò? Quartam partem pro minori, dimidium pretii pro beſtia majori: idem non exſolvebat pretium totum, quia beſtiæ domino multam hanc irrogarant, ne pecudem primo partu procreatam nimium temporis ſpatium retineret, * neu beſtiam minorem in Iſraelitica terra toleraret.

§. VII. Be-

§. VI. *Neu beſtiam minorem*, &c. Eſt in illo, qui בבא קמא Porta prima inſcribitur, tractatu Talmudico, fol. 79. pag. 2. Non paſcebant in terra Judæa beſtias minores: quæ Miſnæ verba ſic in Gemara exponuntur, has non eſſe paſtas in apertis & propatulis, ſed in locis opacis. Immo enim eodem tractatu, fol. 81. pag. 1. traditur iſtuc, regio Judæa cùm diſtribueretur à *Joſua* conditiones eſſe latas decem.

1. Ut omnes omnium ſylvæ pecori paſcendo ſervirent.

2. Ut ligna totis agris legerentur, & herbæ manu caperentur ubique, excepto agro ſiliquâ conſito.

3. Ut ſurculus inſerendus tolleretur cunctis ex arboribus præter olivæ pullos.

4. Ut ſi ſcatebra novi fontis emicaret, civibus univerſis communicaretur.

5. Ut in mari Galilæo communis omnium eſſet piſcatus hamatilis, nullus alius, cujus inſtrumento navigia implicarentur.

6. Ut etiam per ſepem in ſata præſtantiſſima, quale crocum eſt, ad dejiciendam alvum iretur.

7. Ut per arva demeſſa via compendiaria inſtitueretur ad uſque pluviam ſecundariam.

8. Ut propter viarum offendicula ad latus arvorum ambularetur.

9. Ut in vinea erranti vitibus frangendis iter expediretur.

10. Ut ignotus mortuus projectus, de cujus ſepultura Lege ſancitum eſt, ubi ubi offenderetur, humaretur.

§. XIII.

§. VII. Beſtiæ primigeniæ non jugulabantur ejus permiſſu, qui pro mercede perluſtrabat eas, niſi longè conſultiſſimus eſſet, adeo; ut inter homines eruditos conveniret, ei parem eſſe neminem; & eam ob rem huic eidem pro inſpectione ac perveſtigatione mercedem decreverint, ſeu vitioſa pecus, ſeu reperiretur integra. Et hic ipſe pro una & eadem hujuſmodi pecude perluſtranda mercedem ſemel tantùm accipiebat, deinceps eam, quoties adducebatur, gratuitò luſtraturus uſque, ne veniret in ſuſpicionem.

§. VIII. Cum erat ſuſpicio beſtias primo partu procreatas pro profanis vendi ab aliquo, ab hoc eodem nulla caro prorſus emebatur, ne cervina quidem, quippe cui ſimilitudo cum vitulina: porro non emebantur ab eo pelles infectæ, nec beſtiarum ſeminarum, ne videlicet exečta virilitate, maſculorum animantium coria pro femineis divenderet: porro autem non emebatur ab eo lana lota. lanam enim ſuccidam ne dici quidem neceſſe eſt. Rurſus emebatur ab eo neta, coacta lana, coria perfecta: neque enim perficeret corium ſanæ & integræ beſtiæ primo partu procreatæ, quod timeret eam diutiùs apud ſe retinere, ne ſi res ad judices deferretur, ab his damno multaretur ejus maleficium.

§. IX. Si quis animantem primo partu procreatum jugulaſſet, fruſtatim divendiſſet, & poſt deinde comperiretur animantem hunc homini conſulto non oſtenſum eſſe; jus erat iſtuc: quod jam conſumtum inde fuit, de hoc actum erat: quod adhuc ſupererat, id ſepeliebatur; tum venditor emtoribus ſuum cuique pretium reſtituebat. Et eodem jure tenetur etiam is, qui carnem beſtiæ de affectione lethali vetitæ multis & variis hominibus ad veſcendum vendidiſſet: ſed hac de re diſputatione de emto & vendito diligenter explicabitur.

§. X. Primo partu procreatus animans cùm reperiretur lethaliter affectus, ſi primùm exiſteret integer, & lethaliter affectus reperiretur poſt detractam pellem, pellis ſic, ut in diſputatione de ſacris temeratis expoſuimus, cremaretur; caro verò ſepeliretur: ſin propter obortum aliquod vitium jugularetur, caro videlicet ſepeliretur: pellis autem cederet in uſum ſacerdotum, ſiquidem animans ille permiſſu conſulti hominis jugulatus erat.

§. XI. Jam

§. XI. Jam cujuſvis animantis primo partu procreati caro cùm rite comeſa fuerat, ſeu illius integri, ſeu vitio correpti, corio pariter uti & lanâ tonſâ licebat: quod autem lanæ detonſum animanti fuerat adhuc viventi, quodque ſponte exciderat, eo prorſus nullam ad rem uti ſas erat; non ſi lanæ id animanti excidiſſet poſtea, quàm vitium advenerat: nec verò poſt jugulationem animantis fas erat quidquam utilitatis ex hac ejus lana capere. nam poſt interitum naturalem ne dici quidem neceſſe eſt: nimirum lana hæc, quæ viventi animanti exciderat, ea interdicta manebat uſque: atque eadem erat beſtiæ decumarum nomine ſacræ ratio. Jam hoc à nobis dictum eſt diſputatione de ſacrorum abuſu, jus illud nòn eſſe conſtitutum niſi de primigeniis, beſtiiſque decumarum nomine ſacris ſolis, quas, cùm piaculares non eſſent, cavendum erat, ne quis apud ſe diutius eò retineret, ut deciduam earum lanam reciperet. Porrò hoc à nobis etiam ante dictum eſt, par eſſe beſtiam primo partu procreatam intra primum ætatis annum comedi vel integram, vel vitio correptam.

§. XII. Si jugularetur primigenium animal, in quo penderet evulſa lana, ſic ſe res habebat: quidquid lanæ pendulæ ſimul cum reliqua lana poſtea jugulato animanti detonſum apparebat, ex eo licebat utilitatem capere: & quod lanæ pendulæ non apparebat ſimul cum reliqua lana poſtmodum animanti jugulato detonſum, ut ſi quid lanæ retrò ad caput verſus evulſum eſſet, ex eo commoditatem percipere nefas erat: hoc enim perinde fuit, quaſi ab animanti vivo decidiſſet.

§. XIII. Primigeniæ beſtiæ, tametſi vitio affectæ, tonſura ſi cum tonſuris animantium vulgarium, vel una ſi multis cum millibus confunderetur, omninò omnibus uti nefas erat. Sic erat enim, quantulumcunque rei ſacræ, quam * magno in honore habebant, confuſione cuncta conſecrabat: ſi detonſæ primigenio animanti lanæ id, quod ſpithamam totam impleret, eſſet

§. XIII. *Magno in honore habebant.* Lanam autem quàm magno in honore habebant! Hæc cùm detonderetur pecori, qualia, Bone Deus, quanta convivia celebrabant! Namque *David Nabalem* ad tonſuram pecoris ſalutandum curat, idemque poſtulat, ut pro ſuis in illum meritis ſe exercitùmque ſuum cibis & potionibus exhilaret, *ſe ad diem jucundum & lætum venire.* *Abſalomus* autem, cùm tondetur ei pecus, regem expetit, & omnes regio ſanguine creatos principes apud ſe eſſe.

 §. I. *Te-*

eſſet intextum veſti, veſtis igni conſumenda fuit. Et tantillum lanæ cæteris animantibus Deo ſacris detonſæ cùm intexeretur veſti, veſtem totam conſecrabat.

CAPUT QUARTUM.

Si cum Judæo alienigena haberet ſocietatem beſtiæ, beſtiam eam religione primitiarum non obligari. Beſtia ære emta cùm ignoraretur, peperiſſet prius, necne; num religione primitiarum obligetur? Fœtus non rectè natus an beſtiam procreatricem religione primitiarum liberet?

§. I. SI qua beſtia pertineret ad homines Judæos ſocietate rerum inter ſe conjunctos, hæc utique lege primitiarum
Deut. 12.17. aſtringeretur. nam quod dicitur, *Primogenita armenti, gregiſque tui*, nihil aliud excludit, quam ſocietatem ethnici: qui ſi cum Judæo haberet ſocietatem vaccæ, fœtúſve, ſi partem vaccæ milleſimam haberet, aut fœtus, ea verò beſtia lege primitiarum ſolveretur. Idem in alterutro ſi membrum certum quoddam haberet, anteriorem puta, vel poſteriorem pedem, videndum: ſi præciſo membro illo vitioſum exiſteret animal, religione primitiarum liberum eſſet: ſin poſſet, ut abſcindendo membro illo, quod ad ethnicum pertinebat, nihilo magis * temeraretur animal, religione primitiarum obligaretur.

§. II. Si noſtrorum aliquis aut emeret fœtum vaccæ, quæ pertinebat ad ethnicum, aut rurſus ſuæ vaccæ fœtum ethnico venderet, contra jus & æquum faceret ille quidem: at lege primitiarum liberaretur tamen: nec verò homini ulla propter hoc commiſſum multa fuit.

§. III. Si quis noſtrorum aut ab ethnico pecus accurandum hac conditione ſuſcepiſſet, ut ejus inter ſe fœtus ex æquo partirentur, aut eadem conditione pecus ethnico curandum dediſſet,

§. I. *Temeraretur animal,* Aiunt id fieri poſſe ſi beſtia membro oſſis experte redundaret.

§. IV. *Si*

ſet, id religione primitiarum ſolutum eſſet. nam Legis edictum illud, *Omne primitium animal, quod vulvam aperiat apud gentem Iſraelitarum mihi conſecrato*, ſignificat planè neceſſe eſſe, ut talis animans pertineat totus ad genus Iſraeliticum. Exod. 13. 2.

§. IV. * Si quis noſtrorum ab ethnico gregem conſtituto certo pretio redemiſſet, ac conveniſſet inter eos, ut gregis fructus eſſet utriuſque communis, detrimentum verò ſolius Iſraelitæ; Iſraelita quidem gregem iſtum putabatur in ſua poteſtate habere quaſi rem ære ſuo emtam: cùm verò pactum pretium ethnicus, niſi reperiret argentum, confecturus eſſet tam è beſtiis ipſis, quàm earum è fœtibus, hi cum illis pignori erant ei quodammodo oppoſiti: quod ita cùm eſſet, ethnicus æquè, ac Judæus erat gregis, atque fœturæ dominus: quare cùm ipſe grex, tum etiam fœtus ejus religione primitiarum erant ſoluti: rurſus fœtibus illis natæ pecudes religione primitiarum aſtringebantur, quippe quæ ſic ad Iſraelitam pertinebant, ut ethnico nullatenus eſſent emancipatæ.

§. V. Iſraelita ſi pro pecude, quam ab ethnico ſecundum jus alienigenis conſtitutum emerat, argentum ei dediſſet, licet non *duxiſſet pecudem, ſic tamen adquiſierat, ea ut primitiarum lege teneretur. Et ſic contra cùm ethnicus ab Iſraelita pecudem emerat ſecundum jus alieniginis conſtitutum, argento dato, pecus emta tametſi non erat abducta, tamen ethnico fuit adquiſita, ſic; ut hac lege primitiarum ſoluta foret.

§. VI. Si alienigenæ id temporis, quo converteretur ad religionem Judæorum, vacca partum primum edidiſſet, nec ſatis ſciretur

§. IV. *Si quis noſtrorum ab ethnico.* נכרי Sacrorum codicum auctoribus eſt univerſa gens, natióque: cæteris Hebræorum ſcriptoribus quivis unus alia de ſtirpe ceremoniis Judæorum alienus. Profanum inprimis & plenum ignominiæ nomen: quò magis Chriſti ſoſpitis cultorem iſti ſic appellant. Suſpicor igitur verpos cùm ſcriptoris hujus opus iſtud *Venetiis* anno 1574. ederent in folio parvo cum duobus commentariis & quibuſdam inſuper animadverſionibus metu magiſtratuum adductos eſſe, ut in locum hujus tam odioſi nominis, quod in ſuperioribus editionibus exſtabat; ſubſtituerent ubique vocabulum כותי Cutei, qui idem eſt Samaritanus, ut demonſtratur à *Flavio Joſepho*, in nono lib. antiq. in extremo.

§. V. *Duxiſſet pecudem.* Omnino beſtiæ, inquit ſcriptor noſter in libro de rebus adquirendis, tractatu de venditione, cap. 3. §. 1. cunctæque res mobiles ex Lege per æs adquiruntur: verùm enim ſapientum edicto ſancitum eſt, ne res mobiles niſi per elevationem, aut, ab elevatione conſuetudo cùm abhorreat, per ductionem adquirerentur.

ſciretur anténe, an poſt converſionem hominis vacca peperiſſet, partus iſte primigenius de dubio duceretur.

§. VII. Cum alicui noſtrorum eſſet ab ethnico emta vacca, & ignoraretur primum antea partum hæc edidiſſet, necne: tum eadem apud Iſraelitam iſtum procrearet fœtum; fœtus hic enim primigenius haberetur eatenus, ut tum demum, cùm eſſet vitio affectus, comederetur à domino: verùm idem hic ſacerdoti non erat tribuendus. nam * quicunque quid aliunde petit, ejus eſt cauſam dicere, quare ſuum ſit.

§. VIII. Si cui noſtrorum ab ethnico pecus eſſet emta, quæ fœtum lactaret, cavendum non erat, ea ne lactaret fœtum animantis alieni: ſedenim partum hunc ab ipſamet editum eſſe pro certo habebatur. hæc igitur ſi lactaret animal, quod errantis in alienum fœtum naturæ eſſe videretur; immo ſi lactaret animal quod ad ſuini generis ſimilitudinem accederet, tamen lege primitiarum ſoluta foret. Quin etiam lactarium pecus lege primitiarum ſolutum erat: nimirum pecora maximam partem non ſunt lactaria, niſi fœtum ante procrearint.

§. IX. Iſraelitæ cùm ab Iſraelita pecus emeretur, hæc utique primum partum edidiſſe duceretur uſque, dum certiorem faceret emtorem venditor fœtum à pecude prius procreatum eſſe nullum. Sic enim exiſtimabatur, nunquam Iſraelitæ taciturnitate quemquam eò deduci, ut extra locum illum religioſum ſacra comederet: profectò primum à pecude partum antehac editum, iccircò hujus rei mentionem nullam factam eſſe tum, cùm pecus venderetur.

§. X. Cùm minoribus è beſtiis aliqua feciſſet abortum, cujus figura & forma non eſſet adeo expreſſa, ut agnoſceretur ab omnibus, quæ fere *fœditas* appellatur, paſtores erant adhibendi judices: qui ſi illum abortum judicarent fœtum ejuſmodi, cujus eſſet extincta forma, lege primitiarum beſtia ſanè ſoluta eſſet. Sed paſtores ii, quorum judicio res tota permittebatur, eſſent artis ſuæ prudentes, oportebat. Quare ſi cui noſtrorum

§. VII. *Quicunque quid aliunde petit*, &c. *Terentius* quidem, cui decori vis cognita & perſpecta, ſi cui fuit unquam, arguit inſcitiæ *Luſcium Lavinium*, qui in fabula, quam dederat, reum fecit priorem cauſam dicere ſuam, quàm actorem.

Atque in Theſauro ſcripſit, cauſam dicere
Prius unde petitur, aurum quare ſit ſuum,
Quàm illic, qui petit, unde is ſit theſaurus ſibi,
Aut unde in patrium monumentum pervenerit.

§. XIII.

ſtrorum emta ab ethnico beſtia quamvis parva procreaſſet intra ſpatium anni fœtum, fœtus ille primigenius haberetur incertus, quod beſtia hæc eadem antehac apud ethnicum forte fœditatem illam quam vocant, jam ejecerat. Item majoribus è beſtiis aliqua ſi ſecundas ejeciſſet, haud dubium fœtûs ſignum putabatur: nec enim ſine fœtu ſecundæ ſunt unquàm. hæc igitur beſtia religione primitiarum erat etiam ſoluta. Jam ſecundas illas fas erat canibus objicere: nempe ſoli fœtus maſculi ſacrati nomine primitiarum erant: tum pro certo habetur ita naturâ comparatum eſſe, fœtus ut ex æquo mares & feminæ procreentur: & in eum etiam marem, quo nulla certa ſigna matris inſunt, primitiarum ſanctitatem non cadere ſupra poſuimus: itaque conſecratio primitiarum ad pauciorem fœtuum numerum pertinebat: atqui de pauciore numero non laborabatur.

§. XI. Cæterarum autem beſtiarum Deo ſacrarum ſi qua ſecundas ejeciſſet, has ſepultas oportebat: hîc enim nihil differebat inter mares & feminas.

§. XII. Et majoribus è beſtiis aliqua ſi maſſam concreti ſanguinis ejeciſſet, itidem ſoluta eſſet primitiarum lege. Sic enim habebatur, fœtum, qui inerat, exuperantia ſanguinis peremtum atque deletum eſſe. Jam hæc maſſa ſepelienda fuerat itidem, uti beſtiæ primiparæ fœtus abortivus: atqui nihil quidquam ſanctitatis in iſta maſſa reſidebat; ſed hæc erat ejus ſepeliendæ cauſa & ratio, ut lege primitiarum ſolutam eſſe beſtiam, hoc pacto palàm fieret. Porro nos de menſibus mulierum agentes expoſuimus iſtuc, quadraginta poſt dies fœtum humanum conformari, & ante tempus hoc mulier cùm aboriretur, abortum hunc fœtum eſſe nullum: quadrupedis autem fœtus quo dierum numero conformaretur ſapientes noſtri non explicuerunt: illud declararunt quadrupedem cùm ejecerit illam fœditatem quam vocant, ante dies triginta deinceps non concipere.

§. XIII. Fœta ſi pecus abiſſet, rediſſet effœta, tamen partus ejus proximus de dubio primitius haberetur; quippe quæ fortaſſis ejuſmodi quid ejeciſſet, quod eam lege primitiarum non liberaret. Nec verò vulvam pecudis aperiat fœtus abortivus, donec ei capitis orbis extiterit talis, quale

* verticulum eſt illud, quod adhiberi ſubtegmini nendo fere ſolet.

§. XIV. Si primo partu beſtia vehementius è dolore laboraret, omninò fœtum concidere membratim fas erat, atque etiam objicere canibus: ita qui ſecundum hunc procrearetur, pro fœtu primitio putaretur: rurſus idem hic fœtus ſi majori ex parte ſimul in lucem prodiſſet, ſepeliendus eſſet, & beſtia mater lege primitiarum ſolveretur: ſimiliter fœtus ſi membrum unum abſcinderetur, atque reponeretur; & item alterum abſcinderetur ac reponeretur; & ſic deinceps, uſque dum plurima pars ejus exiſſet, ſingula membra ſepulta oporteret: beſtia autem mater eſſet ſoluta lege primitiarum. nam fœtus ubi pars major ejus exierit ſeu ſimul & ſemel, ſeu conciſa per particulas, modo coram adſit, conſecratus & retro fuerit.

§. XV. Si fœtus tripertitò diviſi pars una primum in lucem prodiſſet, continuóque venderetur alienigenæ, tum & altera tanta pars etiam exiſſet, fœtus hic item retro conſecratus fuerat ita, ut beſtia procreatrix ejùs porro lege primitiarum ſoluta foret. Si tripertiti fœtus una pars foras exiſſet per matris latus, & duæ reliquæ per vulvam, iſte quidem fœtus ſacer non erat. nam maxima pars ejus non per vulvam prior exiſſet: atqui primum partum uſque ab principio ortûs ſacratum oportebat.

§. XVI. Si fœturæ foras exiſſet id, quod eſſet maximi membri minima pars, & potiſſima totius fœtus; beſtia procreatrix porro lege primitiarum eſſet ſoluta, quodque ſic exiſſet, ſepultum oporteret. Quod ſi foras exiſſet dimidium fœtus, & id ipſum eſſet membri foras egreſſi pars maxima, dubium erat, beſtia parens lege primitiarum eſſet ſoluta, necne: quare qui ſecundum hunc partum fœtus ab eadem beſtia procrearetur, primitius haberetur incertus.

§. XVII.

§. XIII. *Verticulum eſt*, &c. Verbum iſtud à R. *Natane* ſic explicatur in eo libro, qui ערוך Ordinatio inſcribitur. פיקא eſt quidam quaſi globulus: ad nendum adhibetur: minor ad ſtamen, ut pote quod tenuius: ad ſubtemen, quod craſſius, major: ita comicus afer, à quo expreſſa liberalis decori ſpecies movet animos, anum, cui videndi ſenſus minùs acutus, ſubtemen, quod craſſius, nentem facit,

Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus.
Et paulò pòſt,

Anus ſubtemen nebat.

Jam in textu pro של ערב mendosè legitur של זורב; ſed mendum corrigitur cùm in commentariis, quibus nomen כסף משנה atque in obſervationibus à R. *Abrahamo, Davidis* filio, tum etiam in tractatu Talmudico בכורות de primitiis animantium, fol. 22. pag. 1.

§. XVII. Partus primus ſi muſco circundatus matris è corpore ſic extraheretur, ut omninò vulvam exiens non tangeret: item ſi vel pecudis alterius ſecundis obvolutus; vel amplexu gemellæ feminæ circunplicatus ita veniret, ut nuſquam vulvam matris attingeret, primitius eſſet incertus.

§. XVIII. Si quis pecorum duorum duas vulvas ita conjunxiſſet, ut primus partus unius è vulva decederet in vulvam alterius, dubium erat, utrum ea beſtia intra quam primus partus alienus penetraſſet, quoniam vulvam ejus introiens aperuerat, lege primitiarum eſſet ſoluta, an eâ ſoluta eſſe non deberet, donec ejus vulva proprio conceptu recluderetur.

§. XIX. Si vulvæ lateribus adeo dilatatis, fœtus primus beſtiæ foras exiſſet; hîc quoque dubium erat, vulvæne tactus demum, an & ejus inane primum fœtum ſanctum efficeret.

§. XX. Si latera vulvæ prorſus evulſa in collo fœtus ſuſpenderentur, item erat dubium, utrum vulva proprio loco tantum, an & extra locum ſuum fœtum etiam ſanctum redderet.

§. XXI. Vulvæ pars interior cùm undique ſuccideretur, omninò fœtus non erat ſanctus. Jam vulvæ ſi rumperetur aliquid, longè plurimum conſiſteret, atque fœtus per rupturam foras exiret: contráve plus vulvæ ruptum, quàm integrum eſſet, & quà vulva cohæſiſſet, in vitam veniſſet fœtus, pro primitiis incertis putaretur.

CAPUT QUINTUM.

In qua beſtia primitiarum jus incertum, eam paſci donec vitio corriperetur, deinde comedi à domino rectum eſſe: occupatam à ſacerdote non repeti: ſacrificari nunquam. Beſtiæ primùm Deo ſacræ, deinde pretio redemtæ an religione primitiarum alligarentur.

§. I. OVIS primipara ſi mares duos edidiſſet gemellos, ut amborum capita ſimul extitiſſe viderentur; tamen non poterat, quin paulo prior altero prodierit alter: cùm igitur

tur ignoraretur uter eſſet prior exortus, ſacerdos eorum macriorem auferebat, inſuper & alter primitius erat incertus. Jam ſi moreretur eorum alter, prorſus ex eo partu ſacerdoti nihil obveniebat. nimirum dubitaretur de ſuperſtite: ſi quis autem aliunde petit aliquid, ejus eſt cauſam dicere quare ſuum ſit. Si primipara marem edidiſſet, & feminam; dubium erat, utrum mas, an femina prior exorta fuerit: itaque Sacerdoti obveniebat inde nihil, quòd qui petat aliunde quid, ejus eſt cauſam dicere quare ſuum ſit.

§. II. Primiparæ oves duæ unà ſtabulantes ſi mares edidiſſent duos, ſacerdotis erant ambo: ſi marem & feminam, mas ſacerdotis erat: Si mares duos, & unam feminam, ſacerdos exiliorem marem auferebat, & alter primitius erat incertus: Si maſculis his duobus è fœtibus interiſſet unus, porro nihil ad ſacerdotem inde perveniebat. namque ſuperſtes ille mas primitius eſſet incertus: & qui petit aliunde quid, ejus eſt dicere cauſam quare ſit ſuum. Eædem ſi peperiſſent aut duas femellas, & marem unum, aut duos mares ſimul, & totidem femellas, in maribus utique primitiarum jus incertum haberetur. Quid enim? Quid vetaret dicere priores maribus natas eſſe feminas? Quamobrem ex iſto partu ad ſacerdotem perveniebat nihil, propterea quòd cùm aliunde quid petit aliquis, ejus eſt dicere cauſam quare ſit ſuum. Quod ſi duæ oves, quarum altera partum eſſet antehac enixa, altera nunquam, unà ſtabulantes mares genuiſſent duos, omninò horum alter ad pecoris dominum, alter pertinebat ad ſacerdotem: cùm autem ratio primitiarum eſſet in utroque fœtu dubia, ſacerdos exiliorem auferebat. Atque eorum alter ſi interiſſet, porro nihil ad ſacerdotem inde veniebat, quòd eſſet incerta ratio ſuperſtitis: ſic eædem ſi peperiſſent marem, & feminam, nihil ad ſacerdotem inde veniret, quia enim ratio primitiarum in maſculino fœtu neutiquam eſſet explorata.

§. III. In qua beſtia cunque de ratione primitiarum ambigebatur, eam paſci tamdiu, donec vitio corriperetur, & deinceps à domino comedi jus erat: eadem hæc cùm occupata fuit à ſacerdote, non repeteretur: ab ipſo comederetur ubi vitium ei adveniſſet. Rurſus eadem ſacrificari non poterat: nunquam enim pecus ullum mactabatur nomine primitiarum, niſi conſtaret

ſtaret primo partu procreatum eſſe, ne forte beſtia profana jugularetur in atrio.

§. IV. Si cujus in grege pecudes aliæ fœtum ante jam procreaſſent, partim nullum antea partum peperiſſent, tum utræque fœtus procreaſſent cùm nemo homo præſens adeſſet, ac quæ tum primùm partus edidiſſent, invenirentur mammas dare femellis, & maribus illæ, quæ quondam etiam partus ediderant; omninò curandum non eſſet, ne partus aliarum alias ſequerentur; ſed pro certo haberetur pecudum ſuum quamque partum nutrire.

§. V. Paſtori cùm homines duo duarum commiſiſſent beſtiarum fœtus maſculos, quorum eſſet unus primitius, & alter vulgaris, atque eorum alter interiret, porro ſuperſtitem paſtor medium inter illos ſtatueret, abiret: Et ſuperſtes iſte fœtus, quoniam in eo jus primitiarum erat ambiguum, ex æquo divideretur inter eos, ſiquidem neuter illorum animantem ſuum noverat.

§. VI. Si quis autem primo partu procreatam beſtiam commiſiſſet patrifamilias, tum is illam ſuâ beſtiâ vulgari conjunxiſſet, poſt obiſſet earum altera, nec certùm ſciretur utra tandem, hîc valeret iſtuc, qui aliunde quid petit, ejus eſt cauſam dicere quare ſit ſuum: igitur in illa ſuperſtite beſtia jus primitiarum eſſet ambiguum. Quin etiam paſtor idem & ſacerdos ſi beſtiam ſuam primo partu procreatam conſtituiſſet in ædibus patrisfamilias cum ejuſdem beſtia vulgari, tum earum altera mortem occubuiſſet, nec compertum eſſet utra, valeret illud, qui aliunde quid petit, ejus eſt cauſam dicere quare ſit ſuum: nec verò beſtia ſuperſtes, niſi ad liquidum veritas eſſet explorata, abduceretur ex ædibus patrisfamilias, propterea quod iſtius beſtia vulgaris cum illa primo partu procreata conjuncta fuerit voluntate domini.

§. VII. Non erat opinio quidquam contra legem de primitiis animantium committi ab Iſraelitis: itaque fides haberetur cuivis eorum, cum in aliqua beſtia jus primitiarum incertum eſſe diceret: hæc adeo beſtia ſtatim, atque vitium concepiſſet, inſpiceretur uti mos erat, atque ab eodem illo comederetur.

§. VIII. Omninò ſacræ pecudes omnes, in quibus vitium perpetuum ineſſet priùs, quàm conſecrarentur, ſi pretio de-

inde redimerentur, lege primitiarum obſtringebantur. Contra quæcunque vel ante conſecrationem vitio temporali ſolummodò laboraſſent, vel ad conſecrationem integræ poſtea demum vitium perpetuum concepiſſent, cùm poſthac pretio redimerentur, tamen ſolutæ lege primitiarum eſſent: nimirum non evaſiſſent iſtæ profanæ prorſus ad omnia; verùm eædem neve tonderentur, neve ad opus faciendum applicarentur, etiam interdictum erat, quemadmodum in diſputatione de ſacrorum abuſu diſſeruimus.

§. IX. Quod pecus Hieroſolymis emeretur pecuniâ ſecundis è decumis redactâ, illud lege primitiarum tenebatur: quod autem emeretur frugibus iis, quas ad annum ſabbaticum inculta terra fuderit, id lege primitiarum erat ſolutum: neque enim commercium legitimum erat earum, quas anno ſabbatico terra
Lev. 25. 6. tulerat, frûgum; quia enim de his à Lege dicitur, *Pro cibo*: cujus verbi iſta vis eſt, & ſententia, terræ incolis dari his uti pro cibo ſcilicet, pro commercio non item: atque pecus his frugibus emtum ſi lege primitiarum aſtringeretur, * aliquid lucri fieret in ejus fœtu primitio, qui neutiquam tenebatur * lege fructuum anno ſabbatico perceptorum. Jam verò diſputatione de cibis vetitis à nobis expoſitum eſt illud, eſculentorum interdictorum commercium facere nefas eſſe: item & diſputatione de libamentis diximus prohibitum eſſe commercium libamentorum: ſimiliter vetitum erat commercium beſtiarum primo partu procreatarum, tametſi licebat eaſdem vendere qua ratione ſupra diximus.

§. X. Si quis pecudem primitiam emiſſet in convivium filii, dieíque ſolemnis, tum hac non indigeret, eam vendere jure poterat.

§. XI. Non æſtimabantur primitiæ pecudes integræ Iſraelitis: iiſdem primitiæ pecudes vitio laborantes æſtimabantur. Et hoc tempore ſacerdotibus primitiæ pecudes æſtimantur etiam integræ, ut aliquando ob conceptum vitium comedendæ. nam his æſtimari primitias pecudes vitio correptas, nec dici quidem neceſſe eſt.

CAPUT

§. IX. *Aliquid lucri fieret.* Nimirum is, penes quem eſſet, hanc ex eo commoditatem caperet, ut quem vellet ſacerdotem hoc beneficio ſibi devinciret.

Neutiquam tenebatur, &c. Non erat enim in medio relinquendus ſic tanquam fructus anni ſabbatici.

§. I. De-

CAPUT SEXTUM.

De beſtiarum decumis Deo pollucendis. Jus decumarum ædificato, & non ædificato templo valere. Quæ hominum genera iſto jure tenerentur? Beſtia decuma Deo polluɛta quam ſacrorum religionem haberet? Nec ære emtas, nec dono datas, ſed domi natas homini beſtias eſſe decumanas.

§.I. PRæceptum erat jubens, ut ex omni numero beſtiarum mundarum, quæ naſceretur homini Judæo quotannis, decima quæque * Deo pollucеretur: id vero præceptum non ſervabatur, niſi in pecore bubulo, *oviarico, caprinóque, propterea quòd in Lege eſt, *Item omnes cùm armenti, tum gregis*, &c. Lev. 27. 32.

§. II. Jus illud decumarum ſpectabat non beſtias ſacras, ſed profanas, & quidem intra terram Iſraeliticam, extráque, ædificato, non ædificato templo valebat: at ſapientum auctoritate prohibentur his temporibus pecudum decumæ: ſanxerunt enim, ut, niſi ſtante templo, pecudum decumæ non ſacrarentur; quia forte quis eas ſanas comederet & integras: ita fieret, ut nefas admitteret, cujus pœna ſit exitium, ſi ſacras has beſtias mactaret extra locum illum auguſtum. Attamen nunc ipſum ſi quis * contra decretum decimas pecudum ſacraſſet, ratum eſſet, adeo; ut oporteret eas corripi priùs, quàm comederentur.

§, III. Omninò præceptum iſtud de pecudum decumis Deo pollucendis tenebat omnes, Sacerdotes, Levitas, & Iſraelitas.

§. IV. Hoc

§. I. *Decima quæque Deo pollucеretur:* In his capitibus, ut cuique animum advertenti cognitum & perſpectum erit, diſputatur tantummodò de decumis ſecundis, quas Hieroſolymæ quiſque conſumere juſſus erat.

Oviarico, caprinóque. Notum eſt illud verbi צאן eam eſſe vim & notionem, ut oviaricum juxta, atque caprinum pecus ſignificet.

§.II. *Contra decretum decimas pecudum*, &c. Etenim, inquit R. *Joſephus Karo* in commentariis כסף משנה inſcriptis, ſapientes edixerint, ne, res in integro cùm eſſet, beſtiarum decumæ Deo pollucerentur: prudenter illi quidem, ne forte nefaſti quid admitteretur: verùm ſi res ex præſcripto acta, tranſacta, beſtia decuma rite polluсta fuerit, cur non ſacra foret?

§. IV. Hoc igitur erat beſtiæ decumæ jus: ut in atrio cæderetur, contra aræ baſim una & eadem aſperſione funderetur ſanguis ejus, adolerentur exta: caro deinceps Hieroſolymis à domino ſic ederetur, ut cæteræ hoſtiæ minùs ſanctæ. Etenim * nihil inde jure veniebat ad ſacerdotem; ſed ad dominum tota pertinebat itidem, ut victima paſchalis. Quæ ſi vitioſa eſſet, ſeu vitium ei poſt conſecrationem demum adveniſſet, ſeu ante, quàm conſecraretur, jam extitiſſet, quocunque loco comederetur.

§. V. Beſtiam decumam vendere ſanam & integram nefas
Lev. 27. 33. erat. nam à Lege quidem hac de beſtia dictum eſt illud, *Ne redimitor*, quo eodem edicto implicari quoque vendendi interdictionem, traditum eſt; ut eam omninò neque redimi, nec vendi liceret. Ego verò ſic exiſtimo, beſtia decuma cùm venderetur, ab venditore nihil actum, nec emtori adquiſitum eſſe quidquam, & eam ipſam ob rem venditorem illum nihilo magis verberibus coerceri, quàm qui vendidiſſet aut ſacerdotum anathemata, quæ videlicet emtori adquiſita non erant, aut captivam feminam formæ gratiâ domum deductam, qua de re ſuo loco diſputabitur.

§. VI. Porro ſapientum edicto ſancitum erat, ut beſtia decuma vitio affecta ne venderetur, nec cæſa quidem, ne uſu veniret, ut etiam viva venum daretur. Quocirca beſtiæ decumæ portiones nec inter ſe ſibi librabantur, id quod in animante primo partu procreata fieri licebat, quippe quod haberet venditionis ſpeciem.

§. VII. Pupillorum autem decima pecus ſi poſt conceptum vitium cæſa fuerit, ut more ſolito væniret conceſſum erat: hîc enim ob rei pupillaris jacturam nihil interdictum eſſe voluerunt.

§. VIII. Fas erat decumæ pecudis poſt conceptum vitium cæſæ adipem vendere, nervos, pellem, & oſſa: ſola caro ne venderetur, interdictum erat: attamen carnis pretium pretio pellis, adipis, nervorum ut includeretur, atque adeo, ut conjunctim omnia venderentur, licebat. Immo ſi oſſium eſſet grande pretium pretio carnis etiam adaugeri poterat.

§. IX. Fides

§. IV. *Nihil inde jure veniebat ad ſacerdotem.* Ex his & verbis continuò ſequentibus luce meridiana clarius eſt hîc agi non de omnibus, ſed de ſolis decumis ſecundis.

§.IX. Fides erat cuivis noſtrorum, cùm de beſtia decuma vitio affecta diceret, illud ipſi caſu adveniſſe vitium, non de induſtria oblatum eſſe: immò quibus de beſtia primitia negabatur, his ipſis fides habebatur de beſtia decuma. Porro ſuæ quiſque de beſtiæ decumæ vitio cognoſcebat, eámque propter conceptum vitium jugulationi permittebat, ſiquidem in hoc genere artifex erat. erat enim cuique in manu, ut gregem ſuum vitio temeraret totum, atque deinde demum decimam quamque beſtiam polluceret ſic, ut ab initio beſtia decuma vitio laboraret.

§.X. Agni horni ſi cui emerentur, aut condonarentur, hi decumani non erant: non tenebantur enim lege decumarum, niſi quæ beſtiæ homini natæ domi ſuæ eſſent. Quare cùm homines duo coirent ſocietatem pecoris, & eorum uterque centum præberet agnos, qui confunderentur inter ſe, prorſus hi ducenti decumani non erant, quia enim eorum quiſque quodammodo væenierat. Similiter ad germanos cùm venirent hæreditate paterna communes agni, non erant decumani: fœtus autem beſtiis ab iſtis procreati poſthac in commune ſociorum, fratrúmque, lege decumarum aſtringebantur. Similiter ſi pecudes communiter emerentur ſociis collatâ inter ſe pecuniâ, germanis hæreditariâ, partus earum poſtea lege decumarum obſtringebantur: iſti videlicet hominibus illis apud ſe, cùm eſſent unius inſtar, editi fuiſſent: rurſus partus iſti ſi poſtea, quàm editi fuerant germanis apud ſe, vel ſociis, inter hos facta partitio eſſet, atque ſocietas denuò devincta, lege decumarum eſſent ſoluti: quippe partus iſti cùm dividerentur, omnes erant emtorum inſtar animantium: animantes autem emti liberi ſunt decumis: jam verò ſecundo loco conflabatur ſocietas pecoris, quo è pecore poſt ſecundam communionem quidem nullus etiamnum fœtus conſociatis apud ſe procreatus erat. Ac ſi partitione faciendâ hœdis hœdi, * agnis agni, deni denis opponerentur, nihilo ſecius omnes velut emti animantes omninò decumis erant liberi.

§.XI. Si vel inter germanos, vel inter ſocios facta partitione pecuniæ,

§. X. *Agnis agni.* In quibuſdam exemplaribus mendosè legitur, *hædis agni.* corrigitur mendum & in commentariis כסף משנה inſcriptis, & in aliis etiam exemplaribus.

§. XII. *In*

pecuniæ, non eſſent diviſæ pecudes, hæ decumarum lege tenerentur, ut quæ non eſſent emtarum numero: contra ſi partitio pecoris eſſet facta, ſolutum id decumis erat, tametſi nondum inter eoſdem diviſa pecunia fuerat.

§. XII. Si cui fœturæ decem adhuc contentæ matrum alvis eſſent emtæ, porrò cogerentur * in ſeptum, ubi decimarentur, ſiquidem natæ fuerant homini apud ſe.

§. XIII. Si ſacerdoti pecudes decem obveniſſent * direptis è rebus ejus, qui Judæus ex alienigena factus eſſet, hæ neutiquam erant decumanæ. * namque tributa conferenda ſacerdotibus mera dona fuerant: non aſtringi verò decumis, quæ cui condonarentur, alio loco diſputavimus.

§. XIV. Omninò pecudes omnes * cogebantur in ſeptum, ubi decimarentur, tam integræ, quam vitioſæ: immo etiam omnes illæ, quæ altari prohiberentur, præter * animantes bigeneres, lethaliter

§. XII. *In ſeptum*, &c. Hoc dilucidè explicabitur capite proximo inferiori ſtatim ab initio.

§. XIII. *Direptis è rebus ejus*, &c. In eam rem ab Hebræis proditum eſt iſtuc. Extraneus homo Judaicis ſe ceremoniis cùm addixiſſet, nec ullis poſtea ſuſceptis liberis mortem obiſſet, quoniam legitimum hæredem habebat nullum, bona ab eo relicta primi cujuſque occupantis erant. Et ſi reſtitueretur quid ei dum vivebat per vim & oppreſſionem ereptum, id erat ſacerdotum. nam huc pertinet quod ſcriptum vidémus *Num.* 5. 8. *Si quis autem propinquum non habet*, &c. neque enim fieri poterat, ut homo Iſraelitarum genere natus propinquum haberet neminem quoad tribulis ejus ſuperſtes eſſet aliquis. Hoc igitur ibi præcipiebatur, ut id quod per vim & oppreſſionem ereptum erat homini extraneo, poſt ejus obitum redderetur ſacerdoti addita etiam ſortis parte quinta. Erat hoc ex illis, quæ jure divino ſacerdotibus conferebantur, tributis unum.

Namque tributa conferenda, &c. Erant illa numero viginti quatuor. Caro hoſtiæ piacularis, quæ erat genere duplex, una pro peccato, & altera pro delicto: victimæ pacificæ publicæ totæ: reliquiæ manipuli quotannis è ſegete Deo offerendi: reliquiæ ferctorum ab Iſraelitis obmotorum. (ferta enim ſacerdotum tota cremabantur.) panes illi duo, qui ad Pentecoſten de frugibus novis libabantur: panes propoſitionis: logus olei, qui ferebatur ab homine cùm à lepris convaluiſſet: pectus & armus ab hoſtiis pacificis: portio certa de victima euchariſtica: membra certa de ariete Nazaræi: beſtiæ mundæ partus primus: primitiæ frugum & fructuum: libamentum: libamentum decumarum: popanum: primitiæ vellerum: prædium à ſuo poſſeſſore dedicatum, tum deinde alienatum. portio de quavis pecude in communem vitæ uſum cæſâ impertienda, armus videlicet, malæ, & ventriculus: redemtio liberorum primo partu procreatorum: primogeniti aſinorum: ſi reſtitueretur id quod per vim ereptum erat homini extraneo religionem Judaicam amplexo, quem nullis liberis relictis mors conſecuta eſt: poſtremo anathemata. Hæc copioſè diſputantur toto capite decimo tractatus Talmudici חולין de profanis, atque à ſcriptore noſtro tractatu ſexto libri de ſatis, qui tractatus eſt de primitiis & de cæteris tributis quæ jure divino conferebantur ſacerdotibus.

§. XIV. *Cogebantur in ſeptum.* Vide §. 1. capitis inſequentis.

Animantes bigeneres. Quæ eædem & hybridæ nominantur.

§. XV. *In-*

thaliter affectas, per matris latus in vitam ingreſſas, & temporis indigentes: hæ cunctæ ſolutæ decumis erant: ſolutum erat & animal orbum, quod naſceretur tunc ipſum, cùm mater ejus emoreretur, aut cæderetur. Etenim hæc noſtris quaſi per manus tradita ſunt.

§. XV. Atqui pecudes emtæ non erant decumarum lege ſolutæ, niſi emerentur tum, cùm jam eſſent idoneæ quæ decimarentur. Quare ſi quis agnos emiſſet * intra ſeptem proximos ab eorum ortu dies, hos, cùm tempus idoneum attigiſſent, ut decimaret, oportebat. nempe quando pecudes temporis indigentes decimari non conveniebat, perinde foret, quaſi fœturæ in matrum alvo emtæ homini deinceps apud ſe editæ fuiſſent.

§. XVI. Quæ beſtia cunque dubitationem haberet eſſet decumana, necne; ſoluta decumis erat: quapropter ſi multis agnis permiſcebatur unus aliquis orbus, aut emtus, aut horum ſimilis, prorſus ſoluti decumis erant omnes, quod dubium eſſet de ſingulis.

§. XV. *Intra ſeptem proximos*, &c. Nam ante octavum ab ortu diem beſtia non erat idonea, quæ ſacrificaretur.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM.

De modo recenſendi pecoris & decimandi. Greges hominis diſſitos ſeparatim decimandos, & ſingulos adeo ob paucitatem religione decumarum ſolvi. Nec de beſtiis minoribus in majores, nec de majoribus in minores decumam pollucendam. Pecus oviaricum & caprinum uno & eodem nomine appellari, unum genus animantium duci: nec horno de pecore in vetus decumas pollucendas, nec contrà. Etiam ante ſolutas decumas de grege cædere, vendere, fas eſſe. Excipe tria illa pecuariis decimandis conſtituta tempora, quæ vulgo granaria pecoris decimandi nominantur. Nam tria illa tempora pecuariis decimandis eò conſtituta, ut copia pecudum ſuppeteret iis, qui Hieroſolymam ad celebrandos dies ſolemnes aſcenderant.

§. I. SI quis decem agnis à ſuis unum, ab centum decem nomine decumarum tantummodo ſegregaſſet, iſtæ quidem decumæ nullæ fuerant. Quid igitur fiebat? Nempe agni aut vituli cogebantur omnes intra ſeptum, in quo oſtiolum eſſet ita parvum, ut exire duo ſimul inde nequirent: tum propter hoc extrinſecus continebantur eorum matres, quæ balatum exercerent: ita fiebat, ut agni vocem matrum audientes è ſepto
Lev. 27. 32. venirent ad eas. hæc enim Legis verba, *Omnium, quæ ſub virgam ſubibunt*, hanc vim habent & ſententiam, ut per ſe ipſæ abeant, manu non attrahantur. Cùm igitur agni deinceps è ſepto prodirent, adhibitâ virgâ, continuò numerabantur novem, & qui decimus excedebat mas, aut femina; ſanus, aut vitioſus rubricâ notabatur, ſimul dicebatur, iſta pecus decumarum nomine ſacra eſto. Quanquam ſi quis rubricam & virgam miſſam feciſſet, atque etiam recubantes agnos, ſtantéſve recenſuiſſet; nihilo ſeciùs decumæ ſatis erant legitimæ: ſcilicet ſi deni recenſerentur, ac polluceretur decimus quiſque, pecus erat ritè decimatum.

§. II. Omninò pecudes omnes eidem homini diverſis locis ſuis ac disjunctis natas in unum ſeptum cogi neceſſe non erat; ſed unum quemque gregem ſolum. Cum igitur Hieroſolymis alicui

alicui nati fuiſſent agni quinque, & totidem Ptolemaide, quæ eadem Ace nominatur, hi non conjungerentur. ſed ſoluti lege decumarum eſſent omnes. Etenim duo greges tum demum inter ſe conjungebantur, cum inter hos non plus intervallo ſedecim milliarium interjectum eſſet.

§. III. Atqui tres ejuſdem hominis greges, quorum unuſquiſque ſexdecim milliaribus ipſis ab altero ſeparatus eſſet, inter ſe conjungerentur: ut ſi novem animantes hîc, illîc item novem, & intermedius eſſet unus, omninò cogerentur in caulam unam omnes, ubi decimarentur.

§. IV. Nunquam in animalia majora decuma pollucebatur de minoribus; nec contrà: verùm & oviarico de pecore decuma dabatur in caprinum, & de pecore caprino viciſſim in oviaricum. Nam in hoc Legis præſcripto, *Item omnes decumæ cùm armènti, tum gregis*, vox *gregis* ſonat univerſum hoc, quod nomine pecoris pariter appellatur, ac velut unum & idem genus animantium eſſe ducitur. Lev. 27. 32.

§. V. Nec hornotino de pecore decumæ pollucebantur in ſuperioris anni pecus, ſicut neque de novis terræ frugibus decumæ ſolvebantur in veteres, neque porro de veteribus in novas, de quibus ſanè ſcriptum videmus, *Quod fundetur ex agro quotannis.* Ego verò ſic exiſtimo ſi quis in anni præteriti polluxiſſet horno de pecore decumas, ratum eſſe tamen, ob majorem ſacrarum beſtiarum religionem: & verò pecus ut decimaretur quotannis non nominatim lege cautum eſt. Deut. 14.22.

§. VI. Quæcunque pecudes ab uſque * primo die menſis *Tiſri* naſcerentur ad undetrigeſimum menſis *Elul* inſequentis, conjungebantur inter ſe ſic, ut decumæ pollucerentur de aliis in alias.

§. VI. *Primo die menſis Tiſri*, &c. Hic primus anni civilis reſpondet ferè *Septembri: Elul* anni civilis menſis extremus fermè reſpondet *Auguſto.* Sed de duplicis anni civilis & ſacri deſcriptione breviter ac commodè *Joſephus*, lib. 1. antiq. " Contigit " hoc exitium, inquit, *Noa* annum ætatis " ſexcenteſimum agente, menſe ſecundo, " qui *Dius* à Macedonibus, & *Mareſvan* ab " Hebræis appellatur. Sic eſt enim annus " ab Ægyptiis deſcriptus. *Moyſes* quidem " rationem faſtorum ſuorum ſic inſtituit, " ut menſium primus eſſet is, qui *Niſan* " appellatur, qui *Xanticus* eſt: eam ob " rem, quòd eo menſe Hebræos ex Ægypto eduxerat: atque ob eam ipſam cau" ſam in jure ſacrorum obſervandi tempo" ris initium ab eodem menſe ducit. I" dem verò ad jus civile quod attinet, " nundinas puta, mercatuſque rerum con" trahendarum causâ conſtitutos, & cætera " horum ſimilia priſtinum finiendi tempo" ris uſum ſervavit immutatum.

alias. Contra ſi menſis *Elul* extrema die quinque nati fuiſſent agni, & item quinque poſtera die inchoante menſem *Tiſri*, non conjungerentur. Jam pecudes partum intra primum ætatis annum enixæ, in caulam ipſæ cum prole ſua ſimul ad decimandum cogerentur.

§. VII. Agni cùm eſſent nati non religione devinciebantur eadem, atque terræ fruges, arborúmque baccæ, quarum nulla dum libamenta facta fuerint. his enim, ut alio loco demonſtravimus, ante polluctas decumas, veſci non licuit: licebat autem, ut illorum quiſque procreatus venundaretur, & cæderetur interea, dum grex totus decimabatur: tum denique decuma conſecrabatur, ita; ut ritu ſuo comederetur, de quo ſupra dictum eſt.

§. VIII. Conſtitutum erat à ſapientibus tempus triplex, quo pecuaria decimarentur: hoc cùm advenerat, pecudes neque vænire fas erat, nec jugulari priùs, quàm decimarentur: quanquam ſi qua contra edictum ante cæſa fuiſſet, hac ad cibum uti licebat: jam hæc erant illa tria ſtata tempora, decimus & quintus dies ante Paſcha: decimus & quintus dies ante Pentecoſten: atque ante ſolemnia umbraculorum item decimus & quintus dies: & unumquodque temporum iſtorum vulgo dicitur *granarium decimandi pecoris.* Incidebant igitur iſta decimandi pecoris granaria quæ vocantur in extremum diem menſis *Adar*, in quintum & triceſimum numero diem poſt libatum manipulum novarum frugum, & in diem ultimum menſis *Elul.* Quod autem illa granaria in hos dies conſtituerentur, hæc cauſa fuit & ratio, ut copia pecudum ſuppeteret iis, qui celebraturi dies ſolemnes Hieroſolymam aſcendebant: ut enim pecudes, ſicut ante dictum eſt, vænire priùs, quàm decimarentur, fas eſſet; tamen unumquemque, ne pecora ſua niſi ritè decimata produceret, religio officii ferè deterrebat.

§. IX. Ergo beſtiæ majores vel minores in ſeptum cogebantur: hîc ad numerum recenſeri, & decimam quamque polluceri uſque adeo; donec pauciores denis intra ſeptum ſuperabant. Quæ primo quoque pecoris decimandi granario fœtibus interea temporis procreatis adjunctæ pariter decimabantur. Et ſi quis videret futurum eſſe, ut è numero pecudum aliquæ ſupereſſent, tamen eas omnes in ſeptum cogeret neceſſe erat, reſtantéſq; reliquæ fierent.

CAP.

CAPUT OCTAVUM.

Pecus ſi recenſeretur à domino, is beſtiam nonam, vel undecimam, per errorem, decimam nuncuparet, & illam Deo ſacram fuiſſe, non item inferiores, aut ſuperiores; nec id ipſum ſi pecus recenſeretur à procuratore. Cùm decimandi cauſa recenſeretur numerus beſtiarum, binas & ternas & quinas numerari bonum & æquum eſſe. Si præpoſterè recenſerentur beſtiæ, eam quæ prima nuncuparetur decumarum religione obligari. Numerum beſtiarum ad decimandum idoneum per recenſionem decumis liberari, tamen etſi decuma beſtia nunquam religione decumarum devincta fuerat.

§. I. SI poſtea, quàm in ſeptum actæ fuerant pecudes, inde ſingulæ deinceps egredientes numerarentur ſic, ut ſupra dictum eſt, &, per errorem, decima numeraretur ſeu octava, vel inferior aliqua, ſeu duodecima, vel aliqua ſuperior, nequaquam conſecraretur: rurſus conſecraretur nona vel undecima ſi decima nuncuparetur. Hæc adeo res traditione continetur: traditum eſt noſtris conſecrari etiam, per errorem, nomine decumæ pecudem numero proximam ſuperiorem, aut inferiorem: porro priores & poſteriores non conſecrari. Immo pecus ſi numero nona decima, decima nona, undecima decima nuncuparentur, ſeu imprudenter, ſeu de induſtria, tres unà conſecrarentur.

§. II. Hæc igitur pecudibus in iſtis ratio tenebatur: nona non ſacrificabatur, * ſed comedebatur affecta vitio: erat decima reapſe decuma: undecimà verò ſacrificium fiebat pacificum, cujus erant eadem, ac cunctorum ſacrorum pacificorum libamina: jam poſterior iſta ſi quando cum alia pecude commutaretur, * nihil ei ſanctitatis communicaret, ea re; quia non erat ipſamet ſacra, niſi nomine commutationis. Ita res ſe habebat,

§. II. *Sed comedebatur affecta vitio.* Nempe beſtia Deo ſacra concepto vitio velut exaugurabatur.

Nihil ei ſanctitatis communicaret. Contra atque cæteræ beſtiæ Deo ſacræ. Sed hæc quæſtio tota diligenter ediſſeretur ſexto hujus libri tractatu.

P 2

bebat, ſi dominus ipſe pecudum numerum recenſeret: ſin autem ſuarum decumarum ſacrandarum procuratorem conſtituiſſet, is aut in nona, aut in undecima pecude rationem turbaſſet, ſacra duntaxat eſſet pecus revera decima: neque enim conſtituerat procuratorem, qui ſibi, per errorem, damnum faceret; ſed qui decumas ritè conſecraret.

§. III. Quod autem diximus pecudem undecimam ſacrari ſi decima nuncuparetur, id videlicet erat ita ſi ſimul & decima nona diceretur: at ſi diceretur decima, ſicut erat, tum undecima quoque decima vocaretur, poſterior iſta neutiquam conſecraretur, quandoquidem decimæ nomen ſuum ademtum non erat: immò ſi decima cùm exiret è ſepto, non decima, non nona diceretur, ſilentium merum eſſet, tum exiens undecima nominaretur decima, nihilo magis ſacraretur: nempe decima ſacrabatur ipſa per ſe: licet igitur non diceretur decima, modo ſuum ei nomen non ademtum eſſet, non conſecrabatur undecima.

§. IV. Si nona pecus & decima ſimul è ſepto egrederentur, utraque ſeu nona, ſeu decima nominaretur, eatenus conſecrabatur, ut comederetur affecta vitio, non ut ſacrificaretur. Similiter è ſepto cùm egrederentur unà decima pecus & undecima; tum utraque decima nominaretur, inter ſe ſanè confuſæ fuiſſent, perindéque eſſet, ut ſi decuma permiſta fuiſſet hoſtiis pacificis, quæ comedebantur affectæ vitio, quemadmodum diſputatione de ſacris temeratis expoſuimus. Porro ſi nominaretur utraque undecima, cum profana beſtia decima confuſa eſſet, atque adeo ambæ comederentur item affectæ vitio.

§. V. Si binæ pecudes ſimul è ſepto primùm egreſſæ recenſeri cœptæ ſint non una & altera, ſed par unum, cunctæ porro binæ recenſerentur, & conſecraretur par decimum: item ſi ternæ deinceps, quinæve recenſerentur, conſecraretur claſſis decima.

§. VI. Si, cùm è ſepto primùm egrederentur ſimul binæ pecudes, una recenſeretur, deinde tertia diceretur ſecunda, poſt ſingulæ recenſerentur ordine, nona pariter & decima ſacræ fuiſſent, ſic; ut comederentur affectæ vitio: nona, quòd eſſet illa verè decima, quoniam principiò duæ ſimul è ſepto exierant: jam illa decima, quæ nominabatur, erat ea undecima: undeci-

ma

ma verò cùm nuncuparetur decima, conſecrabatur, ut ante poſuimus.

§. VII. Si præpoſterè recenſerentur pecudes, ſic; ut è ſepto primùm egreſſa diceretur decima, proximè ſecuta, nona, itáque deinceps, adeo; ut quæ veniret decima nuncuparetur una, nihilo minus ipſa conſecraretur eam ob rem, quod decima pecus per ſe ipſa conſecrabatur.

§. VIII. Nona pecus ſi decima nuncuparetur, & in ſepto reſtitiſſet decima, comederetur illa vitio affecta, hæc eſſet decuma, licet nec exiſſet è ſepto, nec cooptaretur, quia enim decima pecus per ſe ipſa ſacrabatur. Sin decima pecus intra ſeptum mortem obiſſet; nona illa comederetur affecta vitio: cæteræ verò octo ex ſepto egreſſæ, & ordine recenſitæ lege decumarum erant ſolutæ, tametſi earum è numero pecudum decima nunquam fuerat ſacrorum religione devincta, ſed mortem occubuerat ante, quàm è ſepto prodiret. nam ipſa recenſio cùm eſſet pecudum numerus ad decimandum idoneus liberabat decumis.

§. IX. Agnos decem in ſeptum coactos ſi recenſere quis cœperit, atque ſubito occiderit è recenſis unus, nihilo ſeciùs, ut cœperat, hoc pertenderet, & conſecraret decimum, quamvis agni vivi novem haud amplius præſto jam adeſſent.

§. X. Si occubuiſſet unus eorum, qui ſuperabant in ſepto, pars enumerata decumis eſſet libera; quia enim ipſa recenſio ſi pecudum eſſet numerus ad decimandum idoneus, liberabat decumis, ut inde decumæ nullæ conſecrarentur, quemadmodum ſupra diſſeruimus: & quæ pars in ſepto ſupererat, eam oporteret reſervatam ad granarium poſterum, quo denique pecudibus aliis ad decimandum adjungeretur. Sic quatuordecim ex agnis in ſeptum coactis cùm recenſerentur quatuor per unum oſtiolum exeuntes, & ſex exeuntes per alterum; ſi qui reſtabant intra ſeptum quatuor prodirent hoc eodem, quo ſex antea prodierant oſtiolo, ſacrabatur ex his poſterioribus unus, cunctíque decumis erant ſoluti. nam quatuor illos, qui priores per alterum exierant, decumis liberaſſet ipſa recenſio, ſiquidem erat numerus ad decimandum idoneus. Sin autem illi quatuor intra ſeptum reſtantes eodem, atque primi quatuor, oſtiolo prodirent, ita res erat: & priores quatuor per unum, & proximi

ſex

ſex egreſſi per alterum oſtiolum erant ſoluti decumis utrique; quippe qui recenſerentur utrique pecudum è numero ad decimandum idoneo, cùm in ſepto ſupereſſent, unde compleretur numerus decumanus: at iſti quatuor in ſepto denique ſuperantes cùm egreſſi per idem, ac priores illi quatuor, oſtiolum eiſdem annumerarentur, nihilo magis efficerent numerum ad decimandum idoneum: ergo differebantur in granarium poſterum, quo decimarentur conjuncti cum aliis. Quod ſi quatuor per unum, & per alterum oſtiolum item exiſſent quatuor, intus ſupereſſent ſex, videndum: ſi porro reliqui ſex iſti per alterutrum oſtiolum prodirent omnes, ex his unus ſacrabatur nomine decumæ, cunctique deinde decumis erant liberi: ſin autem ſex iſti per duo diverſa oſtiola prodiſſent, ipſi granario poſtero decimandi gratia conjungerentur aliis, & hac illac egreſſi priores octo decumis erant ideo ſoluti, quòd horum quaterniones utrique numerus eſſet idoneus, qui conficeretur denarius, unde decuma conſecraretur, ſiquidem ſex etiam intra ſeptum agni reſtabant.

§. XI. Si veniſſet uſus, ut è coactis in ſeptum agnis undeviginti novem prodirent per unum oſtiolum, & per alterum totidem, ultimus eorum ſacraretur nomine decumæ, & cuncti decumis eſſent ſoluti, quòd utrique novem recenſerentur numero ad explendum idoneo.

§. XII. Agnus ſi recenſus dum caput atque majorem corporis partem è ſepto protuliſſet referret gradum, pro recenſo putaretur ad omnia.

§. XIII. Incepta recenſio cùm intermitteretur interpellatione, vel exorto veſpero ſabbati, poſtmodum peragi potis erat.

§. XIV. Si de more quis recenſuiſſet ſingulos agnos è ſepto deinceps egreſſos, & decimum conſecraſſet, atque unus ex recenſo agnorum numero intra ſeptum ſeſe corripuiſſet ad eos, quorum nondum eſſet nec facta recenſio, nec conſecrata decuma, omninò decumis iſti ſoluti erant omnes; quippe quorum unuſquiſque dubitationem habebat eſſet, is, qui ſe corripuerat intrò, necne: cunctos verò recenſos decumis eſſe liberos ſupra docuimus.

§. XV. Ipſis autem è decumis unus cùm in ſeptum ſeſe corripuiſſet, quotquot erant paſcebantur uſque, dum vitiarentur, vitiatíque comedebantur.

TRAC-

TRACTATUS QUARTUS

DE

NOXIIS

Imprudenter admiſſis.

IN hoc diſputatur de præceptis quinque jubendo ſancitis, quæ hîc recenſere viſum eſt.

1. *Privatus homo, ſi per imprudentiam deliquerit, ſtatum ſacrificium piaculare facito.*

2. *Incertus culpam contraxerit, necne; interea dum certior fiat, atque ſtatum piaculare ſacrum faciat, hoſtiam pro delicto immolato: atque hoc eſt illud, quod vulgo ſacrificium pro delicto dubio ſuſtinendo dicitur.*

3. *Noxius certorum maleficiorum ſacrificium pro delicto facito; id quod ſacrificium pro delicto certo paſſim appellatur.*

4. *Commeritus certas quaſdam noxias ſacrificato dives quadrupedem, volucrem pauper, aut molam Ephæ decumâ definitam, quod genus vulgo nominatur ſacrum inæquabili varietate diſtinctum.*

5. *Senatus ſi de re graviori per errorem contra jus fáſque reſponderit, ſacrum piaculare facito.*

Habes ea præcepta quæ capitibus deinceps ſequentibus explicantur.

TRAC-

TRACTATUS QUARTUS DE NOXIIS Imprudenter admiſſis.

CAPUT PRIMUM.

Si quid per imprudentiam factum eſſet contra vetitum, cujus pœna eſſet exitium, id piaculari ſacro luendum: ſacrum piaculare aliud eſſe ſtatum, aliud inæquabili varietate diſtinctum. Statum piaculare ſacrum fieri de tribus & quadraginta maleficiis imprudenter admiſſis. Quibus tandem beſtiis fieret illud ſacrum piaculare?

§. I. QUI per imprudentiam, contra vetantium præceptorum aliquod, ejuſmodi quid effectum dederat, quod cum pœna ſanciretur exitio; is, oportebat, * ut ſacrum piaculare faceret: quod ejus erratum ut hoſtia piaculari lueretur, jubendo ſancitum erat.

§. II. Etenim cujuſcunque facinoris conſultò patrati pœna erat exitium, id imprudenter admiſſum hoſtia piaculari luendum erat. Excipiuntur hæc tria facinora, ſupremum numen maledictis violaſſe, prætermiſiſſe præputii circunciſionem, & victimæ paſchalis immolationem: circuncifio præputii videlicet & vi-

§. I. *Ut ſacrum piaculare faceret.* Sacerdos imprudentiam conſilio expiatam metu liberet. *Cic.* 2. de Legibus.

& victimæ paſchalis immolatio jubendo præcipiuntur: ſacrum autem piaculare non fiebat, niſi ſi per errorem erat aliquid commiſſum contra præceptum vetans, quia enim à Lege
Lev. 4. 13. dicitur, *Et fecerint unum ex omnibus illis, quæ ne fierent, à Deo ſancitum eſt.* Jam Deum qui verbis ſacrilegis læſerat, is nihil
Num. 15.29. effectum dederat: Lex autem cùm ita dicit, *Contra præceptionem aliquid facienti per errorem*, excludit impium in divinam majeſtatem maledictum, quod factum quidem certè nullum eſt. Si quis igitur vanum numen Deum ſuum agnoſſet, tametſi pœna iſti flagitio conſtituta erat exitium, tamen homo ſi ſciens ſcelus id in ſe ſuſcepiſſet, lapidibus percuteretur: ſin autem in ſe turpitudinem iſtam admiſiſſet imprudens, ſacrificio ſolutus erat, quòd nihil effectum reddidiſſet, & à Lege dica-
Lev. 4. 27. tur, *Facienti quidpiam.*

§. III. Omninò vetantia præcepta Legis, quæ quidem pœnam interminantur exitium, omnia, præter hæc tria, de quibus modò diſputavimus, vim habebant eam; ut ſi contra quodpiam eorum imprudens commiſiſſet unus aliquis, ſtatum ſacrificium piaculare facere cogeretur: excipitur & qui ſacra comediſſet immundus, quique immundus in templum auguſtum introiſſet: hi facerent ambo non ſtatum ſacrum piaculare; ſed id, quod erat * inæquabili varietate diſtinctum.

§. IV. Erat igitur ſtatum hoc ſacrum piaculare, quod beſtia quadrupede tantùm fiebat: illud autem ſacrum inæquabili varietate diſtinctum non erat ratum & fixum; ſed ab homine locuplete fiebat beſtiâ quadrupede; à paupere verò tum volucri, tum molâ, quæ partem * Æphæ decumam contineret, quemadmodum inferiùs ediſſeretur. Jam univerſa maleficia, quorum imprudenter admiſſorum causâ ſtatum ſacrum piaculare faceret unuſquiſque, inveniuntur eſſe iſta, quæ hîc ſubjiciuntur,

§. III. *Inæquabili varietate diſtinctum.* Hoc illud eſt ſacrum, quod vulgo dicitur קרבן עולה ויורד quod ad verbum eſt, *ſacrum aſcendens & deſcendens.*

§. IV. *Æphæ decumam.* Æpha, hebraica menſura aridorum, capiebat, ut teſtatur *Joſephus*, lib. 15. Antiq. medimnum Atticum. Noſter autem ſcriptor, tractatu de primitiis, cap. 6. ar. 15. hebraicam aridorum menſuram Omer, quæ erat Æphæ pars nona, dicit patuiſſe quoquoverſus digitos pollices ſeptem, duabus nonis partibus minus. *Aben Ezra* quidem in commentariis ſuis in *Leviticum*, ad verſum undecimum cap. 5. notat decuma Æphæ parte tantum farinæ contineri, quantum ſufficit ad tolerandum hominem in diem unum.

Avia

untur, tria & quadraginta numero: corpus miſcuiſſe cum matre, cum ſocru, cum avia materna, cum * avia paterna, cum filia, cum nepte è filia, cum nepte è filio, cum privigna, cum privignæ filia, cum privigni filia, cum ſorore germana, cum ſorore conſanguinea, cum amita, cum matertera, cum uxoris ſorore, cum noverca, cum uxore patrui, cum nuru, cum fratria, cum muliere viro nupta, cum muliere menſtruali, cum maſculo, *cum patre, cum patruo, cum beſtia; denique, mulier ſi pecudi ſuccubuiſſet: habes * viginti ſex vetita exitium interminantia, quæ ad inceſtos monſtroſóſque concubitus pertinent. Jam nunc reliqua decem & ſeptem quæ ad cætera pertinent flagitia, perſequemur. Idoli colendi cauſa quid effeciſſe, natum ſuum vivum comburendum dediſſe deteſtabili Molocho, facto divinum & ariolum egiſſe, Sabbatum profanaſſe, ad ſolemnem Expiationum diem cibum potúmque cepiſſe, ad ſolemnem Expiationum diem opus feciſſe, ſacrorum reliquias comediſſe, ad Paſcha panem fermentatum ediſſe, comediſſe adipem, comediſſe ſanguinem, comediſſe ſacrum poſtea, quàm evaſiſſet tetrum & abominandum, extra atrium jugulaſſe victimas: extra atrium ſacrificium feciſſe, oleum unctionis ſuum ad uſum paraſſe, ſuffimentum ſuum ad uſum condiviſſe, oleo unctionis aliquid contra fas unxiſſe: habes omninò tria & quadraginta maleficia, quæ cùm erant inſcienter admiſſa, ſtatum ſacrum piaculare fiebat. Sed qua tandem hoſtia ſacrum hoc piaculare faciendum, cùm horum unum inſcienter admiſſum erat? Nempe ſi vanum idolum inſciens coluiſſet aliquis, ab eo piaculare ſacrum anniculâ capra fieret, ſic, ut expreſsè præſcribitur in eo Legis capite, quod inſcribitur, *Mitte* Num. 13.
tibi: jam nihil differebat inter hominem privatum, & regem, ponti-

Avia paterna. Hic in duobus exemplaribus Venetis, quæ mihi ſunt præ manu, quorum alterum anno 1524. alterum editum eſt anno 1574. legitur הבא על אם אביה: quæ, ſi lectio vera ſit, reddatur, *cum avi materni matre:* ego verò ſubeſſe mendum puto, & loco אם אביה legendum אם אביו cujus ſententia, *cum avia paterna.*

Cum patre, cum patruo. In exemplari Veneto anni 1574. ineptè repetitur הבא על אשת אביו הבא על אשת אחי אביו *cum noverca, cum uxore patrui:* at in editione Veneta anni 1524. extat הבא על אביו הבא על אחי אביו *cum patre, cum patruo.*

Viginti ſex. Apud editionem Venetam 1574. nota numeralis mendoſa eſt, כג 23. loco כו 26.

pontificem, * ſacerdotémq; fecialem in iſto peccati genere: omninò in errore cultus extranei erant omnes inter ſe pares. De cæteris autem quadraginta duobus maleficiis imprudenter admiſſis, homo privatus capram vel ovem immolabat: nam hac hoſtia facere piaculare ſacrum unus de multis homo jubetur hoc

Lev. 4. 28. Legis capite, cujus eſt initium, *Et vocavit:* jam ob eorum aliquid inſcienter admiſſum à rege, ſacrum piaculare caprâ fiebat: & à ſacerdote unctione olei conſecrato fiebat ſacrum piaculare juvenco, qui comburebatur, ſicut eodem capite Legis explicatur.

§. V. Nihil intererat, utrùm unus aliquis, an multi quid horum imprudenter admiſerint: id enim ſignificat verſus iſte,

Num. 15. 19. *Lex eadem eſto vobis contra fas aliquid facientibus per errorem.* Exempli causâ ponamus oppidi cujuſdam incolas falsò credidiſſe diem eſſe profanum, qui erat Expiationum, omnes adeo ſumſiſſe cibaria, opus illo die feciſſe, facerent ſinguli piacula bina oportuiſſet ovibus vel capris. Item civitas univerſa ſi vano numini per imprudentiam odores incendiſſet, ſinguli numinis illius alieni cultores ſacrum piaculare caprâ facerent anniculâ.

CAPUT SECUNDUM.

Sacro piaculari lui eam demum imprudentiam, qua nihil audaciæ conjunctum eſſet. Maleficii imprudenter admiſſi genus niſi reſciſceretur non lui ſacro piaculari: Nec ignorationem Legis quidem obſtare, quominus flagitium imprudenter commiſſum & deinde reſcitum ſacro piaculari lueretur. Si quis aliud agens peccaſſet in rebus venereis, eum ſacro piaculari aſtringi: non item ſi quis aliud agens feciſſet contra ea, quæ ſunt in ſabbatum ſancita. Imperato faciendo ſi quid per imprudentiam peccaretur, nihil opus eſſe ſacro piaculari.

§. I. NON erat, quòd flagitium imprudenter admiſſum quiſquam hoſtia piaculari lueret, niſi idem hoc ab principio uſque ad finem feciſſet imprudens. nam ſi quis initium

Sacerdotémque fecialem. De ſacerdote feciali, qui Hebræis *Sacerdos unctus in bellum* dicitur, diligenter à nobis diſputatum in ſecundo tractatu libri de cultu divino ad §. 7. capitis 1.

§. I. *Tranſ-*

um facinoris inſciens, ſciénſque finem feciſſet; contráque facinus incepiſſet ſciens, inſciens finiviſſet, ſolutus erat ſacro piaculari. Exempli gratia ponatur iſtuc, fuiſſe, qui ſabbato quid in locum alium ex alio * tranſportaſſet, ſi idem hoc ſuſtuliſſet ex alio loco prudens, imprudens in alio depoſuiſſet: contráve imprudens ex alio ſuſtuliſſet, repoſuiſſet in alio prudens, ſolutus eſſet ſacro piaculari uſque dum idem & ſuſtuliſſet, & repoſuiſſet imprudens. Quæ eadem ratio patet ad quamcunque rem hujus ſimilem.

§. II. Si quis maleficium admiſiſſet, quod quidem fieri vetitum eſſe ſciret: neſciret autem pœnam ejus eſſe exitium, hoc erratum erat ejuſmodi, quod hoſtia piaculari lueretur: qui ſi noſſet etiam pœnam ejus eſſe exitium, at hoc ignoraret, ſacro piandum eſſet, necne; audacia fuiſſet iſta quidem: nam inſcitia ſacrificii nihil loci habet in eo maleficiorum genere, quorum pœna eſt exitium.

§. III. Quicunque non noverat quid tandem erat à ſe peccatum, tametſi ſatis ſciebat ſe feciſſe contra vetitum, cujus pœna eſſet exitium, is ſacro piaculari ſolutus erat: his enim Legis verbis, *Quod peccaverit*, hæc eſt ſubjecta vis, ut homini compertum ſit quo in genere peccarit: exemplo res illuſtretur. Si quis ex adipe, reliquiiſque ſacrorum appoſitis alterum comediſſet, & ignoraret utrum: Si quis cùm domi menſtrualem uxorem haberet, & ſororem, cum earum altera concubuiſſet imprudens, & cum utra neſciret: Si quis cùm ſabbatum & dies ſolemnis Expiationum deinceps agitarentur, eorum altero feciſſet opus, & neſciret utro, omninò iſte ſacro piaculari ſolutus erat. Lev. 4. 23.

§. IV. Si quis imprudens peccaſſet, peccatúmque reſciſſet, tum idem effugiſſet, ſacrum piaculare nomine admiſſi illius indefiniti faceret: quod ſacrum ſic comedebatur, tanquam cunctæ hoſtiæ pro peccato comedendæ.

§. V. Cùm maleficii per imprudentiam admiſſi nomen definitum, indefinita res erat, ſacro piaculari lueretur, oportebat. Ut ſi quis cum una ex duabus mulieribus menſtrualibus rem habu-

§. I. *Tranſportaſſet.* Vide notam à nobis appoſitam in tractatu de ſacrificio paſchali ad ar. 19. primi capitis.

§. V. *Ex-*

habuerit imprudens, neſciat verò cum utra.: ſi cum una ex duabus ſororibus, & cum utra ignoret; utique ſacrum piaculare conficeret oportebat, quandoquidem commiſſi maleficii genus noverat. hoc enim idem fuiſſet, ac ſi quis ex duabus lucernis ardentibus * extinxiſſet alteram, ac neſciret utram; aut adipis patinæ duæ cùm adeſſent, comediſſet aliquid ex earum altera, neſciret autem ex utra, quod hoſtia piaculari luendum erat: item & quidvis hujus aſſimile.

§. VI. Quemcunque imprudenter admiſſam à ſe noxiam ſtata hoſtia piaculari luere jus erat, is ſi noxiam admiſiſſet imprudens, & ſuum poſthac maleficium reſciſceret, quamvis flagitium iſtuc eſſe nequaquam ante noviſſet, tamen ſacrum piaculare faceret neceſſe erat. Exemplum reĩ adjungatur: Si puer Iſraelitæ ſatu editus ab ethnicis captus eſſet & educatus ſic, ut, quinam Iſraelitæ, & quænam eſſet eorum religio, prorſus ignoraret, is adeo opus ſabbato faceret, adipem comederet, ac ſanguinem, & alia id genus facinora patraret, tum reſciſſet ſe natum Iſraelitam ab his univerſis deterreri divinæ Legis edictis; ſuâ quodque flagitium hoſtiâ piaculari lueret, oportebat. Quæ eadem ratio patet ad omnia hujus ſimilia.

§. VII. Si quis in interdictis concubitibus, cibíſque peccaſſet aliud agens, piaculari ſacro aſtringeretur: non aſtringeretur autem ſi quis in ratione ſabbati peccaſſet itidem. Ut ſi quis animi causâ mulierem amplexus iniiſſet, cùm animum neutiquam ad rem veneream intenderet, & reperiretur homini iſtâ muliere Lege interdictum eſſe: ſi quis ratus ſalivam eſſe, quod in ore haberet, deglutiſſet, cùm omninò nullius cibi ſumendi cogitatio verſaretur in animo, atque inveniretur adeps eſſe; id verò hoſtia piaculari luendum erat: ſi quis autem ſabbato rem antehac evulſam humo tollere cum vellet, * aliquam adhuc terra

§. V. *Extinxiſſet alteram.* Sabbato videlicet, quod factu nefas, ſicut alio loco demonſtratum eſt.

§. VII. *Aliquam adhuc terrâ radicibus hærentem*, &c. Quod radicibus terra hærebat id ſabbato ne velleretur Lege interdictum eſſe, vel ex eo patet, quòd *Chriſtus* Dominus, apud *Matthæum* 12. Apoſtolos, qui ſpicis evellendis ſabbatum profanare arguebantur à Phariſæis, ſic excuſat, ut famem illis bonam & æquam fuiſſe cauſam faciendi contra id, quod de ſabbato Lege ſancitum eſt, hinc efficiat, quod eadem & *Davidi* juſta cauſa fuerit negligendi quod de panibus in menſa divina appoſitis Lege cautum erat. Exceptiones enim dari: ſacerdotes quoque ſabbatum in templo profanare, nihilo tamen minus inſontes eſſe.

§. X. *Ad*

terrâ radicibus hærentem reſecuiſſet imprudens, ignarúſque reſectionis, ſacro piaculari ſolutus eſſet. Nimirum hoc unum Lege ſancitum eſt, ne quod opus cogitatò fiat ſabbato, quemadmodum alio loco demonſtravimus.

§. VIII. Quicunque officii munere obeundo eam admiſiſſet imprudens noxiam, cui pœna conſtituta ſit exitium, ſolutus eſſet ſacro piaculari propterea, quòd rem ipſam ex præſcripto feciſſet. Ut ſi quis poſtea, quàm germanus ſuus mortuus erat nullis relictis liberis, cum fratria domum deducta, illa videlicet menſtruali ſe conjunxiſſet, neſcius mulierem eſſe ſic affectam, is ſacro piaculari ſolutus eſſet, quippe qui juſſus id rei feciſſet: ſi quis autem cum uxore ſua rem habuiſſet menſtruali, ſacrum piaculare faceret, oportebat, ideo; quòd debuiſſet eam, ut eſſet, rogare priùs, quàm amplecteretur: at verò cum fratria modò domum ducta homini non erat ejuſmodi conſuetudo, ut tali de re mulierem interrogaret. Item ſi cui eſſent circuncidendi pueri duo, unus ſabbato, alter pridie aut poſtridie ejus diei, is oblivione ſtati temporis circuncidiſſet ambos ſabbato, ſacro piaculari ſolutus erat. hic enim & Lege cogebatur, ut eorum alterum ſabbato circuncideret, atque ſabbatum elevaret, & pietatis officia fecerat: quæ quòd res eſſent duæ, quarum alteri tempus ſuum incideret in diem profeſtum, id verò nihil movebat. Qui ſi, cùm neuter iſtorum eſſet idoneus, qui ſabbato circunciderctur, per oblivionem præſtituti temporis puerum inhabilem ſabbato circuncidiſſet, ſacrum piaculare faceret, neceſſe erat.

§. IX. Artifici ad circuncidendum aliquem ſub veſperum ſabbati aggreſſuro ſi prædiceretur non ſupereſſe diei ſatis ad circunciſionem peragendam, inchoatam non iri confectum niſi poſt exitum ſabbati, atque adeo futurum, ut homo vulneretur ſabbato, nec officii munus efficiatur, ad hoc ille, at ego ſum exercitatus artifex, & gnavus, velociter rem expediam, ille verò ſi poſt exactum ſabbatum denique circunciſionem abſolviſſet, ſacrum piaculare faceret, quippe qui commonitus erat.

§. X. Si quis primo umbraculorum die adeo ſolemni, qui in ſabbatum inciderat, ramum è palma illum, quo uteretur * ad officium faciendum, ſuis ex ædibus ut fit, in ſynagogam de-

§. X. *Ad officium.* In ferias umbraculorum præſcriptum, *Lev.* 23. 40.

deportaſſet, & eundem * portaſſet imprudens per locum publicum ad ſpatium quatuor cubitorum, is ſacro piaculari eò ſolutus eſſet, quòd ramum illum tranſportari jus erat. Et ſi quis ad diem quartum & decimum menſis Niſan in ſabbatum incidentem jugulaſſet pecudem nomine victimæ paſchalis, tum deinde reſciviſcet illam victimam minime paſchalem eſſe, quòd futuri ejus epulones inde ſe * ſubduxiſſent, quòd vitâ privati, quòd inquinamento temerati ante jugulationem pecudis eſſent, quòd poſtmodum pecus inveniretur affecta lethaliter in partibus corporis penitus abditis, viſcera verbi causâ, pulmonémve perforatum habere; ſacro piaculari homo liber eſſet, quippe qui pecudem jure jugulaſſet. Quæ ſi pecus inveniretur eſſe vitio correpta, vel lethaliter affecta extrinſecus, idem hic ſacro piaculari aſtringebatur: inſpexiſſet pecudem priùs, quàm jugularet. Quæ eadem ratio patet ad omnia hujus ſimilia.

§. XI. Si quis ad ſabbatum victimam paſchalem alieno nomine jugulaſſet per imprudentiam, ſacro piaculari liber eſſet ideo, quòd victima legitima foret: nimirum mutaſſe nomen imprudenter pro nihilo ducebatur, quemadmodum diſputatione de ſacris temeratis docuimus.

§. XII. Si quis nomine victimæ paſchalis per errorem jugulaſſet aliud victimæ genus, videndum erat: ſi fuiſſet illud alterum victimæ genus aptum ad paſchale ſacrum, ſacro piaculari ſolutus eſſet; quia enim illa jugulatio permiſſa fuerat: ſin minùs, hic idem feciſſe videretur, ac qui nomine victimæ paſchalis mactaſſet pecudem feminam, aut bimam, atque ſacro piaculari aſtringeretur, ſiquidem genus victimæ jugulatum ad ſacrum

Portaſſet imprudens per locum,&c. Portare quid è loco alio in alium unum eſt ex generibus operum: (nempe quæ opera ne ſabbato fierent, interdictum eſt, illa univerſa diſtinguuntur in genera, & partes generibus ſubjectas. אבות ותולדות) Hoc enim, & quidcunque noſtri pro lege prima habent, ex Sina profectum à *Moſe* proditum eſt: Sed eſt in codice ſacro *Exo.* c. 36. v. 6. *Neve vir, neve femina plus operis faciunto in munus ſanctuarii, & deterritus eſt populus, ne porro quidquam ferret:* ubi videre licet, proferre quid, opus appellari. Jam id noſtris etiam doctrinâ traditum eſt, in loco publico quid tranſmovere quatuor cubitos totos, perinde eſſe, ut ſi quid ex uno loco transferatur in alium; hujus adeo commiſſi pœnam eſſe. Hæc diſputantur à *Majemonide*, tractatu de ſabbato, cap. 12. §. 8. Hæc item in tractatu Talmudico, qui eſt de ſabbato, initio capitis undecimi.

Subduxiſſent. Quia enim victimæ paſchalis, quoad cæderetur, conſortionem inire, ac diſſolvere licebat ſic, ut ante demonſtratum eſt.

§. II. *Ob-*

ſacrum paſchale non erat idoneum. Et ſi quis ſabbato victimam paſchalem per errorem jugulaſſet iis, qui non habiles ad hanc comedendam, qui non participes ejus erant recenſi, quibus aut præputium exiſteret, aut corporis inquinamentum, ſacro piaculari aſtringeretur. nam ſi quis victimam paſchalem ſabbato jugulaſſet iis, quorum partim habiles ad eam comedendam, partim inhabiles eſſent, partim deſignati participes ejus, partim non deſignati, partim recutiti, partim non recutiti, eſſet ſanè ſolutus ſacro piaculari, quoniam ipſa victima paſchalis legitima eſſet. Atque ſic ſe habebant omnia horum ſimilia.

§. XIII. Si quis ad ſabbatum publicam hoſtiam jugulaſſet alieno nomine, hic aſtringeretur ſacro piaculari, & exta illius hoſtiæ publicæ ad veſperum adolerentur. Item ſi quis præter victimas præfinitas ſabbato aliam jugulaſſet inſuper, propter additam illam victimam ſacro piaculari aſtringeretur.

§. XIV. Si quis per errorem mactaſſet ſabbato privatas hoſtias, quarum ratio non erat ea, quæ ſabbatum elevaret, aſtringeretur ille quidem ſacro piaculari; ſed hoſtiarum è carne licebat utilitatem capere. Jam harum ſanguis altari non erat aſpergendus: quanquam ſi ſanguinem ſuo nomine contra fas inſperſiſſet ſive per imprudentiam, ſeu per audaciam, valerent ad expediendos debito dominos hoſtiæ, quarum exta veſperi deinceps adolerentur, caro comederetur: atqui mactator ad impetrandam errati ſui veniam ſacrum piaculare faceret.

§. XV. Victimæ publicæ cùm adeſſent duæ, quarum una macra, pinguis altera foret, ratióque diei ſacrum omninò poſtularet unicum, ſive illud piaculare, ſive ſolidum, tum ſi per errorem aliquis victimas jugulaſſet ambas, res ita ſe habebat: ſi victima macra fuerat cæſa priùs, quàm pinguis, hominem ſacro piaculari ſolveremus: hoc plus faceremus, auctores illi eſſemus, ut victimam pinguem, ſi res adhuc eſſet in integro, adduceret, atque cæderet: ſin autem victima pinguis mactata primùm eſſet, & deinde macra, quoniam iſta poſterior erat prorſus ſupervacanea, ſacro piaculari mactator aſtringeretur. Atenim victima pinguis, quæ fuit cæſa prior, illa cùm inveniretur in viſceribus affecta lethaliter, idem hic, tametſi victimam priorem eſſe lethaliter affectam ignorabat tum, cùm macram

inſuper cæderet, nec hoc conſilium intenderat; nihilo minus tamen piaculari ſacro ſolutus erat ea re, quia victima poſterior ex præſcripto cæſa reperiretur. Haud abſimiliter, ſi quis per errorem in mare ſabbato rete jeciſſet, quî piſces caperet, cepiſſétque puerum cum piſcibus ſimul, ille, ſive prius audiſſet puerum mari ſubmerſum eſſe, ſive hac de re nihil ante cognoviſſet, quando puerum nactus erat, etſi nihil aliud, quàm piſcari propoſuerat animo, nihilo ſecius ſolutus ſacro piaculari erat, propterea, quòd rem imprudens egerat: atque ſic ſe habebant omnia horum ſimilia.

§. XVI. Ad noctem Paſchæ in menſa cùm eſſet appoſitum & ex agno paſchali toſtum quid, & aliquid è ſacris reliquum, tum ſi quiſpiam apud animum ſtatuiſſet illud à Lege præſcriptum comedere toſtum, idemq; per errorem comediſſet id, quod è ſacris relictum erat, ſacro piaculari aſtringeretur ideo, quòd hoc edendo nullum religionis officium feciſſet. Atque ſic ſe habebant alia id genus omnia.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

Qui teſtibus convictus maleficium inficiaretur, eum ſacro piaculari ſolutum eſſe. Qui maleficii teſtes aut teſtem non refelleret, eum quamvis ſilentem haberi confitentem reum ſacróque piaculari aſtringi. Conſtitutum ſemel uni delicto luendo piaculum non eſſe idoneum, quo lueretur alterum. Si hoſtia piacularis una pro duobus peccatis ferretur, quid facto opus eſſet? Quid ſi hoſtiæ piaculares duæ pro uno peccato? Apoſtatam haberi Judæum non modò qui defeciſſet ad idololatriam, ſed etiam qui ſabbatum palàm profanare conſueſſet, & ab his omninò ſacrificium accipi nullum: immò & cuicunque flagitio addictum, & ab iſto niſi rediret in viam, ſuper hoc ipſo flagitio ſacrificium non recipi. Animantes vivas ſacris idoneas rejici nunquam. Solemni die Expiationum agendo hominem liberari piaculis alioqui faciendis ob incerta delicta. Nec diem Expiationum, nec cætera piacula cuiquam niſi vim eorum credenti prodeſſe.

§. I. SI maleficium ejuſmodi, quod ſtato ſacro piaculari aſtringeret, ab aliquo commiſſum quidam teſtificarentur, atque ita teſtificarentur, ſe ſuis illum monitis non deterruiſſe ſcilicet, at opus ſabbato facientem vidiſſe, vel adipe veſcentem: ille contrà, certò ſcire ſe nihil tale commiſiſſe, ſacro piaculari non aſtrictus eſſet. hic enim ſi ita diceret ſe maleficium illud de induſtria commiſiſſe, piaculari ſacro ſanè ſolutus eſſet: cùm autem id cibi vetiti comediſſe ſe negaret, aut hoc maleficii commiſiſſe, idem faceret, ac ſi pugnaret ſe hoc aut illud admiſiſſe non imprudenter; ſed de induſtria: ita ſacro liber nullam mendacii maculam teſtibus inureret.

§. II. Qui ſi teſtes non refutaſſet; ſed tacuiſſet; immò verò ſi mulierem audiſſet cùm diceret aut adipem ab ipſo comeſum, aut opus ſabbato factum, & * obticuiſſet, ſacro piaculari aſtringeretur: & teſtis unus, ſi de appoſito adipe certiorem feciſſet hominem,

§. II. *Obticuiſſet.* Secundum hanc videlicet, juris Hebraici præſcriptionem, | שתיקה כהודאה דמיא Taciturnitas confeſſionem imitatur.

hominem, hic ſiluiſſet, tum deinde comediſſet adipem imprudens, ſacrum piaculare faceret, oportebat: qui ſi teſtis eum etiam monuiſſet, ut ab adipe caveret, verberibus multaretur, ut omninò fides hîc unius firmaretur teſtimonio.

§. III. Atque diſputatione de ſacris temeratis jam hoc eſt à nobis expoſitum non eſſe conceſſum, ut, ſi quis certam quandam beſtiam ritè deſtinaſſet in hoſtiam piacularem, qua lueretur nefaſtus adipis uſus, hac eadem poſtea lueret aut ſabbati violationem, aut eſum ſanguinis. Præterea autem auctoribus magiſtris noſtris non erat licitum, ut ſemel conſtitutum adipi heri comeſæ piaculum porro pro comeſa hodie adipe fieret. ſi factum eſſet, expiatio nulla fuerat. nam id ne dici quidem opus eſt, ſi nuncupata piacularis hoſtia patris morte rediſſet ad filium eodem peccato obſtrictum, illi non eſſe in manu, ut hac ad luendum peccatum ſuum uteretur: ſed jam id loco ſupra commemorato diſputatum eſt.

§. IV. Si quis hoſtiam piacularem unam pro duobus obtuliſſet peccatis, ea relegaretur ad paſtum donec vitium concepiſſet, poſt deinde venum iret, ac dimidio pretii piaculum unum, & item alterum dimidio pretii compararetur. Similiter ſi piacularem hoſtiam unam pro duobus peccatis obtuliſſent duo conjunctim homines, hæc ad paſtum relegaretur uſque, dum vitium concepiſſet, tum væniret, & ſuum ſibi piaculum uterque dimidiato pretio compararet.

§. V. Si quis pro uno & eodem peccato hoſtias piaculares tuliſſet duas, utrâ vellet earum piaculum faceret, & altera relegaretur ad paſtum eò uſque, dum vitiaretur, deinde pretium ejus in * holocauſtum voluntarium impenderetur.

§. VI. Si quis duas pro duobus peccatis hoſtias piaculares indefinitè conſecraſſet, earum una nomine unius peccati, & nomine alterius altera jugularetur, oportebat.

§. VII. Atqui tractatu de ratione ſacrificiorum faciendorum hoc à nobis jam dictum eſt, ſi quis Iſraelitarum aut à puro Dei cultu defeciſſet ad idololatriam, aut ſabbatum palàm profanum habuiſſet, ab eo ſacrificium prorſus accipi nullum: ab eo

§. V. *Holocauſtum voluntarium.* Eſt in textu ויפלו דמיה לנדבה de qua loquendi ratione vide quæ diximus in ſuperiori libro de cultu divino, tractatu 7. ad §. 1. capitis quarti.

§. VII. A-

eo autem Iſraelita qui ſeſe cuivis reliquorum flagitiorum addixiſſet, omninò ſuper hoc ipſo flagitio non accipi ſacrificium. Fuerit aliquis, exempli causâ, qui conſueſſet adipe veſci, tum idem hic adipem comediſſet imprudens, indéque ſacrificium tuliſſet, id non reciperetur, niſi ſi in viam rediret homo: vel qui nimia voluptatis aviditate conſueſſet adipe veſci, tum adipe forte cum pinguedine commutato veſceretur, atque ſacrum ferret, non reciperetur: ita res erat, ubi quis adipe veſcebatur prudens & ſciens, ſive veſana libidine voluptatis, ſeu pravo & perverſo offendendi Dei animo, *apoſtatæ loco habebatur. Si quis autem adipe veſci ſolitus ſanguinem comediſſet imprudens, ab eo ſacrum hac de culpa recipiebatur ſic, ut alio loco commemoravimus.

§. VIII. Si quis ad erratum ſuum luendum piacularem hoſtiam deſtinaſſet, tum evaſiſſet apoſtata, atque reſipiſſet; aut in inſaniam incidiſſet, ac rediſſet ad ſanitatem, hîc hoſtia licet ad tempus evaſiſſet ſacris aliena, rurſus idonea fieret tamen; quia enim vivæ animantes rejiciebantur nunquam ſic, ut diſputatione de ſacris temeratis tradidimus: hæc igitur ipſa ſacrificabatur hoſtia. ſicut enim hoſtia ſi vitium temporale concepiſſet, cùm ſana deinceps & integra evaſiſſet, denuo ad divinæ rei rationem rectè habebat, ita cùm ſacrificium facturus evaſiſſet ipſemet ſacris alienus, ac rurſus idoneus, prima victima ritè ſacrificaretur.

§. IX. Quicunque fuerant aſtricti ſacris piacularibus ob peccata, certáque delicta, ſi ſolemnem Expiationum diem ritè tranſegiſſent, nihilo ſecius poſthac ea ſacra conficerent, oportebat: actus autem ſolemnis Expiationum dies liberaret eos, qui fuerant aſtricti ſacris piacularibus ob incerta delicta. hic enim Legis verſus, ***Ab omnibus peccatis veſtris coram Domino purificabimini***, ſignificat (ſic enim traditione accepimus) illa peccata, Lev. 16: 30.

quæ

§. VII. *Apoſtatæ loco habebatur.* מומר. Is in tractatu Talmudico הוריות de conſilii decretis & reſponſis, fol. 11. pag. 1. ſic definitur. Apoſtata eſt qui adipe, qui morticinio, qui beſtiis lethaliter affectis, qui immundis animantibus, & humi ſerpentibus veſcitur, qui potat vinum idolo libatum, & is etiam, ſicut R. *Judæ* placet, qui bigenerem, lana videlicet linóque textam veſtem veſtitur. Porro ceremoniarum Judaicarum deſertor alio nomine vocatur משומד. ſed de his jam ſatis, & pluribus fortaſſis aliàs.

§. I. *Si*

quæ nemini, præter Deum, cognita fuerant, ſolemni Expiationum die cuncta tolli. Quare ſi quis ad ſolemnem Expiationum diem etiam ſub veſperum dubium quoddam delictum in ſe admiſiſſet, ſolutus eſſet illo ſacro piaculari, quod alioqui dubio pro delicto fieri jus erat, quippe quod dies ille totus peccata lueret. Unde ſatis intelligitur ob delictum illud, quod quis ad ſolemnem Expiationum diem admiſiſſet, nec tunc ipſum reſciſſet, conſtitutum incerto delicto ſacrum piaculare deinde non eſſe faciendum, niſi ſi ſolemnis Expiationum dies hominis admiſſa non expiaſſet: quod quî fieret, jam nunc explicabitur.

§. X. Solemni Expiationum die, & illâ duplici hoſtiâ piaculari illorum demum luebantur errata, qui redeuntes in viam habebant fidem admiſſa ſua his rationibus expiatum iri: ubi verò hoc non credebatur, expiabatur nihil. Si quis igitur alterutram hoſtiam piacularem ferret, idemque diceret aut ſentiret horum piaculorum vim eſſe nullam, quamvis ſacrum ritè factum eſſet, hoc illi refractario nihil conduxiſſet: ut ſi perverſæ opinionis ſuæ hominem poſtea pœniteret, neceſſe eſſet, ut ſuum illud peccatum aut delictum altera hoſtia piaculari lueret. Similiter ſi quis de ſolemni Expiationum die ſecus ſentiret, hoc illius admiſſa neutiquam expiarentur. Quare qui dubio de delicto obſtringebatur piaculo, is ſi ſolemnem Expiationum diem aſpernatus egiſſet, nullam eo veniam impetraſſet, ſic; ut ſi poſt ſolemnem Expiationum diem tandem aliquando reſipiſceret, oporteret, ut univerſa illa, quibus antea ob incerta delicta aſtrictus erat, piacularia faceret.

§. XI. Quæcunque hoſtiæ pro delicto Lege ſanciuntur, hæ, niſi ſacrificarentur, expiationem impediebant omnes, præter hoſtiam pro delicto *Nazaræi*. Jam *Nazaræus* anceps, & homo de dubio piaculi indigens, porro & homo incertâ quadam amentiâ correptus, hi, poſt ſolemnem Expiationum diem etiam ſua ſacra piacularia facerent omnes.

§. XII. Aſtrictus alterutra hoſtia piaculari cùm traheretur à judicio ad ſupplicium, hæc tenebatur ratio: ſi victima illius eſſet jam cæſa, ſupplicium differebatur interea dum altari victimæ ſanguis inſpergebatur: ſin autem nondum eſſet cæſa victima, non interponebatur ſupplicii mora dum ſacrum illud fieret.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

Qui per errorem unum multa & varia ſcelera commiſerat, eum totidem alligari piacularibus ſacris. Immò ſi cujus unum factum bene multorum flagitiorum nominibus eſſet nobilitatum, hunc ob unum quodque flagitii nomen piaculari ſacro aſtringi.

§. I. CUM flagitia multa per eundem errorem admiſerat aliquis, propter ſingula ſingulis ſacris piacularibus aſtringeretur, ſic; ut ſi quis univerſa illa, quæ nos ante recenſuimus, quadraginta tria flagitia per unum & eundem errorem feciſſet, is tribus & quadraginta piacularibus ſacris aſtringeretur. Et ſi cujus unum ſolum factum multis & variis notis ac nominibus eſſet ad fraudem & turpitudinem inſigne, ob unum quodque nomen piaculari ſacro aſtringeretur. Sic enim erat, * ſi multa peccata concurrerent, ſi præcipuum ineſſet nefas, quo

§. I. *Si multa peccata concurrerent, ſi præcipuum ineſſet nefas,* &c. Hanc traditionem primùm, ſi rectè memini, noſter hic ſcriptor tractatu de concubitibus interdictis poſuit ad §. 8. capitis 17. Univerſam, inquit, rationem quandam ſanè magnam obtinebant ea, quæ Lege interdicuntur omnia. Non cumulabatur vetito vetitum, niſi ſi vetitorúm genera duo ſimul congruerent, aut id, quod ſecundum locum obtinuerat, præcipuam religionem ſuperiori majorem haberet, aut communem officii vim concluderet. Hoc adeo placitum apud Miſnam, hoc apud Gemaram, hoc apud explanatores utriuſque, R. *Salomonem*, eum, qui *Jarchi* uſurpatur, R. *Obadiam* Bartenurâ, *Majemonidem* noſtrum decantatum eſt. Hoc idem à ſcriptore noſtro per totum Secundæ Legis opus inculcatur. Ab eodem ut hic, ſic & alibi multa & varia ferè adjunguntur exempla, quo faciliùs intelligatur iſta doctrina ſic ſatis obſcura: in his rem maximè illuſtrant ea, quæ diſputatione de cibis interdictis ad duos poſtremos articulos capitis 14. appoſita ſunt in hunc modum. Nam ſi quanta eſt olivæ magnitudo, tantùm adipis ex re divina præter tempus relicta inquinamento temeratus ediſſet ad ſolemnem Expiationum diem, verberibus cæderetur ſemel, quòd ediſſet adipem, & iterum, quòd rem ſacram præter tempus legitimum relictam ediſſet, & quòd cibum ſumſiſſet ad ſolemnem Expiationum diem, verberibus cæderetur tertiò, quartò verberaretur, quod ſacrum comediſſet inquinatus, & quintò, quòd rem divinam ſuum ad uſum transferens ſacrilegium admiſiſſet.

§. *Hic enim vetitum vetito cumularetur.* Nimirum à primo nefas erat comedere pecudis adipem, ad alium uſum adhibere fas erat: poſtea verò, quàm erat Deo ſacrata pecus, ejus adipe prorſus nullam ad rem humanam uti licuit: ex hoc autem, quòd nec ullum inde commodum percipere liceret, conſequens erat illud, ut nova religione ſacrorum obligaretur: adhuc adeps iſte legitimus erat ſi non humanæ, at certè rei divinæ: cùm verò præter tempus à Lege præſtitutum relictus eſſet, etiam à re divina prohiberetur, & hoc adeo nomine de novo homini fieret illicitus. Erat etiam tum conceſſum, ut ejus ſacratæ beſtiæ carne veſceretur idem homo, cui ne veſceretur adipe interdictum erat: ſed enim cùm eſſet temeratus, & carne beſtiæ prohiberetur; igitur & adeps hoc ei nomine interdiceretur inſuper: poſtremò ſolemnis Expiationum dies omninò cibaria omnia reddiderat illicita: cùm igitur homini cibus etiam profanus illicitus evaſiſſet, evaſerat ille quoque hoc nomine inconceſſus adeps. Idem eſt dicendum & de cæteris horum ſimilibus.

quo certi quidam, aut etiam univerſi homines prohiberentur. Exemplum hujus generis nobis poſitum ſit hujuſmodi. Beſtiam altari ſacram extra atrium ſabbato mactarit aliquis venerandi ſutilis idoli gratia, tribus ſacris piacularibus aſtringeretur, quòd beſtiam ſacratam extra locum illum auguſtum mactarit, quòd ſabbatum pro profano habuerit, quòd vanum ac ſutile numen adorarit: hæc enim tria maleficia concurrerent: nempe cùm homo ſic in animum induxerat ſuum, numen hoc adulterinum à ſe peracta jugulatione beſtiæ demum honoratum iri: qui ſi non erat animi ſenſus, victima ſtatim, ac tantillum juguli cæſum erat in cultum vani numinis, ſceleraretur: quòd autem eadem jugularetur extra locum illum auguſtum, pœna non erat, donec ei partes hæ duæ, gula, & aſpera arteria præciderentur ambæ aut ex toto, aut ex majori parte: ita reperiretur in extrema jugulatione cædi beſtiam ſacris alienam: atqui tali de victima extra ſacrarium cæsâ pœnam eſſe nullam alio loco nobis dictum eſt. Porro ſi piacularis hoſtiæ volucris aſpera arteria fuiſſet inciſa ex dimidia parte, tum paulum modò inciſionem ampliaret aliquis venerandi vani numinis gratiâ, idque ſabbato, tribus iſte ſacris piacularibus aſtringeretur: nimirum hîc tria maleficia concurrerent. Et ſi quis opus feciſſet ad ſolemnem Expiationum diem in ſabbatum incidentem, duobus ſacris piacularibus aſtringeretur, ea re; quia duo maleficia hîc concurrerent. Si quis cum uxore fratris etiam dum vivi cubuerit, eâque menſtruali, tribus ſacris piacularibus aſtringeretur, propterea quòd & cum muliere viro nupta, & cum fratria adeo ſe conjunxiſſet: atque iſta quidem duo flagitia concurrerent: accedebat eò, quòd & cum muliere menſtruali concubuiſſet; ea verò præcipua religio erat: etenim interdictione mulieris ſic affectæ cùm teneretur conjux, hac eadem & levir hic implicaretur. Atque eadem ratio ſervabatur in omnibus horum ſimilibus. Jam ſi cum patre quis corpus miſcuerit, is ſacris piacularibus aſtringeretur
Lev. 18. 7. duobus, uno propter hoc Legis edictum, *Pudenda patris tui*
Ibid. v. 22. .... *ne retegito*; & altero ob edictum Legis illud, *Cum maſculo ne concumbito.* Et cum patruo qui coierit, item piaculari-
Ibid. v. 14. bus ſacris aſtringeretur duobus; quia enim à Lege dicitur, *Pudenda patrui tui ne detegito.* Jam maſculo ſi quis incubuerit,

idemque

idemque ſuccubuerit per errorem unum, hîc ut flagitium in corporibus admitteretur duobus, tamen non plus uno piaculo requireretur, eam ob rem, quòd in Legis illo verſu, *Cum maſculo ne concumbito*, incubo, ſuccubóque ponitur verbum idem. Similiter & pecudi ſi quis incubuerit, & idem ſuccubuerit per eundem errorem, omninò piaculari ſacro aſtringeretur unico: voluerunt enim incumbere & ſuccumbere tam in homine mari, quàm in pecude pro uno concubitu duci.

§. II. Atquì fieri poterat, ut ob unicum concubitum interdictum quis aſtringeretur piacularibus ſacris octo. Fuerit exempli causâ nata *Jacobo* è *Zelphâ* puella nomine *Tamna:* tum ex hac in matrimonium ducta filiam, quæ *Sara* nominaretur, procreaſſet *Labanus*, & idem ex alia priùs uxore *Rachelem* unicam modò gnatam: ita fieret, ut iſta *Sara* neptis è filia *Jacobi* fuiſſet, ſimul eadem eſſet ejus uxoris ſoror conſanguinea: quare duplex in hac ei concurreret interdictio: porro nupſiſſet eadem *Sara Rubeno*, atque adeo interdiceretur cæteris *Jacobi* liberis, inſuper aliud adderetur in ea *Jacobo* vetitum, quòd eſſet ejus facta nurus: *Rubenus* deinde mortem oppetiiſſet, aut mulieri repudium remiſiſſet, eaque nupſiſſet uterino fratri *Jacobi*, hîc ea viri fratribus univerſis prohiberetur, indéque *Jacobo* adderetur nova iſtæc in muliere religio, quòd foret ejus fratria. Porro vir iſte quoque occumberet, repudiúmque renunciaret, & mulier deinceps *Iſmaeli* domum duceretur, hîc eâ prohiberentur omninò fratres *Iſmaelis* omnes, & in eadem illa *Jacobo* adderetur alia religio, quòd eſſet uxor patrui: porro autem & *Iſmael* è vita deceſſiſſet nullis relictis liberis, ut ducendæ fratriæ lege illa mulier ad *Iſaacum* rediret, is eam quamvis interdictam ſibi tanquam * ſecundariam fraterni nominis propagandi

§. II. *Secundariam fraterni.* &c. Nam præter gradus conſanguinitatis illos, quibus ad maritale conjugium interdicitur, *Lev.* 18. etiam viginti numero ſanciuntur edicto ſapientum: Hæ mulieres ut pote ab inceſtis illis alteræ vocantur *Secundariæ.* Ac de his agitur capite ſecundo tractatus Talmudici, qui eſt de jure fratriæ ducendæ ad propagandum nomen fratris mortui ſine liberis, יבמות inſcribitur: Porro, has ſcriptor noſter tractatu de connubiis nominatim proſequitur §. 6. capitis primi: in iis numeratur nurus filii & perpetua iſta linea nepotis, pronepotis, abnepotis, ad infinitum, cùm in textu ſacro ſua cuique nuru ſolùm interdicatur: erat igitur in appoſito hîc exemplo *Sarâ* commemoratâ *Iſaaco* interdictum cùm eſſet *Jacobi* filii nurus, adeóque ſecundaria. Porro autem totum iſtum, qui eſt de ſecundariis locum

pagandi cauſa connubio ſibi jungeret, hîc muliere prohiberentur cæteri fratres *Iſaaci*, ſimul in ea *Jacobo* adderetur religio duplex, & quòd evaſiſſet ejus noverca, & quòd eſſet * cum viro nupta, quæ duæ cauſæ quidem ſimul advenirent: unde fit, ut ſi *Sara* cum iſta menſtruali *Jacobus* cubuiſſet imprudens, vivo patre *Iſaaco*, item & uxore *Rachele* vivâ, ſacris piacularibus aſtringeretur octo, quòd iſta mulier eſſet ejus è filia neptis, quòd uxoris ſoror, quòd nurus, quòd fratria, quòd uxor patrui, quòd noverca, quòd viro nupta, quòd menſtrualis. Atque ſic ſe habebant omnia horum ſimilia.

§. III. Quælibet igitur mulier ob cognationis gradum alicui vetita, poterat illa quidem etiam adjuncta quadam interdictione eundem implicare, ſi reperirentur & homines alii, quibus hæc eadem prohiberetur: quòd enim mulier his interdiceretur, haberet eadem & illi novam inſuper religionem: ſin autem nullos alios ejuſmodi reperiri liceret, non huc ibatur, hic ſi liberos, ſi fratres haberet, hi prohiberentur iſta muliere: mulier igitur & iſti ſeni novam habebit religionem: non erat ita, ſi tunc ipſum homini non eſſet neque filius, neque frater. Quod idem dicendum erit & de cæteris horum ſimilibus.

§. IV. Idem homo tribus unà mulieribus jugatus ſi ſubagitaſſet imprudens matrem unius ex iſtis, quæ mater eſſet eadem & alterius avia materna, & avia paterna tertiæ, hîc cùm anus iſta pariter homini foret ſocrus, ſocrûſque mater, matérque ſoceri, atque omnis interdictio ſimul inſtaret, tamen unò ſacro piaculari duntaxat aſtringeretur. etenim de muliere, atque filia ejus ac nepte tum è filio, tum è filia dicitur à Lege ſin-
Lev. 18. 17. gulariter, *Conſanguinitas eſt:* nimirum hæc tria corpora pro uno putabat divina Lex: ergo nomen triplex item habebatur pro ſimplici.

§. V. Qui verò ſtupraſſet ſororem ſuam, quæ eadem ſibi ſimul & amita foret, & matertera, tribus aſtringeretur ſacris piacularibus:

cum hic explicare nolui; quippe tractatus ille de connubiis, ubi copiosè explicatur, novem abhinc annos à nobis latinus ex hæbræo factus eſt, & actum agere veteri proverbio vetamur.

Cum viro nupta. In exemplaribus *Venetiæ* 1524. editis in charta majori mendosè legitur ומשום אשת אח, *& quod eſſet uxor fratris:* mendum indicatur ac corrigitur in commentariis textui noſtro adjunctis, qui commentarii כסף משנה inſcribuntur.

§. VI. *Teſte*

cularibus: illud enim Legis verbum, *Pudenda ſororis ſuæ detexit*, ſacro piaculari damnaret hominem ſeorſim de ſorore ſua, ut eadem eſſet ipſius etiam amita, materteráque. Quid verò? Qui tandem iſtuc fieri poterat? Nempe ſi veniſſet uſus, ut cum matre quis corpus miſcuerit, atque ſuſceperit ex ea filias duas, tum idem unam harum duarum ſuarum filiarum poſtmodum compreſſerit, indéque natus ſit ei filius: nothus iſte ſi conſtupraſſet alteram genitoris ſui filiam illam, quæ eſſet ſpuriæ matris ſuæ germana, tum ſua ipſius conſanguinea ſoror, & patris uterina, tribus aſtringeretur ſacris piacularibus. Quod idem conveniebat in quamcunque rem hujus ſimilem. Lev. 20. 17.

CAPUT QUINTUM.

¶ In hoc capite permulta inſunt re & nominibus obſcœna. eſt enim hoc in more poſitum ſcriptorum Judæorum, ut de venere cùm diſputent, nihil verbis tegant; ſed ſic tanquam *Cynici* & *Stoici* quidam penè *Cynici* ſuo quamque rem nomine appellent. *Guillelmus Outramus*, quem ego virum honoris causâ nomino, libro de Sacrificiis, pag. 127. ubi ſe offerebant iſtæ moleſtiæ ita ſe iis expedivit. " Ac quidem eorum peccatorum viginti ſex, ut *Judæis* placet, ex illicito coitu extiterunt, quæ omnia prudens prætermitto. Prudenter ille quidem, & per quàm facile, qui totus erat ſuus. Ego verò ſententiarum & verborum interpres quid facerem? Certè nihil aliud potui, niſi honorem præfari: honos igitur ſit auribus.

Flagitium in eodem ſæpenumero commiſſum per errorem unum, nec ullà intermedia ſcientià, unico ſacro piaculari lui. Et pro multiplici errore multa piacularia faciendâ. nam horum numerum cum iis, in quibus peccatum eſt, æquandum.

§. I. QUI mulierem unam aliquam, cujus naturam ne detegeret, ſancitum erat, ſæpenumero compreſſerat per errorem unum & eundem; quamvis multi dies ab uno com-

preſſu ad alterum interceſſiſſent, cùm nihil interea reſcitum, & in eodem corpore commiſſa maleficia fuerint, in unum omnia redigerentur, ſic; ut homo aſtringeretur ſacro piaculari duntaxat uno. Si enim per errorem hanc amplexus noxiam reſciſſet, tum idem mulierem eandem rurſus imprudens compreſſiſſet, atque noxiam reſciſſet, idemque poſthac eandem mulierem tertium compreſſiſſet imprudens, atque noxiam reſciviſſet, ſuo quiſque compreſſus ſacro piaculari lueretur; quia enim errata diſtinguerentur notitiis illis intermediis.

§. II. Si quis mulierem eam, cujus naturam ne nudaret, ſancitum erat, compreſſerit ſæpiùs per errorem perpetuum; compreſſa verò mulier ſecundum unum quemque compreſſum flagitii turpitudinem noverit, ſic; ut in hiſce conjunctionibus nefariis mulieris eſſent errores multi & varii, vir omninò piaculare ſacrum faceret unicum; ſed ſuo quemq; compreſſum piaculo lueret mulier. Contráque ſi poſt unam quamque conjunctionem habuerit turpitudinis notitiam vir, mulieris fuerit ignorantia perpetua, multa ſacra piacularia ille, hæc unum ſolum faceret.

§. III. Si quis per unum perpetuum errorem ſubegiſſet multas ejuſmodi mulieres, quarum verenda ne denudaret Lege cautum erat, ut uno & eodem iſtæ nomine appellarentur omnes, tamen quòd corpora diverſa forent, pro una quaque ſacrum piaculare ſeparatim faceret, oportuerat. Cubuerit igitur quinque cum uxoribus ſuis menſtrualibus aliquis, ſive quinque cum ſororibus ſuis, ſive cum totidem filiabus ſuis per errorem perpetuum, ſacrorum piacularium numerum cum corporibus æquaret. Unde ſatis intelligitur, quod à ſapientibus dictum, eum, qui mari tum incubuerit, tum ſuccubuerit per errorem continuum, unico ſacro piaculari duntaxat aſtringi, ſic eſſe videlicet, ſi fuerit ejuſdem maris uſque facta conjunctio: ſin autem duorum diverſorum, ſeu incubuiſſet homo ambobus, ſive eorum uni incubuiſſet, & ſuccubuiſſet alteri, pro uno quoque corpore ſeorſim ſacrum piaculare faceret. Porro jus idem erat ejus, qui pecudi incubuerit, & ipſemet ſuccubuerit.

§. IV. Mulier bene multis beſtiis cùm ſuccubuiſſet per errorem perpetuum, piaculorum numerum cum beſtiis illis conſceleratis adæquaret, ut quæ multa corpora ſecum miſcuiſſet: id enim perinde fuerit, ut ſi qua mulier multis ſe viris dediſſet

ſubigendam.

ſubigendam per errorem eundem, quàm certè de ſingulis viris ſingula piacula ferre jus erat.

§. V. Mulier conjugem ſuum in regione tranſmarina peregrinantem è vita diſceſſiſſe ſi famâ audierit, ſi tranſvectis è teſtibus cognorit, tum nupſerit alteri vel ſuo ipſius inductu, vel permiſſu judicum, deinde virum ejus ſuperiorem etiam dum eſſe vivum reſcitum fuerit, omninò ſacro piaculari aſtringeretur unico. Quæ ſi multas in nuptias, ſi multos in amores meretricios ſeſe conjeciſſet, quot viris ſe conjunxiſſet, totidem aſtringeretur ſacris piacularibus: flagitia illa videlicet ſi fuiſſent omnia per eundem errorem admiſſa, diverſis corporibus diſtinguerentur tamen. Jam vir cum uxore menſtruali cubuerit per errorem, & hic idem, poſt uxoris inquinamentum menſtruum dierum numero ſublatum, & corpus aqua jugi elutum, eidem cùm menſtrua purgatio redierat, ſe denuo conjunxerit per errorem eundem, ſuum quiſque concubitus vetitus ſacrum piaculare poſtularit: hîc enim etſi per errorem unum in uno duntaxat corpore peccatum fuerit, duæ tamen illæ purgationes menſtruæ, quoniam intervallo temporis fuerant disjunctæ, mulieres menſtruales quodammodo conſtituiſſent duas.

§. VI. Si cum uxore ſua quis extra certum illud & ratum tempus, quo provenirent ei menſtrua, corpus miſcuiſſet, & commiſcendis corporibus illa ſanguinis aliquid è natura miſiſſet, non ea de cauſa ſacrum piaculare ferretur: hæc enim quaſi vis quædam, non error eſſet. Error ejus erat, qui minùs prudenter quid, minúſque conſideratè contra fas commiſerat: rem etiam atque etiam conſideraſſet, exquiſiſſet, non lapſus eſſet: ab hoc igitur quod temerè & inconſultò commiſſum erat, negligentiæ nomine procuratum atque expiatum oportebat: ille verò quid faceret? Cum uxore pura rem habuerat extra tempus menſtruæ purgationis, omninò vis iſta fuerat: quare ſi poſt conjunctionem ſeu mulier ſeu vir in * teſte ſuo peniculo ſanguinem abſterſum

§. VI. *Teſte ſuo peniculo.* Id codice Talmudico נדה de muliere menſtruali f. 14. pag. 1. demonſtratur quid ſit. Idem à ſcriptore noſtro, diſputatione de concubitibus interdictis, cap. 4. commodiùs etiam explicatur his verbis. §. 14. Eſt hæc conſuetudo Judæis, viris & mulieribus, ut poſt complexum venereum ſeſe explorent. Habent igitur vir & mulier ſuum uterque ſibi peniculum: hoc uterque ſe abſtergit ac diligenter obſervat ſi forte quid ſanguinis inter conjunctionem miſſum ſit........ §. 15.

Quibus

terſum reperiſſet, nihilo ſecius ſoluti ſacris piacularibus ambo fuerint. Quòd ſi vir contra fas cum uxore ſe conjunxiſſet inſtante tempore menſtruæ purgationis, ratus conjunctionem pariter & disjunctionem fieri poſſe priùs, quàm ſanguis ille menſtruus proveniret, atque proveniſſet intra concubitum, ſacrum piaculare requireretur, quia enim error iſte fuerat. Vir igitur ſi reperiſſet in teſte ſuo ſanguinem, temerati ambo fuiſſent, ambo piacularibus ſacris aſtricti: mulier autem ſanguinem in teſte ſuo cùm inveniſſet, videndum erat: ſi disjuncto viro mulier ſine mora ſe deterſiſſet, polluti fuiſſent ambo, & ſacris adeo piacularibus aſtricti: cùm eò uſque, ut porrectâ ſub pulvinar aut culcitram manu peniculum teſtem ſuum ſibi caperet, morata ſit ante, quàm ſe deterſiſſet, in incertum forent ambo polluti ſcilicet: at ſacro piaculari ſoluti: cùm verò ſtrato primùm ſurrexiſſet, deinde * partes iſtas inferiores laviſſet, tum poſtea denique ſe deterſiſſet, ac ſanguinem inveniſſet, omninò vir impurus inde neutiquam eſſet.

§. VII. Jam ſi contra, quàm oportebat, cum uxore rem habuiſſet aliquis ſub horam menſtruorum, ratus hoc factum iri priùs, quàm ſanguis ille menſtruus proveniret, & ſibi inter concubitum ſenſiſſet mulier inquinamentum accidiſſe, tum illi edixiſſet eſſe ſe inquinatam, jus eſſet hominem interea, dum erat intentus nervus genitalis, à muliere non disjungi, ſicut diſputatione de concubitibus interdictis expoſuimus. Qui ſi ſubitæ

Quibus utuntur ad abſtergendum ſe peniculis, ii lintei, triti, & albi ſint neceſſe eſt. Nimirum hi ſunt, qui vulgo teſtes in hoc genere vocantur; quo ſe vir, viri: quo ſe abſtergit mulier, mulieris teſtis appellatur. §.16. Et quæ paulò magis religioſæ ſunt mulieres, niſi poſtquam ſe probè ſervarint, ad complexum venereum veniunt nunquam. nam ſi cui mulieri non ſint ſtati menſes, huic uſque viro interdictum eſt dum ſe luſtrarit: iſtæc igitur teſtes ſibimet ipſa adhibeat duos, unum ante, & alterum poſt conjunctionem. Omninò mulieri ſi ſtati menſes, niſi virtutis excellentis ergò, nihil opus eſt teſte priori: verùm enim poſt conjunctionem cujuſque neceſſarii ſunt teſtes duo, unus viro, & mulieri alter: gravida mulier, nutrix, anus, puella impubes ſi cum viro fuerit, nihilo minus teſtes duo requiruntur, viro unus, & alter mulieri. Hæc ſcriptor noſter.

Atque eodem more Soſtrata illa Terentiana loquitur, Adel. ac. 3. ſc. 2. v. 49.

.... Hoc reliquum eſt;
Si inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat.

Partes iſtas inferiores laviſſet. Eſt in textu ותריח את פניה quæ ipſa Miſnæ verba leguntur in tractatu Talmudico נדה de muliere menſtruali, fol. 14. pag. 1. unde locus iſte depromtus eſt. Ibi R. *Salomo Jarchi*, את פניה פניה שלמטה: tum etiam *Majemonides* noſter, commentariis ſuis in Miſnam וכונת פניה לשון נקיה ponitur verbum פניה ut ſit verecunda locutio.

§. I. *Pro*

ſubitæ ſeparationis interdictionem ignorans ab uxore ſe intento nervo ſejunxiſſet, ſacris piacularibus aſtringeretur duobus: uno propter coitum, ut qui cum uxore menſtruali coiſſet; & altero propter abitum, ex quo nihilo minus, quàm è coitu, voluptatis percepiſſet. Ita res erat ſi inſtantibus menſtruis cum uxore rem habere vetitum eſſe sciſſet; & ſic in animum induxiſſet ſuum, ſe rem ante peracturum, quàm menſtruus ſanguis proveniret, idemque neſcius eſſet interdictum eſſe, ne, ſi quis cum uxore menſtruali foret, ab ea ſe derepente ſepararet; quippe quòd in re venerea illa duplici duplex error reperiretur. At ſi nefas eſſe ſub horam menſtruorum cum uxore concumbere prorſus ignoraſſet, & ſimiliter ignoraſſet interdictum eſſe, ne quis tum, cùm menſtruum inquinamentum obvenerit, ab uxore ſe ſubitò ſejungat, cùm ab ea ſe ſejunxiſſet repente eveſtigiò, genitali etiam intento, ſacro tamen uno duntaxat aſtringeretur: nam conjunctio & ſejunctio, quæ gemini concubitus erant inſtar certè uno tenore per errorem eundem factæ forent. Eadem ratio tenenda fuerat & in cæteris mulieribus, quarum naturas detegere vetitum erat. Si quis tali cum muliere ſe conjunxiſſet imprudens, quòd putaret ſibi ejus habendæ jus eſſe legitimum, tum in ipſo compreſſu reſcierit inceſtam eſſe mulieris ejus conjunctionem, ab ea ſe ſeparare confeſtim non debuiſſet ideo, quòd quantum è conjunctione, tantum ex ſejunctione voluptatis caperet. Qui ſi repentinæ ſejunctionis interdictionem ignorans à muliere ſe, intento etiam genitali membro, ſeparaſſet, unico piaculo duntaxat aſtringeretur, quia enim totum hoc unum & idem erratum fuerat.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

In eadem eſca interdicta culpam ſæpenumero commiſſam per errorem unum, uno ſacro lui. Rurſus errorem ejus generis notitiis intervenientibus diſtinctum multis ſacris lui. nam ſeu corporum ſeu ferculorum diſtinctionem nullam eſſe. Et multa ciborum interdictorum genera, & multa vetitorum nomina in eodem cibi genere concurrentia multa piacula poſtulaſſe. Nunquam diverſas res cogi in modum requiſitum, ut quis piaculari ſacro alligaretur. Porro interdictæ rei modum requiſitum notitia vetiti interveniente diſtractum nullo piaculari ſacro lui.

§. I. IDem erat jus imprudenter veſcentis eſcis vetitis, atque interdictis rebus venereis utentis per errorem. Igitur unam & eandem interdictam eſcam ſi per errorem unum frequens ediſſet aliquis, quamvis multi dies interceſſiſſent ab eſu uno ad alterum, aſtringeretur ſacro piaculari duntaxat uno. Apponamus exemplum. Adipem hodie quis, adipem poſtridie, adipem & die perendino per errorem perpetuum comederit, licet tria fercula ſejuncta fuerint, piaculum faceret non plus unum. Si quis autem adipem * pro magnitudine oleæ comediſſet imprudens, culpámque reſciſſet, idemque rurſus imprudens tantundem adipis ediſſet, atque culpam reſciſſet, ſuo quemque ſacro piaculari eſum lueret, ea re; quia notitiis illis diverſis errata diſtinguerentur. Jam ſi quis adipem ad magnitudinem dimidiatæ olivæ ſemel, & iterum ediſſet per errorem perpetuum, hæc duo fercula cùm eſſent temporis intervallo disjuncta, tamen inter ſe conjungerentur, ſic; ut aſtringeretur homo ſacro piaculari: neque enim diſtinctio ferculorum erratum comminueret, niſi ſi temporis interponeretur plus, quàm quod ad ova tria comedenda ſuppeteret, ſicut diſputatione de cibis vetitis explicavimus. Sicut enim adipem contumaciter

§. I. *Pro magnitudine oleæ.* Tantum enim modum ad culpam contrahendam ſufficere paſſim demonſtratur.

§. II. *Quin-*

maciter edenti quamvis minutæ illius particulæ cogerentur ad explendum requiſitum modum, quò is verberibus coerceretur, item & adipem imprudenter edenti tantillæ quoque particulæ copularentur ad complendum modum præſcriptum, quî ſacro piaculari aſtringeretur.

§. II. * Quinque victimarum pacificarum è fruſtis poſt finitum tempus relictis per errorem unum quis ederit aliquid, è ſingulis id, quod oleæ magnitudinem aſſequeretur, is licet has particulas in quinque * fercula diſtributas ediſſet, tamen ſacrum piaculare ferret non plus unum. hæc enim omnia fuerant uno nomine: non erat autem, ut ſeu fercula, ſeu victimarum corpora multa multiplicarent errata: prorſus nihil intererat, utrùm pluribus è victimis pacificis, an ex unâ & eadem duntaxat quid carnis comeſſet aliquis. Item ſi quis extra ſanctuarium hoſtias pacificas quinque per errorem unum mactaſſet, omninò piaculo aſtringeretur uno: namque perinde fuerat, ut ſi quis ad ſimulacra quinque ſe proſtraſſet per errorem unum.

§. III. Si quis miſſum pecudis ſuæ ſanguinem excepiſſet pateris duabus, atque ambas per errorem unum epotaſſet, non niſi uno piaculo aſtringeretur.

§. IV. Jam ſi quis multos multorum nominum cibos vetitos cepiſſet per errorem unum, quovis nomine præcipuum faceret ſacrum piaculare, neceſſe fuerat. Comederit, verbi causâ, & adipis, & ſanguinis, & ſacri præter tempus legitimum relicti, & * ſacri turpificati quidpiam, cujuſque generis id, quod oleæ magnitudine par eſſet, & hæc omnia per errorem unum, ſacra piacularia ferret quatuor, oportuerat. Et ſic ſe habebant cætera horum ſimilia. Jam verò cùm par olivæ magnitudine quid, in quo multa multarum rerum

§. II. *Quinque victimarum pacificarum.* Victimæ pacificæ propriè dicuntur זבחים. Conficitur ex textu ſacro, & ad *Exod.* 18. 12. R. *Salomo Jarchi* apertè dicit וזבחים שלמים: item & *Aben Ezra* וזבחים הם שלמים, quod eſt, vox זבחים ſignificat hoſtias pacificas.

Fercula diſtributas ediſſet. תמחוי eſt patina, lanx, diſcus, aut ſcutella, & fere ponitur pro pulpamento ſeu ferculo: etenim tractatu Talmudico de ſabbato, f. 71. pag. 1. R. *Salomo Jarchi* שני תמחויין interpretatur שני מיני תבשיל duo genera pulpamentorum.

§. IV. *Sacri turpificati.* Hebraicè פגול, quod eſt tetrum, abominandum, deteſtandum, turpificatum, &, ut Chaldæus interpretatur מרחק longè removendum.

rerum * interdictarum nomina fuiſſent implicata, comederat aliquis per errorem unum, ita erat: ſi comederat id quod variis vetitis deinceps junctis implicatum eſſet, certi cujuſdam hominis propriis, omniúmve communibus, ſi quod multis interdictionibus ſimul inſtantibus, ſuum cujuſque nominis ſacrum piaculare facere cogeretur. Ita ſi impurus ad ſolemnem * Expiationum diem adipis ſacri præter tempus legitimum relicti tantum comediſſet imprudens, quanta erat olivæ magnitudo, hoſtias pro peccato immolaret quatuor, & unam pro delicto: unam videlicet hoſtiam pro peccato, quòd inquinatus ſacrum comediſſet: alteram, quòd adipem: tertiam, quòd ſacri reliquias: quartam denique, quòd cibum ſumſiſſet ad diem Expiationum; ad hoc tamen opus erat, ut adderetur alterius eſcæ tantum, ut ſimul adæquarent * dactyli magnitudinem: præterea autem immolaret hoſtiam delicto certo conſtitutam, quippe * commoditatem ex re divina percepiſſet.

§. V. Uno tantùm ſacro piaculari aſtringeretur, qui ſolemni Expiationum die ſumſerat eſcam & potionem per errorem eundem, quia cibus & potus ejuſdem ſunt utique generis.

§. VI. Qui fecerat opus ſolemni Expiationum die in ſabbatum incidente, piaculis aſtringeretur duobus: duo enim hîc maleficia concurrerent.

§. VII. Atque adipis id, quod magnitudine dimidiatæ par eſſet olivæ, ſi comederat aliquis, & tantundem ſanguinis per errorem unum, ſacro piaculari neutiquam aſtringeretur. Sicut enim diverſæ res interdictæ nunquam cuiquam in eundem modum cogebantur, ut verberibus addiceretur, id quod diſputatione de cibis interdictis ediſſeruimus, ita nec cogebantur in unum, ut quiſquam aſtringeretur piaculo.

§. VIII. Pro magnitudine dimidiæ olivæ vetito ex cibo ſi comediſſet aliquis inſciens, factíque pravitatem cognoſſet, tum eandem

Interdictarum nomina fuiſſent implicata. Vide notam à nobis appoſitam ad caput quartum hujus tractatus in initio, ubi multa diſputantur de implicatione multorum vetitorum.

Expiationum diem. Flavius Joſephus, *lib.* 3. *Antiq.* Decimus, inquit, dies hujus menſis (ſeptimi, *Tiſri* dicitur Hebræis, Macedonibus, *Hyperberetæus*) jejunus agitur ad uſque veſperum.

Dactyli magnitudinem. Quia enim ad hoc ſolemne jejunium niſi ſumatur cibi tantum, quantus eſt dactylus, nullam eſſe pœnam traditur.

Commoditatem ex re divina, &c. Quod ſacrilegium erat.

§. VIII. *Li-*

eandem oblitus æquam ejuſdem cibi particulam comediſſet rurſum imprudens, omninò ſacro liber eſſet: hîc enim definitum illum modum per errorem abſumtum notitia pravitatis intermedia diremerat. Similiter ſabbato ſi quis * literam unam exaraſſet imprudens, tum facti perverſitatem agnoſſet, & eandem deinceps oblitus ad literam ſuperiorem & alteram adjunxiſſet itidem per imprudentiam, ſolutus ſacro piaculari fuerat. Quid plura? eadem ratio valebat in omnia horum ſimilia. Cùm verò ſabbato quis per ſpatium duorum cubitorum aliquid tranſmoverat imprudens, idemque porrò per ſpatium duorum cubitorum volens & ſciens, porrò autem per ſpatium duorum cubitorum etiam imprudens, res ita ſe habebat. Si jaciendo illud aliquid tranſmoviſſet, ſacro piaculari aſtringeretur, non quò notitia interveniens modum illum definitum non dividuum faceret; ſed ei, quoniam in manu non erat, ut ſemel miſſum illud aliquid coerceret ac reprimeret, intermedia notitia nihil profuiſſet: idem ſi portando tranſmoviſſet, ſolutus ſacro piaculari fuiſſet ideo, quòd intermedia notitia definitum modum diſtraheret, ut paulò ante diximus.

§. IX. Si quis tam magnum, quàm eſt oliva, fruſtum adipis comediſſet unum, & item alterum tantum per errorem unum; deinde reſciſſet primum, tum poſtea reſciſſet & alterum, aſtringeretur ſacris piacularibus duobus: nempe hæ notitiæ ſeparatæ ſeparaſſent admiſſum in errata duo, tametſi piacularis hoſtia nondum etiam ſacrata fuerat: idem ſi reſciſſet utrumque ſimul, aſtringeretur ſacro piaculari duntaxat uno. Quæ ratio eadem, meâ ſententiâ, tenenda fuit & in abuſu ſacrorum.

§.X. Im-

§. VIII. *Literam unam exaraſſet.* De univerſis operibus in ſabbatum interdictis ita diſſerit *Majemonides* noſter tractatu de ſabbato, initio capitis ſeptimi. Quæ opera cunque ſabbato per audaciam confecta ſequebatur lapidatio, vel exitium, & per imprudentiam facta ſacrum piaculare; ea diſtribuuntur in genera, & partes generibus ſubjectas. Omninò genera operum omnia ſunt undequadraginta, quæ jam nunc recenſebo. Arare, ſeminare, metere, manipulos alligare, fruges deterere, eventilare, purgare, molere, ſuccernere, depſere, coquere, lanam detondere, lavare, carere, id eſt, carminare, ſeu, quod idem eſt, pectere, inficere, nere, licia ſtruere, telam ordiri, texere, colorare, nodum nectere, ſolvere, ſuere, lacerare, ædificare, evertere, malleo quid tundere, venari, beſtiam mactare, corium ei detrahere, corium perficere, glabrare, proſecare, ſcribere, delere, lineare, incendere, extinguere, quidpiam in alium locum ex alio tranſmovere. Hæc *Majemonides.* Eadem ipſa videas & tractatu Talmudico de ſabbato, fol. 73. pag. 1. recenſa in ipſa Miſna cum hoc levi diſcrimine quòd ibi efficientes operum, à *Majemonide* noſtro ipſamet opera enuncientur.

§. X. Imprudens ſi quis ſimul comediſſet adipis id, quod magnitudine ſeſquialteram olivam æquipararet, tum reſciſſet illud, comeſum à ſe adipem ad magnitudinem unius olivæ, idemque deinceps etiam imprudenter adipem comediſſet ad magnitudinem dimidiæ olivæ, uno ſacro piaculari duntaxat aſtringeretur: non poterat enim, ut hæc poſterior particula æqualis dimidiæ olivæ cum pari particula ſuperiori etiamdum incognita conjungeretur propterea; quòd errati primi jam aliquid agnitum utique fuerat.

§. XI. Si quis fruſtum adipis magnitudine par olivis duabus comediſſet per errorem eundem, & reſciſſet hoc tantùm, ad unius olivæ magnitudinem adipem à ſe comeſum, idemque deinceps adipem pro olivæ magnitudine comediſſet item per errorem, atque pro particula prima ſibi cognita piaculum feciſſet, hoc una, & altera particula lueretur ſcilicet; non item tertia: ſedenim hanc altero ſacro piaculari tum lueret, cùm in ejus notitiam veniſſet. Qui ſi pro tertia particula piaculum feciſſet, conjunctim lueretur iſto particula tertia, ſecundáque; quippe quòd uno & eodem implicarentur errore. rurſus eodem piaculo particula prima non lueretur. Si verò pro media particula piaculum feciſſet, hoc univerſæ tres pariter luerentur utique: namque prima æquè, ac tertia particula particulæ mediæ implicarentur errore: cùm ergo veniſſet in notitiam particulæ primæ tertiæque, nihil opus erat, eas ut lueret altero piaculo.

§. XII. Si duabus ex offis alteram comediſſet aliquis, & ambigeret adipem comederit, an pinguedinem: tum idem aliis ex offis duabus alteram comediſſet denuò, & addubitaret utrùm adipem ederit, an pinguedinem: deinde pro certo comperiſſet ſe primo ſecundóque loco comediſſe adipem, non plus unum piaculum facere cogeretur. dubitatio enim illa intermedia erat ad diſtrahendum erratum eatenus, ut binæ mactarentur hoſtiæ incerto delicto ſuſpendendo conſtitutæ; non autem ut immolarentur hoſtiæ pro peccato geminæ.

CAPUT

CAPUT SEPTIMUM.

Utrùm cultûs vano numini per imprudentiam adhibiti rationes multæ multa piacularia requirerent? Nam propter univerſæ præceptionis oblivionem omninò commiſſa omnia uno piaculari ſacro lui. Sacro piaculari ſolutum eſſe qui vetitum opus ſabbato feciſſet incogitans.

§.I. SI quis ante ſimulacrum ſe projeciſſet, idemque liquores etiam libaſſet, & incendiſſet odores, & hoſtias immolaſſet per errorem unum, ſacris piacularibus aſtringeretur quatuor. Item qui * *Belo Phegorio* ſe denudarat, ſimul & * Acervo

§. I. *Belo Phegorio*, בעל פעור De cultu hujus numinis, in libro במדבר רבה legere eſt ad caput 25 *Num.* כיון שהירה תובעה אומרת לו איני נשמעת לך עד שתשחט זה לפעור ותשתחוה לו והוא אומר לעבודה זרה איני משתחוה ואומרת לו אין אתה אלא כסנלה עצמך והוא נשטה אחריה ועושה כן זו שאמרו חכמים הפוער עצמו לבעל פעור זו היא עבודתו Iſraelita petebat à Moabitide, ut ſibi ſui copiam faceret: illa verò ſe negare, niſi *Phegorio* mactaret, & eundem adoraret: Iſraelita dicere ſe ſimulacrum non adoraturum: & illa, nihil aliud opus eſt, niſi ut tete denudes: protinus Iſraelita mulieri obſecutus ita faciebat. Etenim dictum eſt à ſapientibus, *Phegorio* qui ſeſe denudabat, cultum adhibebat. In eandem ſententiam de cultu *Phegorii* loquitur *Majemonides* noſter eo libro, qui Doctor Perplexorum inſcribitur, par. 3. cap. 45. וכבר ידעת פרסום עבודת פעור בזמנים ההם אשר היתה בגילוי הערוה מפני זה צוה הכהנים לעשות מכנסים לכסות בשר הערוה בעת העבודה Jam temporibus illis, noſti, pervagatus *Phegorii* cultus erat, ut obſcœnæ partes corporis aperirentur: ea de re præceptum erat ſacerdotibus, ut dum ſacris operarentur partes corporis obſcœnas ſubligaculis operirent. Nam R. *Salomonis Jarchi* de hoc idolo opinionem putidam referre non ſuſtinui.

D. *Hieronymus*, ad nonum *Oſeæ* caput, Ingreſſi ſunt, inquit, ad *Belphegor*, idolum Moabitarum, quem nos *Priapum* appellare poſſumus.

At mihi quidem maxime arridet *J. Seldeni*, viri clariſſimi, de *Belo Phegorio* ſententia, ſimulacrum illud habuiſſe nomen à cognomine monte, in quo excitatum ei fanum erat. Nam fuiſſe in regione Moabitarum montem nomine *Phegor* literæ ſacræ teſtantur, *Num.* 23. 32. *Tum eum (Balaamum) ſubduxit in verticem montis Phegoris, qui ſpectat ad Jeſimonem.*

Porro autem ſacrorum religionem fuiſſe, ut Diis manibus inferiæ afferrentur: inde *Pſal.* 106. ſcriptum legi, *Belo Phegorio addicti mortuorum ſacra ederunt.*

Atenim in hujus ſimulacri ſacris, initiiſque commemorandis libido flagitioſa commemoratur: uſitato more ſacris originibus, quæ ſtupri, adulterii nomine quemvis vani numinis cultum appellat.

Acervo

* Acervo Mercuriali lapidem adjecerat per errorem unum, piaculis aſtringeretur duobus: eadem ratio valebat in omnia horum ſimilia: ſuo quodque ficti facti falſi numinis miniſterium ſacro piaculari lueretur. Sic enim res ſe habebat ſi homo gnarus & prudens idoli foret, & imprudens ceremoniarum iſtarum, ignarúſque: contrà verò cùm iſtorum miniſteriorum vim, qualis eſſet, ſatis intellexiſſet; idolum autem minùs cognitum haberet, requireretur ſacrum piaculare non plus unum. Ut ſi quis certum quoddam rei genus idolum eſſe probè ſciſſet, & adeo neſas eſſe hoc colere; neſciret illud, quidquam flagitii tum admitti, cùm ad hoc idolum quis ſe proſterneret, cùm liquores ei libaret, & utrumque patraſſet, piaculis aſtringeretur duobus. Cùm verò noſſet hos auguſtos & religioſos eſſe cultus, & ideo vano numini adhiberi minimè licere: non noſſet idolum, ea re; quia id ex argento non erat, nec ex auro, & ipſe ſic in animum induxerat ſuum, hoc demum, quod eſſet ex argento, auróve, idolum appellari, atque iſtos ei cultus adhibuiſſet omnes, uno duntaxat aſtringeretur piaculo.

§. II. De ratione ſabbati hoc universè tradiderunt doctores noſtri. Si quem oblivio totius ſabbati cepiſſet ita magna, ut ne illud quidem teneret, præceptionem ullam de ſabbato datam Iſraelitis eſſe, vel quia captus erat ab ethnicis admodum parvulus, vel quia porrò puer religionem Judæorum ſuſceperat ethnicus inter ethnicos, eum, quamvis ſabbatis multis multa

Acervo Mercuriali, מרקולים. Hoc enim vocabulo intelligi *Mercurium* volunt omnes: אליל הנקרא מירקוריאו Simulacrum eſt, cui nomen *Mercurio*, ait *David de Pomis*. Id cultum eſſe lapidum jactu traditur in tractatu Talmudico qui סנהדרין inſcribitur, fol. 60. pag. 2. הזורק אבן למרקולים זו היא עבודתו, erat *Mercurii* cultus, ut lapides ejus acervo adjicerentur. Porro ſimulacrum iſtud tribus è ſaxis fere conſtitiſſe, quorum unum hinc, illinc alterum erectum, & tertium deſuper tranſverſum eſſet poſitum ita; ut jugi ſpeciem præberet, paſſim in Talmude demonſtratur. Nam origo cultus illius cuinam indicta? Cujus tandem ſcriptis non celebratus ille Proverbiorum locus? כצרור אבן במרגמה כן נותן לכסיל כבוד, *Sicut qui jacit lapidem in acervum* Mercurii, *ita qui tribuit inſipienti honorem:* ut oblata occaſione hæc reticere, modeſtiam profitentis; eadem uſque recantare Scriptorum notitiam oſtentantis eſſe videatur. Illud addam: Statuas illas Mercuriales jugi formam vel quamvis aliam imitantes figuris eſſe & notis inciſas: *Aben Ezra* enim ad hunc primum verſiculum capitis 26 *Levitici* ואבן משכית לא תתנו בארצכם, *Neve ſaxa figurata in finibus veſtris ponitote ad venerationem*, hæc verba facit, וזה משפט ע״ז במרקולים. Hæc enim erat ratio ſimulacri nomine *Mercurii*.

§. VII.

ta feciſſet opera; ſacro piaculari unico tantùm aſtringi; quia enim hæc admiſſa non plus erratum unum fuerant omnia. Similiter omnem adipem comeſum ab eo lui uno ſolo ſacro piaculari: & uno ſacro piaculari lui comeſum ab eo ſanguinem omnem: & eodem modo cætera facinora horum ſimilia. Jam qui totam illam de ſabbato præceptionem planè cognitam ac comprehenſam animo haberet, iſtuc ex animo amiſiſſet, illum diem eſſe ſabbatum, profanum duxiſſet, eum uno piaculo duntaxat aſtringi in totum diem, ut eo bene multa feciſſet opera: tum in ſingula deinceps ſabbata per errorem neglecta ſingulis piaculis aſtringi.

§. III. Si quis enim diem agi ſabbaticum ſciret, ſed erraſſet in operum generibus, quòd hæc ſabbato confici nefas eſſe neſciret; aut ſciret quidem ea ne ſabbato confierent, interdictum eſſe. ſedenim horum eſſe pœnam exitium neſciret, huic, ſi multa & varia feciſſet opera, genus operum ſuo quodque ſacro piaculari luendum: ut ſi per errorem unum univerſa illa undequadraginta feciſſet operum genera, totidem ſacris piacularibus aſtringeretur.

§. IV. Jam ſi diem ſabbaticum agi fugiſſet aliquem, & eum operum etiam imprudentem, inſcium videlicet eſſe nefas talia fieri ſabbato opera, omninò ſacro piaculari aſtringeretur uno.

§. V. Si quis ſabbato feciſſet unum aliquod operum genus, inſuper & omnes partes huic generi ſubjectas per errorem eundem, ſacro piaculari duntaxat aſtringeretur uno. nam id ne dici quidem neceſſe eſt, eum, qui ſolummodò feciſſet multas partes unico operum generi ſubjectas, uno ſacro piaculari tantùm aſtringi.

§. VI. Si quis ſabbato partem unam uni operum generi ſubjectam, & partem alteram alteri operum generi ſubjectam feciſſet per errorem unum, meâ quidem ſententiâ, ſacris piacularibus duobus aſtringeretur.

§. VII. Si quis ſabbato multa feciſſet opera eodem pertinentia, qualia ſunt agrum ſeminare, propagare vitem, arborem inſerere, non niſi uno ſacro piaculari aſtringeretur. Atqui diſputatione de ſabbato cùm genera operum, & partes his ſubjectas,

tum

tum etiam opera * eòdem ſpectantia quænam eſſent, nominatim perſcripſimus.

§. VIII. Si quis eòdem ſpectantia opera multa multis ſabbatis feciſſet, ſabbati gnarus & prudens; ſed imprudens operum: contráve imprudens ſabbati; at operum prudens, ſuo quodque ſacro piaculari opus lueret. Fuerit exempli cauſa, qui, cùm ſciret agi ſabbatum, commiſiſſet tamen, ut eo ſementem faceret, ignorans ſementem facere ſabbato, opus eſſe vetitum: tum idem ſabbato proximo, cùm noſſet agi ſabbatum, nihilominus arbores ſeviſſet, neſcius arbores ſabbato ſerere, interdictum opus eſſe: idemque ſabbato deinceps inſequenti vitem intortam proſtraviſſet in terram, haud exiſtimans opus eſſe vetitum, propaginem vitis ſabbato ſubmittere, ſuo quodque opus ſacro piaculari, quamvis eòdem referrentur omnia, lueret ideo, quòd ſabbata diverſa diverſorum inſtar corporum haberentur.

§. IX. Rurſus ſi ſabbatum agi fugiſſet aliquem, is eo ſeminaſſet aliquid; at verò ſatis ſciret Lege cautum eſſe, ut id ſabbato ne fieret: idemque memoriam ſabbati proximè ſequentis itidem amiſiſſet, & eo ſeviſſet arborem, atque teneret vetitum eſſe arborem ſabbato ſerere: idemque veniſſet etiam in oblivionem inſequentis ſabbati, tum eo vitem ſupplantaſſet, cùm probè ſciret, ſabbato ſupplantare vitem, opus eſſe nefaſtum; ſuo quodque ſacro piaculari lueret opus. dies enim ab uno ſabbato intercedentes ad alterum, haud ſecus, ac intermedia notitia, lapſus iſtos diſcriminaſſent.

§. X. Si

§. VII. *Eòdem ſpectantia.* Quemadmodum à *Majemonide* deſcribantur operum genera, ſuperiori capite demonſtratum eſt ad §. 8. reſtat igitur ut opera eòdem ſpectantia, quæ illa ſuperiora in loco ante commemorato proximè ſequuntur, hic ſubjiciamus, & partes generibus ſubjectas etiam attingamus. §. 2. Hæc, atque omnia eòdem ſpectantia vocantur genera operum. Exempla rebus adjungamus. Arare, fodere, foſſam ducere, genus operum eſt unum: quovis horum faciendo terra ſubigitur: eòdem ſpectant. §. 3. Similiter ſemina terræ mandare, arborem plantare, ſupplantare, inſerere, putare, hæc omnia rediguntur ad unum genus operum, quippe referuntur ad finem eundem: quodvis horum eò fit, ut terra ferat aliquid. §. 4. Item metere frumentum leguminàque, uvas deſecare, legere dactylos, olivas diſtringere, ficus decerpere, iſtæc omnia ad unum & idem genus operum pertinent: nam in horum unoquoque id agitur, ut loco natali quid evellatur. Eadem ratio valet & in cætera operum genera. §. 5. Quod autem opus ad ſimilitudinem generis accedit, pars eſt generi ſubjecta.

§. II. *Adi-*

§. X. Si quis id quod magnitudine caricam æquipararet meſſuiſſet, ac moluiſſet ſabbato, ſabbati videlicet nullâ, illorum autem, quæ ſunt in ſabbatum interdicta, operum ſubeunte memoriâ, qui piaculo tantùm aſtringebatur uno: tum idem meſſuiſſet & moluiſſet denuò tantundem, & quidem cum cogitatione ſabbati; ſed ſine cogitatione operum in ſabbatum interdictorum, qui cogebatur ſuo quodque ſacro piaculari opus luere: poſtea reſciſſet id quod primò fuerat à ſe meſſum ac molitum ſine cogitatione ſabbati; ſed cum operum in ſabbatum interdictorum cogitatione, opus unum altero implicaretur, meſſorio meſſorium, molarióque molarium: & tanquam ſi hæc quatuor univerſa feciſſet non cogitans de ſabbato, idemque de operibus in ſabbatum interdictis cogitans, aſtringeretur piaculo duntaxat uno; ſic uno piaculo facto quatuor hæc admiſſa homini remitterentur univerſa: ut ſi poſthac reſciſſet totum, nihil eſſet, cur ſacrum piaculare faceret aliud. Qui ſi principiò reſciſſet ſe opus meſſorium feciſſe cogitantem de ſabbato, de operibus autem in ſabbatum interdictis non cogitantem, idque ſacro piaculari luiſſet, omninò meſſorium hoc opus, cujus in notitiam veniſſet, ei condonaretur: condonaretur & opus meſſorium ac molarium illud, quod ſine cogitatione ſabbati; & cum operum in ſabbatum interdictorum cogitatione fecerat, quippe quæ duo opera unius operis eſſent inſtar, adeo; ut meſſorium ſimul & molarium opus opere meſſorio altero implicarentur: at illud molarium opus, quod idem fecerat cogitans de ſabbato, id verò reſtaſſet donec ab eo reſcitum altero ſacrò piaculari lueretur. Si verò meſſuiſſet id, quod magnitudine dimidiam caricam exæquaret non cogitans de ſabbato ſcilicet; at de operibus in ſabbatum interdictis cogitans: idemque deinde meſſuiſſet tantundem cum cogitatione ſabbati; & ſine operum in ſabbatum interdictorum cogitatione, opus alterum altero conjungeretur, meſſorium, inquam, opus opere meſſorio implicaretur. Atque eadem erat ratio & cæterorum id genus operum.

§. II. Si quis evulſum humo quid cogitaſſet ſabbato diſſecare, atque diſſecuiſſet aliquid radicibus humi defixum, etſi habuerat in animo diſſecare quid, nihilominus tamen piaculari ſacro, quoniam non fecerat id ipſum, quod cogitarat, ſolutus

 erat.

erat. etenim hic velut aliud agens opus hoc ſecerat: atqui id demum Lege ſancitur, ne ſabbato quid operis cogitatò fiat, ut jam ſæpe nobis dictum eſt.

§. XII. Cùm ſabbato quis captos è ſoco carbones in vas aliquod impoſuiſſet ſic, ut inverſos ſuperiores extinxiſſet, inflammaſſet inferiores, is ſi hoc ei propoſitum erat, reſtinguere carbones alios, alios inflammare, piacularibus ſacris aſtringeretur duobus. Jam ſi carbones eò cepiſſet, ut his capiendis ſeſe calfaceret; tum autem ipſi per ſe carbones inflammarentur, item piacularibus ſacris duobus aſtringeretur. opus enim ipſum etſi non requirebatur, nihilo ſecius pœna obligabat, id quod diſputatione de ſabbato poſuimus. Sicut igitur de induſtria hoc facientis erat pœna exitium, item & imprudenter admiſſum ſacro piaculari luendum erat.

CAPUT OCTAVUM.

De hoſtia pro delicto dubio, cujus erat vis, ut admiſſum dubium ſuſpenderet ac ſuſtineret uſque, dum pro certo comperiretur culpa. Nunquam requiri hoſtiam pro delicto ſuſpenſo, niſi addubitatæ rei interdictio quidem certè explorata eſſet. Ut unum & idem erratum certum ac compertum aliquando multis ſacris expiabatur; ſic dubium ac ſuſpenſum multis interdum lui piacularibus iis, quæ fuerant incertis delictis conſtituta.

§. I. QUOD peccatum cunque per imprudentiam admiſſum ſtato ſacro piaculari luendum erat, id ſi cui eſſet minùs compertum, hoſtiam requirebat eam, quæ delictum ſuſpenderet: Jam minùs compertum eſſe peccatum alicui dicebatur, cùm is ambigeret, erraſſet in aliqua re, necne: hic immolare hoſtiam pro delicto ſuſtinendo jubebatur: verba

Lev. 5. 17, 18. Legis ſunt iſta. *Si quis deliquerit, contra præceptum aliquod Dei commiſerit, nec ſatis ſciret, an quid commeruiſſet, aut peccaſſet: Ducito arietem ſanum & integrum de pecore pro noxia,*

noxia, habitâ videlicet æſtimatione paulo ſuprà tibi commemoratâ. Atque hæc eſt illa, quæ vulgo dicitur hoſtia pro delicto ſuſtinendo, quippe qua expiatione dubium hominis admiſſum ſuſpenderetur interea, dum pro certo comperiret ſe commeruiſſe culpam imprudenter: quam deinde ſtata hoſtia piaculari luebat.

§. II. Nunquam verò aſtringebatur hoſtiâ illâ delicto incerto conſtitutâ quiſquam, niſi eſſet ipſamet interdictio certa, ratáque: rem exemplis illuſtremus. Si quis adipis aliquid ediſſet, neſciret autem utrùm illud aliquid exæquaret olivæ magnitudinem, an eo minus eſſet: ſi appoſitis ex offis duabus adipis & pinguedinis, alteram comediſſet, & ignoraret utram: ſi, cùm uxorem ſuam & ſororem ſecum in unis ædibus haberet, earum alteram ſubagitaſſet ſic, ut neſciret utram: ſi ſabbatum & diem profeſtum vocaret in dubium, id eſt, ſi alterutrum impendiſſet operi faciundo, & neſciret utrum: ſi probè ſciret ſe feciſſe ſabbato opus; verùm enim neſciret illud cujus eſſet generis, utique mactaret hoſtiam delicto incerto ac ſuſpenſo conſtitutam: atque ita erat & de cæteris horum ſimilibus. Si quis autem unam aliquam offam appoſitam, de qua non liqueret, eſſetne pinguedinis, an adipis, comediſſet; is hoſtiâ delicto ſuſpenſo conſtitutâ ſolutus eſſet ideo, quòd hîc omninò certa ſubeſſet interdictio nulla: Si quis * adipem illius animantis noſtris indefiniti comediſſet, hoſtiâ delicto ſuſpenſo conſtitutâ ſolutus eſſet, quia enim nulla hîc certa ſubeſſet interdictio: Si

§. II. *Adipem illius animantis noſtris indefiniti,* &c. De adipe generatim ſancitur, *Lev.* 3. 17. *Hoc edictum in poſterum, ubi ubi degatis, obſervatote, ne adipe, neu ſanguine veſcamini.* Rurſus, cap. 7. v. 23. nominatim cavetur, *Adipe bovis, & pecoris oviarici & caprini ne veſcamini.* Ac convenit hoc inter Hebræos ſcriptores omnes, harum demum beſtiarum, quæ poſteriori loco nominatim proferuntur, adipe interdictum. Nimirum his ſolis quadrupedibus fiebant ſacrificia, ex quibus adeps Deo cedebat: igitur ne veniret uſus, ut adipe ſacrorum quis abuteretur, & ſacrilegio ſe obſtringeret, omninò interdictum eſſe ne quis veſceretur adipe harum beſtiarum, quæ eſſent ad rem divinam faciendam aptæ: ferarum autem, quoniam non erant ad rem divinam idoneæ, illarum adipe æquè ac carne veſci fas eſſe. Jam hoc animal, quo de nunc agitur, כוי Hebræis dicitur. Hoc eſſe peculiare quoddam animalis genus alii volunt, in his *Majemonides* noſter & R. *Obadias Bartenurâ:* nec conſtituiſſe ſapientes illos Judæorum magiſtros quod & quale genus id eſſet, cicur, an ferum. Aliis placet id eſſe, quod ex hirco & caprea naſcitur: hoc verò ſemiferum eſſe ceu quod ex uno domeſtico & altero fero animali natum, cujuſmodi ſoboles hybrida vocatur.

Si quis cùm muliere corpus miſcuiſſet, deinde veniret in dubium anne ea menſtrualis eſſet, aut ejuſmodi conſanguinea, quacum ne ſe conjungeret, Lege ſancitum eſt, hoſtiâ delicto ſuſpenſo conſtitutâ liber eſſet propterea, quòd hîc nulla certa ſubeſſet interdictio. Quare mulier ſi poſt tempus * in peniculo teſte ſuo ſanguinem inveniſſet: & ſi quis mortui nec ulla relictâ prole fratris uxorem ſibi deduxiſſet domum intra tres primos à morte fratris menſes; ità, ut eſſet dubitandi locus, utrùm proximus ejus partus è viro ſuperiore poſt menſem nonum, an è poſteriore menſem poſt ſeptimum eſſet editus, hoſtiâ dubio delicto conſtitutâ fuiſſent liberi: atque ſic ſe habebant & cætera hujuſmodi; quia enim hîc interdictio certa nulla fuerat.

§. III. Si cui poſt offam inconſideratè ſumtam, id quod ſumſiſſet adipem eſſe pro teſtimonio diceret unus homo, & alter negaret: aut adipem fuiſſe mulier una teſtificaretur, altera contrà, hîc, quoniam ipſamet interdictio certa foret, & ambigeret homo, peccaſſet, necne; hoſtiam dubio & ſuſpenſo delicto definitam utique mactaret. Item ſi quis rem habuiſſet cum muliere nupta, cujus virum vitâ deceſſiſſe teſtis eſſet unus, & alter eidem etiamdum vitam manere; hoſtia incertæ noxiæ definita aſtringeretur. Atque eadem erat ratio ſi dubitaretur mulieri nuncius eſſet à viro remiſſus, necne, ſiquidem & hîc certa fuerat interdictio: cùm verò dubitaretur connubione juncta viro eſſet unquam, dicatáque, annon; omninò certa interdictio nulla fuerat.

§. IV. Si quis Iſraelitarum ex appoſitis offis duabus adipis & pinguedinis unam comediſſet, & alteram dein ethnicus adveniens, vel canis: contráve primùm aut ethnicus, aut canis earum unam comediſſet, & alteram adveniens Iſraelita: vel idem Iſraelita ſciens & volens earum primam comediſſet, & alteram inſciens: contráque comediſſet primam per imprudentiam, & alteram per audaciam, hoſtiâ noxiæ incertæ conſtitutâ aſtringeretur; quia enim certa fuerat hîc interdictio. Qui ſi comediſſet ambas ſciens, ſacro ſolutus eſſet: rurſus ſi comediſſet ambas

In peniculo teſte ſuo. Vide hac de re quæ dicta ſunt cap. 5. hujus tractatus ad §. 6. fiet ſatis.

§. V. *Cre-*

ambas inſciens, ſacro piaculari aſtringeretur. Idem hic Iſraelita ſi comediſſet harum unam imprudens, & alteram alter Iſraelita adveniens itidem imprudens; uterque hoſtia incerto ac ſuſpenſo delicto definita aſtringeretur: quod idem dicendum eſt de cunctis horum ſimilibus.

§. V. Si quis ex adipe, ſacróque poſt legitimum tempus relicto, cùm fuiſſent ſimul appoſita, comediſſet alterum, atque neſciret utrum: ſi, domi ſecum habens menſtrualem uxorem & ſororem ſuam, earum alteram ſubegiſſet imprudens, ac neſciret utram: ſi ſabbatum, ſolemníſque dies Expiationum cùm deinceps ſequerentur, * crepuſculo inter utrumque medio opus feciſſet, omninò ſacro aſtringeretur nullo: non ſacro piaculari, quòd admiſſæ in ſe culpæ naturam & vim ignoraret ſic, uti poſitum eſt: neque porro aſtringeretur hoſtiâ delicto ſuſpendendo conſtitutâ propterea, quòd certò ſciret eſſe peccatum à ſe.

§. VI. Quodcunque peccatum certum ſtato ſacro piaculari luebatur uno, id incertum & unicâ hoſtiâ dubio delicto conſtitutâ ſuſpendebatur. Et quodcunque certum admiſſum ſacris piacularibus multis lueretur, hoc incertum item ſuſpenderetur multis hoſtiis dubio delicto conſtitutis: conveniebat numerus. Quemadmodum igitur quis cùm per errorem unum comederat & adipem, & ſanguinem, & rem divinam præter tempus legitimum relictam, & offam ſacri turpificati, ſacris piacularibus aſtringebatur quatuor, ſic ſi dubitaret hóſne jam nunc commemoratos, an legitimos cibos propter appoſitos cepiſſet, quatuor immolare hujuſmodi hoſtias, quæ delicta ſuſpenderent, cogebatur. Item ſi quis addubitaret utrùm cum uxore ſua rem habuiſſet, an cum ſimul habitante muliere conſanguinea tali, qualem ſi probè ſciret ſubactam à ſe per errorem, aſtringere-tur

§. V. *Crepuſculo.* Hebræis dicitur בין השמשות, *inter duos ſoles.* Nempe dies civilis, ſeu converſio ſolis ea, quæ conficitur horis quatuor & viginti, quoniam iiſdem ducitur ab occaſu ſolis ad occaſum, nomine ſolis appellatur, ſic; ut crepuſculum veſpertinum inter duos ſoles ſit intermedium. Ad conſuetudinem latinam dies naturalis, planiùs dicam, ſpatium temporis, quod intercedit ab ortu ſolis ad occaſum, uno verbo, lux vocatur in numero multitudinis *ſoles:* ita *Maro,* tertio *Æneidos,*

Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago, totidem ſine ſydere noctes.

Ita probatiſſimi quique ſcriptores, dulces mihi ſoles ſurgunt, conſumere longos ſoles cum aliquo, candidi ſoles fulſere mihi.

§. IV. *Diſ-*

tur octo ſacris piacularibus, jus erat ab eo totidem immolari hoſtias dubium delictum ſuſpendentes.

§. VII. Si quis poſtea, quàm offis è duabus comederat alteram, dubitaret utrùm adipis, an pinguedinis offam comediſſet: tum idem, poſt hunc ſcrupulum injectum, cùm denuò duabus ex offis alteram comederat, addubitaret etiam offam adipis, an pinguedinis comediſſet, duas immolaret hoſtias ejuſmodi, quibus incerta delicta ſuſpenderentur.

§. VIII. Nimirum ut explorata notitia intermedia erratum dirimebat adeo, ut oporteret compluribus ſacris piacularibus lui, ſic intermedia dubitatio diſcriminabat erratum eatenus, ut hoſtiæ complures ejuſmodi requirerentur, quæ noxias incertas ſuſpenderent. Si quis igitur offas adipis comediſſet quinque per errorem unum, ſingulas ſcilicet olivæ magnitudine pares, atque poſt primam particulam comeſam injectus eſſet homini ſcrupulus & dubitatio, itémque poſt comeſam particulam alteram, & ſic deinceps poſt unamquamque particulam comeſam, ſuam quæque particula poſtularet hujuſmodi hoſtiam, quæ requirebatur ad ſuſpendendam incertam noxiam.

§. IX. Si quis duabus ex offis pinguedinis & adipis unam ediſſet, atque eam, quæ valeret ad ſuſpendendum incertum delictum hoſtiam immolaſſet ideo, quòd utram tandem harum duarum offarum comediſſet, ignoraret: idemque deinceps comediſſet imprudens & offam alteràm; ſacrum piaculare faceret: ſin alius hanc alteram offam imprudens ediſſet, hic quoque mactaret eam, quæ ad incertum delictum ſuſpendendum valebat, hoſtiam, id quod jam alio loco diſputavimus.

§. X. Ex duabus offis adipis profani, & ſacri præter tempus legitimum relicti, ſi quis ediſſet unam, & ignoraret utram; hic ſacrum piaculare faceret nomine comeſi adipis, & ſacri præter tempus relicti nomine immolaret hoſtiam illam, quæ noxiam incertam ſuſpenderet. Idem ſi deinceps per errorem alterum alteram offam etiam ediſſet, ſacra piacularia faceret tria: quæ ſi offa altera valeret obolo, inſuper immolaret hoſtiam certo delicto conſtitutam; id adeo, quod abuſus ſacro fuiſſet. Jam his duabus ex offis ſi comediſſet unus unam, & alteram alter interveniens, uterque ſacrum piaculare faceret, inſuper & hoſtiam immolaret eam, quæ noxiam incertam ſuſpenderet. Etenim ita judicabatur & de cæteris horum ſimilibus.

CAPUT

CAPUT NONUM.

Certam hoſtiam pro delicto immolari quinque de cauſis, de flagitio in ancilla deſponſata commiſſo, de rapina, de ſacrilegio, de Nazaræatu contaminato, & de lepris.

§. I. OMninò quinque de cauſis immolabatur hoſtia pro delicto ea, quæ, quoniam non erat de dubio, certa hoſtia pro delicto paſſim appellatur. En illæ tibi: de flagitio in ancilla deſponſata commiſſo; de rapina; de ſacri diminutione; de labe *Nazaræatus* inquinati; & de lepris tum, cùm denique luſtrarentur. Ac primùm de deſponſata ancilla, ſi ſubegiſſet eam aliquis ſciens, inſciens; is hoſtiam pro delicto commemoratam immolaret, dummodo grandis ancilla ſciens, voléntſque ſe homini dediſſet, & quæ eadem jugatum ſibi virum experta jam eſſet, quæ verberibus coerceretur, hic enim Legis verſus, *Pœna verberatio eſto* .... *Tum ipſe adducito hoſtiam pro delicto ſuam,* hoc vult ſcilicet, mulierem multari verberibus, & à viro fieri ſacrificium. Lev. 19. 20, & 21.

§. II. Jam hoc traditum eſt noſtris, mulier ejuſmodi verberibus cùm damnaretur, tum & ſacro alligari virum: rurſum cùm illa verberibus eſſet ſoluta, ſolutum ſacrificio illum eſſe pariter.

§. III. Puer novem annos & diem unum natus ſi ſubegiſſet ancillam deſponſatam, hæc verberibus cæderetur, & ab illo ſacrum fieret. Ac mihi quidem videtur ſacrum hoc ab illo, cùm adoleviſſet, & ratione uteretur, demum faciendum eſſe.

§. IV. Jam illam, de qua Lege commemoratur, ancillam deſponſatam * diſputatione de concubitibus interdictis expoſuimus,

§. IV. *Diſputatione de concubitibus interdictis*, &c. Ibi noſter cap. 3. ar. 13. hæc ea de re verba facit. Ancilla deſponſata, quæ Lege commemoratur, illa mulier erat partim ſerva, partim libera, eademque dicata ſervo Hebræo: etenim in hanc rem à Lege dicitur *Lev.* 19. 20. *Morte ne plectuntor, quoniam emiſſa non eſt.* Atqui mulier illa ſi fuiſſet ex toto libera, utique mors eſſet judicii pœna de concubitu ejus, quippe quæ legitimo connubio juncta viro, propriáque dicata foret, id quod diſputatione de connubiis jam expoſuimus. Et locus ille quidem ſic à noſtro *Majemonide* explicatur in illa diſputatione de connubiis cap. 1. ar. 3. Jam ubi fuerit adquiſita mulier atque dicata, tametſi nondum eſt viro conjuncta, nec deducta domum, nihilominus ejus ſit uxor, ſic; ut ſi quis præter illum cum ea corpus miſcuerit, hunc morti judices addicant, atque eam ille ſi repudiatam eſſe velit, repudii libello opus ſit.

§. I. Con-

imus, quæ fuerit: tum conjunctionem ejus, niſi more uſitato peractam, pœnâ lui nullâ. Si erat igitur, ut homines duo ſubactam eſſe ab aliquo ancillam deſponſatam dicerent ipſe negaret à ſe ſubactam eſſe, crederetur ipſi adeo; ut ob illorum aſſirmationem neutiquam ſacro obligaretur: ſolus enim ipſe probè ſciret coitum abſolviſſet, necne; ita quòd negabat à ſe ſubagitatam eſſe, eò ſpectabat, ut ſignificaret non exactam eſſe ſubagitationem.

§. V. Cum ejuſmodi ancilla qui cubuerat ſæpenumerò, unam duntaxat immolaret hoſtiam pro delicto, neceſſe erat: ſæpius, inquam, ancillam ejuſmodi quis aut prudens ſubagitarit, aut ſemel per imprudentiam, culpámque reſcierit: tum eandem ſubegerit iterum per imprudentiam, culpámque reſcierit, & ſic deinceps vel centies, omninò hoſtiam pro delicto mactaret unicam, qua totum hoc maleficium procuraretur, & expiaretur quidquid in eo contumaciter, quidquid imprudenter admiſſum erat: ita, ſi cum una & eadem ancilla tali rem habuiſſet: verùm enim ſi complures ejuſmodi ſubegiſſet ancillas vel per errorem unum, ſuam cujuſque ancillæ causâ hoſtiam pro delicto immolari jus erat.

§. VI. Si quis poſteà, quàm, talem ob ancillam à ſe ſubagitatam conſecrarat hoſtiam pro delicto, denuò ſubagitaſſet eam ipſam; ſuam cujuſque ſubagitationis nomine hoſtiam pro delicto immolari conveniret: conſecratio videlicet hoſtiæ pro delicto, illa maleficium quaſi diſtraxiſſet, perindéque fuiſſet, ut ſi, poſt hoſtiam pro delicto ritè mactatam, ancillam eandem iterùm amplexus eſſet. Similiter hujuſmodi unam aliquam ancillam quinquies per errorem eundem amplexus eſſet aliquis, idemque deinde reſcierit amplexum unum, & hujus ergò hoſtiam pro delicto conſecrarit, tum reſcierit & alterum amplexum; ejus cauſa hoſtiam pro delicto alteram conſecraret, oportebat. amplexus enim iſtos uno errore implicarat omnes: verùm, quoniam alterum eorum poſt conſecratam hoſtiam pro delicto demum reſcierat, proinde fuerat, ac ſi ancillam iſtam ſecundò amplexus eſſet poſt conſecratam hoſtiam pro delicto. Scilicet in ancilla tali labentis inſcienter, atque ſcienter peccantis jus erat idem.

§. VII. Ad

§. VII. Ad rapinam quod attinet, quicunque ex Iſraelitæ bonis ceperit quod oboli eſſet, vel eo pluris, id clepſerit, rapuerit, depoſitum, commodatum, nomine ſocietatis in commune datum, aut quoquo modo creditum interverterit, abnegarit, & idem prudens vel imprudens abjurarit; maleficii expiandi cauſa hoſtiam pro delicto immolaret: atque hæc eſt illa, quæ vulgo dicitur, *hoſtia pro delicto rapinarum:* id verò divina Lex apertè dicit; hac hoſtiâ pro delicto non expiari hominem iſto maleficio obſtrictum, niſi rem interverſam ſuo domino reſtituerit: ſedenim ſorti quæ fuerat addenda quinta pars, expiationi nihil obſtabat. Atque tractatu de Jurejurando jam hoc nos accuratè diſputavimus, iſto perjurio ubi quis obſtrictus eſſet, adeoque immolare commemoratam hoſtiam pro delicto deberet, & rurſum ubi quis ſolutus eodem eſſet: porro quemadmodum numerus hoſtiarum pro delicto tum æquaretur cum perjuriis, tum plus unâ debita non eſſet.

§. VIII. De ſacri diminutione, cùm rem Deo ſacram, quæ eſſet oboli, ad uſum ſuum quis tranſtuliſſet imprudens, commodum inde perceptum reſtitueret, addita etiam quinta parte, tum hoſtiam illam pro delicto immolaret, impetrarétque veniam. Atque diſputatione de ſacrorum abuſu jam hoc nobis dictum eſt, ſacrificium iſtuc & ſolutionem interverſæ ſortis, venia quominus impetraretur, obſtare ſcilicet; acceſſionem illam quintæ partis non item.

§. IX. Qui rem divinam, in qua fuiſſet ſacrilegio locus, diſpertitam in fercula quinque, comederat per errorem unum, cùm ea fuerit ex uno eodemque ſacro tota, debebat tamen hoſtiam pro delicto ſuam cujuſque ferculi nomine, ſi modo quodque ferculum continuiſſet id, quod eſt oboli. namque ſacrilegium in multa & varia quaſi genera diſtingueret pulmentorum varietas. Atenim non diſtinguebat maleficium in cæteris eſcis interdictis, quarum pœna erat exitium? Verò: ſed majorem habebat cautionem ſacrilegium: ex eo commodum obtuliſſes alteri, idem faceres, ac ſi cepiſſes ipſe; quamvis minutæ particulæ identidem detractæ etiam in bene longum tempus inter ſe conjungerentur ad explendum modum definitum: mandata cujuſpiam ſacrilega quis exequeretur, eum, à quo data fuiſſent, ſacrilegio obſtrinxiſſet: quæ omnia ſecus erant in cæteris interdictis cibariis.

§. X. Qui debebat certam illam hoſtiam pro delicto, is, ut admiſſum ſuum antè, quàm hoſtiam immolaret, reſciſſet, oportebat: talis igitur hoſtia ante cognitum admiſſum immolata homini poſtea hoc reſcienti prorſus ad expiationem nihil conduxiſſet. Jam in ejuſmodi culpa, propter quam certa fuit hoſtia pro delicto immolanda, rex, ſacerdos, pontifex, & unus de multis planè pari conditione fuerant.

§. XI. Qui dubitaret maleficium ejuſmodi, quod certâ hoſtia pro delicto luendum erat, admiſerit, necne, omninò omni ſacro ſolutus erat. Ergo in ſacrilegium incertum qui incurriſſet, nullâ pœnâ obligaretur, ſic; ut in diſputatione de ſacrorum abuſu poſuimus.

§. XII. Ex offa profana & offa ſacra ſimul appoſitis ſi quis unam ediſſet, & neſciret utram, pœna liber erat: rurſus ſi comediſſet & alteram, ſacrilegii nomine hoſtiam pro delicto immolaret: alteram verò cùm ediſſet alter, uterque ſolutus ſacro fuerat.

§. XIII. Ex duabus offis nec ulla varietate diſtinctis, quarum eſſet adipis altera, altera rei divinæ, ſi quis ediſſet unam, adipis nomine mactaret incertam hoſtiam pro delicto: idem & alteram ſi comediſſet, eſum adipis hoſtia piaculari lueret, & mactaret certam hoſtiam pro delicto propterea quòd comedenda re divina ſacrilegii ſe alligaſſet: ſin interveniens alter alteram ediſſet, & alter iſte quoque mactaret incertam illam hoſtiam pro delicto. Et duabus ex offis indiſtinctis, quarum fuiſſet altera profanæ adipis, altera adipis ſacræ, ſi quis unam ediſſet, eſum ſacro piaculari lueret: idem ſi poſtea, quàm reſcierat ſe primam offam imprudenter ediſſe, ediſſet & alteram, duo faceret ſacra piacularia, inſuper & admiſſi ſacrilegii nomine mactaret certam hoſtiam pro delicto. Sin adveniens alter alteram offam ediſſet, ſuum uterque piaculum modò faceret. Quid autem eſſet, cur utendæ rei ſacræ vetitum vetito adipis edendæ, tum cuivis hujus generis interdictioni ſuperadderetur, in diſputatione de cibis interdictis jam ediſſeruimus.

CAPUT

CAPUT DECIMUM.

Sacrificium inæquabili varietate diſtinctum, quod עולה ויורד *aſcendens & deſcendens Hebræis dicitur, quod & quale foret? Quinam hujuſmodi ſacro alligarentur?*

§. I. QUOD ſacrificium inæquabili varietate diſtinctum erat, id facere jubebantur iſti ſex. Leproſus: puerpera: * conſcius alicujus rei, qui prudens, vel imprudens dediſſet jusjuran-

§. I. *Conſcius alicujus rei, qui prudens vel imprudens,* &c. Sunt jurandi genera quatuor: jusjurandum futile: jusjurandum vanum: jusjurandum depoſiti: jusjurandum teſtimonii. De jurejurando futili præcipitur *Lev.* 5. 4. *Si quis eſſet, qui futile jusjurandum juraſſet in bonum, vel in malum.* Hoc jurandi genus diſtribuitur in partes quatuor: nam duæ præteriti ſunt, & duæ futuri temporis: ut ſi quis in præteritum tempus det jusjurandum aliquid factum, contráque non factum eſſe, & in futurum fore ut aliquid fiat, non fiat.

Jurijurando futili tam in præteritum, quàm in futurum non eſt locus niſi in iis, quæ fieri poſſunt, rebus. Jam in præteritum exemplum hujus generis erit. Cibum ab aliquo ſumtum: lapidem in mare projectum: hunc cum illo collocutum: contráque cibum ab aliquo non eſſe ſumtum: non eſſe projectum in mare lapidem: nullum ab illo huic verbum factum. In futurum erit ejuſdem generis exemplum: hominem iſtum cibum eſſe capturum, non eſſe capturum, in mare jacturum eſſe, non jacturum eſſe ſaxum. Habes hujuſmodi jusjurandum unum & item alterum in præteritum, atque etiam in futurum unum & item alterum.

Ad horum quatuor modorum aliquem jurare & contra facere, cibum non iri captum, & capiatur; captum iri, nec capiatur; captum eſſe qui non ſit captus; non eſſe captum qui captus ſit, perjurium eſt. Nam in hæc & horum ſimilia edictum eſt, *Lev.* 19. 12. *Ne per nomen meum falsò juratote.* Si quis igitur falsò juraſſet per audaciam, verberibus coerceretur: per imprudentiam, obligaretur ſacro inæquabili varietate diſtincto, id quod præſcriptum eſt *Lev.* 5. 4. *Et id per errorem tum agnoverit erratum,* &c.

Jusjurandum vanum ſimiliter quatuor in partes diſtinguitur: primùm ſi detur jusjurandum manifeſtò falſum, virum verbi gratiâ mulierem eſſe, contráve mulierem natam eſſe virum, auream eſſe columnam marmoream, & horum ſimilia; deinde ſi juretur in rem perſpectam, de qua nullus eſt dubitandi locus, cœlum eſſe cœlum, lapidem eſſe lapidem, dentes eſſe dentes: nemo videlicet homo hoc de genere ambigit, ut ad rem confirmandam jurejurando opus ſit.

Tum ſi quis juret ſe non eſſe facturum id quod Lege ſancitum eſt: hujus rei ſit exemplum, non eſſe futurum, ut fimbriis præſcriptis ſeſe velet, ut ſe phylacteriis induat, ut feriis umbraculorum umbraculum habeat, ut ſolemni Paſchæ nocte pane azymo veſcatur; item ſi interpoſito jurejurando jejunium ſibi indixerit in ſabbata diéſque feſtos & ſolemnes, atque horum ſimilia.

Poſtremò, ſi quis jusjurandum dederit ſe facturum id quod non poteſt. Exemplum hujus ſit, ſe dies tres & totidem noctes continenter vigilaturum, nihil eſculentum eſſe guſtaturum hebdomadâ perpetuâ, atque horum ſimilia. Quicunque unum aliquod ex quatuor iſtis jusjurandum vanum jurarit, contra vetitum committat, ſiquidem ſcriptum legimus, *Exod.* 20. 7. *Ne Jehovæ, Dei tui, nomen in vanum adhibeto.*

Tertium genus erat jusjurandum depoſiti:

jusjurandum nihil ſibi iſtius rei eſſe cognitum: qui incogitans futile jusjurandum juraſſet, & idem falſum: inquinatus ſi rem ſacram imprudens ediſſet: & inquinatus in templum ſi veniſſet imprudens.

§. II. Atqui puerpera ſi dives erat agnum anniculum ad ſacrificium ſolidum præbebat, & columbæ pullum, aut turturem ad ſacrum piaculare. Cujus ſi res non pateretur id ab ea fieri, fieret eo minus: turtures aut columbæ pullos præberet duos: unum ad ſacrificium ſolidum, & alterum ad ſacrum piaculare. Quin etiam huic ſi ſatis eſſet facultatis ad præbendum anniculum agnum, ad ejus adhibenda libamenta non eſſet; nihilo ſecius pauperis ſacrum faceret.

§. III. Qui

ſiti: nempe qui rem alienam habeat, ſeu illam depoſitam, aut commodatam; ſeu ſurreptam, aut dereptam; ſive caſu fortuito inventam non reſtituat, aut alio conſimili modo obtineat; hic ſi repetitam abneget, contra vetitum committat. nam quod ſcriptum videmus, *Lev.* 19. 11. *Ne mentimini*, hoc monet rem alienam ne quis abneget: neque tamen ob hoc vetitum neglectum verberibus afficiebatur. Qui ſi rem eandem inſuper etiam abjurarit, commiſerit & contra vetitum alterum: quod enim dicitur eódem loci, *Neu fraudem alius alii facitote*, hoc cavetur, ne quis rem alienam, quam inficiatus ſit, etiam abjuret: atque hoc eſt illud, quod jusjurandum depoſiti nuncupatur. Sed quanam pœna tenebatur is, qui falſum dediſſet jusjurandum depoſiti? Solvebat ſortem rei abnegatæ addita etiam quinta parte, & immolabat certam hoſtiam pro delicto: in quo quidem nihil differebat inter audaciam & imprudentiam; videmus enim ſcriptum, *Lev.* 5. 20. *Si quis depoſitum, aut creditum abnegarit, aut ſocio quid eripuerit*, &c. *Si peccatum commiſerit, maleficiumque perfecerit.* ubi non additur, *per errorem*, quippe ſcienti imprudenti pœna conſtituitur eadem. Ita res erat, ſi fraudulentus homo depoſitum, aut commiſſum ac creditum in memoria tum habuiſſet, cùm abjuraret. ſin autem homo amiſiſſet è memoria eſſe ſibi rem alienam, tum abnegaſſet, abjuraſſet, atque reſciſſet, impune eſſet, quippe vi coactus feciſſet. Similiter ſi interdictum eſſe ne quis inficiationem rei alienæ jurejurando confirmaret prorſus ignoraſſet, ut vi coactus impunè haberet. Quid igitur loci relinquebatur imprudentiæ in jurejurando depoſiti? ſi quis noſſet id eſſe vetitum, noſſet eſſe ſibi rem alienam, non noſſet id ſacro aſtringeret, necne; hæc erat imprudentia: audacia erat cùm probè teneret & jusjurandum illud ſacro aſtringere. Venio nunc ad jusjurandum teſtimonii. Si conſcii rei familiaris, quæ in controverſiam venerat, appellati teſtimonium negarent, & jusjurandum darent ſe nihil quidquam ejus ſcire, hoc illud erat, quod jusjurandum teſtimonii nominabatur. Hoc ſcientes juxta, atque imprudentes obſtringebat ſacro inæquabili varietate diſtincto. nam quod dicitur *Lev.* 5. 1. *Si quis peccarit ſic, ut vocatus ad jusjurandum de re quapiam, cujus ſit conſcius*, non expreſſa hac diſtinctione *per errorem* declarat audaciæ pœnam eandem ac imprudentiæ conſtitui. Jam in jurejurando teſtimonii imprudentia erat ſi qui id homines obligare ſacro neſcirent, & ſcirent. id eſſe vetitum quippe falſum: audacia verò erat ſi ſcirent etiam illud homines ſacro alligare. nam ſi qui ignoraſſent jusjurandum illud interdictum eſſe: ſi teſtimonium obliti juraſſent ſe ſcire nihil, tum reſciſſent ſe teſtimonium habuiſſe, juraſſe falſum, hi, ut vi coacti, ſoluti ſacro fuerant. Hæc à *Majemonide* noſtro diſputantur primo capite tractatus de jurejurando: magis fusè confuséque diſputantur tractatu Talmudico, qui eſt de jurejurando, & pleraque ferè capite tertio, nonnulla capite primo.

§. XIII. *Ni-*

§. III. Qui verò à leprarum colluvie purus evaſerat, is præbebat ad rem divinam pecudes tres: in his agnos duos; unum ad ſacrificium ſolidum, & alterum ad hoſtiam pro delicto; tum verò agnam ad ſacrum piaculare. Quod ſi facultates non ſinerent, præbebat turtures, aut columbæ pullos duo, unum ad ſacrificium ſolidum, & alterum ad ſacrum piaculare: prætérea autem præbebat agnum in hoſtiam pro delicto.

§. IV. Jam conſcius rei cujuſpiam, qui dederat jusjurandum nihil hac de re ſibi notum eſſe: quique futile jusjurandum jurarat incogitans: quique rem divinam temeratus ederat imprudens: item qui temeratus in templum venerat imprudens, ſacrificaret aut agnam, aut hœdam, quales cunctæ ſtatæ hoſtiæ piaculares erant. Quod ſi præ rei familiaris anguſtiis non poſſet, duos præberet turtures, aut totidem columbæ pullos: unum ad ſacrificium ſolidum; & alterum ad ſacrum piaculare. Sin nec volucres quidem liceret per facultates præbere, præberet decimam partem Æphæ ſimilaginis. Nimirum hoc illud eſt, quod *fertum peccatoris* vulgo dicitur. Jam hoc quemadmodum efficeretur tractatu de ratione ſacrificiorum faciendorum diligenter diſputatum eſt.

§. V. Omninò hæc omnia ſacra dilucidè Lex explicat, & quis quoque horum alligaretur: excipe tamen temeratum hominem, qui templum intraſſet imprudens, quique ſacrum ediſſet. nam à Lege quidem in hunc locum ita dicitur, *Si quis* Lev. c. 5. v. 1, *eſſet, qui peccatum hoc commiſiſſet, ut adactus jurejurando,* &c. 2, 4, 5. *item ſi quis eſſet, qui immundum quidpiam attigiſſet,* &c. *item ſi quis eſſet, qui futile jusjurandum juraſſet,* &c. *ſi eſſet, ut quid horum commiſiſſet aliquis,* &c. verùm hoc noſtri auditum habent, hìc inquinamenti ſacro alligari eum, qui contaminatus cùm eſſet, in ſacrarium introiſſet, ſacrúmve comediſſet inſciens: ſed verò iſtæc ipſa traditio ex Lege nihilo minus liquidò efficitur. Nimirum homini, qui ſacrum comederit inquinatus, divina Lex expreſsè pœnam conſtituit exitium: & huic itidem, qui contaminatus in ſacrarium introierit: *Si quis*, ait, Ibid. 7. 20. *victimæ pacificæ carne tum veſcetur, cùm erit inquinamento temeratus, interibit:* tum de homine, qui templum auguſtum minus purè adierit, ita dicit, *Hic ex Eccleſia tolletur, quia* Num. 19. 20. *enim ſanctuarium polluit.* Ex hoc igitur, quòd de templo &

ejus

ejus ſacris temeratis hominem exitio Lex addiceret, conſequens erat illud, ut conſtituendis ſacrorum generibus etiam explicatè diceret quo tandem ſacro alligaretur is, qui per imprudentiam hæc commiſerat eadem.

§. VI. Quod ſacrum cunque debitum ab uxore fuerat, pro ea vir exolvebat: is igitur, cùm eſſet pauper, pauperi præſcriptum ſacrum: cùm dives, diviti conſtitutum pro ea ſacrum faciebat. Porro pro ſuo quiſque filio & filia, ſervo & ancilla conſtitutum pauperi ſacrum faciebat. Et viciſſim hos eoſdem ut ſacris paſceret, licebat.

§. VII. Rex, & pontifex ſi conſcii rei cujuſdam jusjurandum dediſſent nihil ejus ſibi cognitum: ſi jusjurandum ſutile juraſſent: ſi templum, ejúſve ſacra temeraſſent, eadem, atque homines privati ſacra facerent. In ſacris enim literis nec ullum eſt diſcrimen inter ſacrum regis, & ſacrum privati hominis, atque ſummi ſacerdotis, niſi cum præcipitur de officiis illis, quæ ſi neglexiſſes inſciens, ſtato ſacro piaculari lueres ſic, ut alio loco poſuimus: verùm in ſacro inæquabili varietate diſtincto pares & æqui erant inter ſe omnes. Expoſuimus jam diſputatione de Jurejurando quando quis ideo, quòd conſcius alicujus rei controverſæ jusjurandum dediſſet ſe nihil ejus ſcire, quódque futile jusjurandum juraſſet, ſacro aſtringeretur, aut ſolutus eſſet: & quemadmodum hoc aut illud ſacramentum ſæpenumerò repetitum aliàs non expiaretur, niſi conveniret ſacrificiorum numerus; uno ſolo ſacro lueretur aliàs. Porro quemadmodum puerpera & leproſus homo tum pluribus ſacris alligarentur, tum ſacro duntaxat unico, diſputatione de indigentibus piaculi oſtendemus.

§. VIII. Si quid ejus generis, quod conſultò æquè, ac temerè cùm faceres, aſtringerere ſacro piaculari, vi coactus admiſiſſes, ſacro piaculari ſolutus eſſes. eo minus neceſſe habeo dicere, ſi quis per oppreſſionem admiſiſſet ea maleficia, quibus imprudenter implicatus demum ſacro piaculari obligaretur, eum ſacro piaculari eſſe liberum.

§. IX. Si quis argento, ad mercandam agnam, qua ſuum piaculare ſacrum faceret, ritè deſtinato opus haberet; is hoc adductâ hœdâ redemtum deinceps ad uſum ſuum converteret. Eodem modo ſi quis ad emendam hœdam, quâ tale ſacrum fieret,

ret, argentum ritè deſtinaſſet, tum poſtea ſibi agnam argento emiſſet alio, utique prius illud in ſuum ipſius commodum impenderet.

§. X. Si quis, argento ad emendam quadrupedem, quâ ſacrum ejuſmodi fieret, ritè deſtinato, redigeretur ad inopiam; is turtures, aut columbæ pullos duo compararet, his argentum antea conſecratum redimeret, eoque poſtmodum ad neceſſaria ſua uteretur. Si poſt argentum ritè deſtinatum ad emendos aut columbæ pullos, aut turtures, quibus hoc ſacrificii genus fieret, res hominis anguſtior evaſiſſet, is decumâ Æphæ ſimilaginis ſacratum argentum redimeret, atque ad uſum proprium adhiberet. Rurſus homini tenui, poſt argentum ritè deſtinatum ad comparandam decumam Æphæ ſimilaginis, quâ genus hoc ſacrificii fieret, ſi melior efficeretur res, is ad ſacratum jam argentum adderet etiam aliquid, ut ad emendas volucres ſumma ſuppeteret: conſimiliter poſt argentum ritè deſtinatum ad emendas volucres, ſi res amplificaretur, ſacratum argentum eatenus augeret, ut eo poſſet agna, vel hœda comparari. Cùm verò animam ageret is, cujus bona jure hereditario ventura eſſent ad tenuem, tenuis haberetur tamen, uſque adeo; donec morte illius ea hereditas ad hunc lege redierat.

§. XI. Dives homo, cùm à ſe conſecrata huic ſacrificii generi agna vel hœda vitium concepiſſet, ejus pretio, ſi luberet, volucres ad hoc idem ſacrificium comparabat. Non erat autem in manu cuiquam, ut ſi huic ſacrificii addictæ volucres temerarentur, harum pretio decumam Æphæ ſimilaginis ad hoc ſacrificium compararet: neque enim in volucribus ſacratis redemtioni locus erat.

§. XII. Si quis poſtea, quàm ad hoc ſacrificium ritè deſtinarat Æphæ decumam ſimilaginis, repentè dives evaſerat; ita res erat: ſi nondum etiam in vaſe ſacro ſacrata ſimila fuerat, ea ſic, tanquam quodvis ſertum, pretio redemta comederetur: ſin autem in vaſe ſacro ſacrata jam eſſet, poſt amiſſum nativum colorem igni conſumeretur.

§. XIII. Si poſt opulentus homo, quàm à ſe * nidus eſſet eatenus

§. XIII. *Nidus eſſet eatenus ſacratus.* Par turturum vel pullorum columbinorum, quo fiebat ſacrificium, ab Hebræis ſcriptoribus, ſicut alio loco jam demonſtravi, *nidus* appellatur; multáque ejuſmodi paria *nidi*. Quæ loquendi ratio non abhorret

tenus ſacratus, ut venderetur, & effecto inde pretio ad hoc ſacrificii genus compararetur aut agna, aut hœda, redigeretur ad inopiam; eundem præbebat ad ſacrum iſtuc nidum: qui ſi nidus nullam haberet aliam, quàm pretii conſecrationem, quæ tolli poterat, non tollebatur tamen. quod enim erat à primo impedimentum, porro nihil erat: ſed in præſentia nidus iſte prorſus ad hoc ſacrificii genus exiſtebat idoneus. Pauper homo ſi confeciſſet ſacrum diviti præſcriptum, officio feciſſet ſatis: contra, ſi dives feciſſet ſacrum pauperi præſcriptum, non ſatiſfeciſſet officio.

CAPUT UNDECIMUM.

Imprudentiam in templo ejuſque ſacris temerandis non aſtringi ſacrificio inæquabili varietate diſtincto, niſi ſi prægreſſa ſecutáque ſit ſcientia. Nihil eſſe quòd incertus templum adiſſet, ſacrúmve comediſſet impurus, necne; hoſtiam pro delicto dubiam mactaret. In hoc genere quidcunque notitiæ pro notitia omnibus partibus ſuis expleta duci. Nam ſapientum edicto ſancitum, ut de templo & ſacris inquinatis minus certò quid ſciſſe perinde eſſet, ut ſi certò ſciretur.

§. I. DE templo, ſacríſque per imprudentiam temeratis ſecus erat, quàm de cæteris, quorum itidem pœna fuit exitium, maleficiis per errorem admiſſis: in iſtis qui laberetur, & lapſum deinde ſuum noviſſet, cùm nihil quidquam ejus maleficii principiò cognoſſet, aſtringeretur ſacro piaculari tamen:

ret multum à conſuetudine latina. *Claudianus* enim in prologo panegyrici ad *Honorium* tertiò conſulem, in principio, ſic canit:

Parvos non aquilis fas eſt educere fœtus
Ante fidem ſolis, judiciúmque poli.
Nam pater, excuſſo ſaliit cum tegmine proles,
Ováque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes convertit ad æthera nidos.

Item & *Maro* quarto Georgicorum haud procul ab initio:

Abſint & picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus à ſtabulis, meropéſq; aliáq; volucres,
Et manibus Progne pectus ſignata cruentis.
Omnia nam latè vaſtant, ipſáſque volantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus *eſcam.*

§. III. *Et*

tamen: atqui de templo ſacríſve temeratis diſtinctum hoc inæquabili varietate ſacrum faceret nemo, quin & inquinamenti genus, & ſacri, templíve rationem cùm ab initio, tum ad extremum teneret, idemque per medium intervallum ex animo amiſiſſet. Ita contaminatus aliquis in templum introiſſet, ſacrúmve comediſſet, tum reſciſſet ſe infectum eſſe inquinamento, & inquinatè adiſſe illum locum, cibum illum cepiſſe, cibum ſacrum, locum auguſtum eſſe, ſacro ſolutus eſſet, uſque adeo, dum priùs, quàm templum peteret, ſacrúmve comederet, & ſuum inquinamentum, & templi religionem, ſacríve noſſet. Si erat igitur, ut inquinatus & inquinamentum ſuum, & ſedem auguſtam, rémque divinam primum cognoviſſet, tum inquinamenti prorſum oblitus ſui locum illum auguſtum intraſſet, ſacrúmve comediſſet, cùm auguſtum hunc locum, illum cibum eſſe ſacrum teneret: contráque memorem inquinamenti ſui fugiſſet locum illum auguſtum, pulpam illam eſſe ſacram, hanc ediſſet, adiſſet illum: aut homini ex animo utrumque pariter excidiſſet, & ſe pollutum, & carnem illam ſacram, vel locum hunc auguſtum eſſe, atque adeo hunc adiſſet, ediſſet illam, poſt erratum ſuum agnoviſſet, harum trium differentium rationum quavis unâ homo obligaretur hoc ſacro inæquabili varietate diſtincto. Quod ita eſſe de templo, ſacríſque per errorem temeratis inde colligitur, quod de cæteris erratis ſcriptum videmus, *Committendo quid contra quodvis Dei præceptum ſic, ut noxia ſe obſtrinxerit, cognito delicto,* quibus verbis hæc ſubjecta vis eſt, hominem obligari ſacro ſi modo delictum cognoverit ad extremum, ut hoc idem ab principio non noſſet: de templo autem, ſacríſque temeratis hæc verba Lex habet, *Id ſi poſt, quàm ex animo effluxerat, reſcierit, & in culpa fuerit:* hîc igitur illud, *ex animo effluxerat*, priùs haberi maleficii notitiam vult; & quod ſequitur, *reſcierit*, poſteriùs: ex quo efficitur requiri ſcientiam ante, & poſt, & intermediam inſcitiam.

Lev. 4. 27.

Ibid. 5. 3.

§. II. Si quis inquinatus inquinatum eſſe ſe primùm ſciſſet, neſciſſet autem quo inquinamenti genere, deinde oblitus ſe contaminatum eſſe veniſſet in templum auguſtum, ſacrúmve comediſſet, tum, hoc aut illo facto, reſciſſet, quo tandem inquinamenti genere temeratus eſſet; hîc quamvis ab initio ho-

mo neſciſſet, quo fuiſſet inquinamenti genere temeratus, cùm hoc certè ſciſſet, ſe temeratum eſſe, inquinamentum habuiſſet à primo ſatis cognitum. Quod ſi quis inquinamenti jus conſtitutum ignoraſſet initio, ſi verbi gratiâ ſerpentis animantis eâ particulâ, quæ lentis magnitudinem exæquaret, temeratus hoc universè teneret, quòd tactus ſerpentis animantis immundum efficeret; ſed cujus demum modi pars ex ipſo id efficeret, ignoraſſet; tum funditùs excidiſſet ei ſe tactu ſerpentis animantis eſſe temeratum, & homo veniſſet in templum, aut ſacrum ediſſet, poſt autem reſciſceret eſſe ſerpentis animantis finitum modum id quod magnitudine lentem aſſequeretur, dubium fuiſſet ſacróne aſtrictus, an ſolutus eſſet. Sic qui templum viderat nunquam, nec eum, in quo templum extructum erat, locum noverat, ſi temeratus eſſet, idque primùm cognitum habuiſſet, dein ex animo amiſiſſet, atque introiſſet in templum adhuc ſibi inviſum, atque adeo prorſus ignotum; incertum eſſet, hoccine tantum noſſe templum in orbe terrarum eſſe, ſatis eſſet; an præterea etiam opus eſſet locum noſci quo inerat. Ac mea quidem ſententia iſti, quoniam erat dubium ſacro aſtringerentur, an non, nihil ſacrificarent ideo, ne quid profanum inferrent in atrium. At dixerit aliquis etiam incertam ob noxiam ſacrum piaculare fiebat hoſtia volucri, quæ tamen intra templum non comedebatur: ſcilicet ab homine alioqui piaculi indigente, cui ne ſacris veſceretur priùs, quàm ſuum illud feciſſet ſacrum piaculare Lege interdictum erat: verùm enim qui nullam aliam ob rem piaculi indigebat, is pro dubio maleficio ſacrum neutiquam faceret.

§. III. Si quis in atrio templi contaminatus primò noſſet & ſe contaminatum, & illud eſſe templum, tum amitteret inquinamenti memoriam, & templi retineret: contráve templi memoriam amitteret, * & teneret inquinamenti: vel utrumque pariter amiſiſſet ex animo, poſt idem hoc reſciſſet; diſtinctum inæquabili

§. III. *Et teneret inquinamenti.* In editione Veneta anni 1574. illa, quæ eſt in parvo folio, depravatè legitur ולא ידע שנטמא cùm in ſuperiori editione Veneta anni 1524, quæ eſt in folio magno, rectè legatur ולא שכח שנטמא Sed facile eſt mendum corrigere, ſi cum Talmudico textu textus ſcriptoris noſtri confeſratur. namque tractatur locus hic in codice Talmudico de jurejurando, in ipſa Miſna, fol. 14. pag. 1.

inæquabili varietate ſacrum faceret, modò poſtea, quàm hoc factum erat, etiam in templo commoratus eſſet finitum temporis ſpatium, de quo in diſputatione de ratione adeundi templi * egimus.

§. IV. *Cùm ſciens ſe ipſe quis in templo temeraſſet, juſtam in eo moram non feciſſet, dubium erat, utrùm legitimum illud adorandi ſpatium ei demum, quem inquinamentum in templo nec opinantem oppreſſiſſet, præſtitutum eſſet, an etiam præfinitum ei, qui volens ibi ſe ipſe contaminaſſet. Hic igitur ſi poſtmodum oblitus inquinamenti ſui deceſſiſſet è templo nec ullâ factâ morâ, ſacro ſolutus eſſet. Qui idem ſi ſe ſuſtuliſſet in auram atrii, æquè dubium eſſet, eandem aura atrii, atque atrium ipſum religionem haberet, necne.

§. V. Si quis incertus eſſet, templum adiſſet, ſacrúmve comediſſet impurè, an non; non erat quod hoſtiam pro delicto illam ſuſpenſam & dubiam mactaret; quia enim nullum unquam fiebat ſacrificium de maleficio minus explorato, niſi cujus prudenter admiſſi pœna foret exitium, & eodem imprudenter implicatus aſtringeretur ſtato ſacro piaculari.

§. VI. Si quis ad bivium, cujus eſſet temerata altera, altera pura via, primùm illam, dein hanc iniſſet, atque interea, dum hac ibat, ſe viam illam priùs iniſſe, tum inquinamenti contagione temeratum eſſe prorſus oblitus veniſſet in templum, ſacrúmve comediſſet, piaculo aſtringeretur. Quòd autem inquinamentum principio ſcierat non ex toto, ſed ex parte (non tenebat enim ſe iſſe viam utramque, quod demum inquinamenti concepti cognitionem undique perfectam redderet) nihil obſtabat, quominus piaculari ſacro obligaretur: namque in hoc genere quidcunque notitiæ pro notitia omnibus partibus ſuis expleta ducebatur. Idem ſi alterutram viam ingreſſus, inde veniſſet in templum, ſacrúmve comediſſet, piaculo utique ſolutus eſſet; quippe cujus inquinamentum minus certum foret.

§. VII. Qui

Egimus. Capite tertio.

§. IV. *Cùm ſciens ſe ipſe*, &c. Hic quoque mendoſè legitur in editione Veneta anni 1574. מי שנטמא cùm emendatè extet in altera מי שטימא quemadmodum habent etiam commentarii, quibus eſt titulus כסף משנה niſi quod ibi litera י omittatur.

§. VII. Qui ſi tertio & ſeptimo poſt die, quàm viam illam inierat, atque in templum venerat, aquâ luſtrali ritè conſperſus, porro de more laviſſet, tum poſtea alteram quoque viam iniſſet, atque in templum veniſſet, piaculo aſtringeretur. tunc enim pro certo ſciretur, quòd homo templum adiſſet immundus, ſi non primò, at certè ſecundò. Quòd ſi neutrum hîc ſatis certò ſciretur, ſiquidem incerta, dubiáque fuerat utraque via, ſapientum edicto ſancitum erat, ut de templo & ſacris inquinatis minus certò quid ſciſſe perinde eſſet, ut ſi certò ſciretur.

§. VIII. Si quem inquinamento temeratum templum adiſſe arguerent homines duo, ipſe inficias iret, fides haberetur ipſi. non erat enim, quòd ſacrum piaculare conficeret, qui potuiſſet, ſi voluiſſet, ità dicere, lubens hoc ego feci. Rurſus ſi cuipiam dicerent homines duo, tu, cùm adiſti templum, inquinatus eras, & quidem inſpectantibus nobis inquinatus eras, atque adeo tute tuum inquinamentum apprimè ſcieras; hîc qûanquam ab inquinamento concepto ad itionem in templum plures interceſſerant dies, ſic; ut ei, qui argueretur, eſſet reſpondendi locus, ego ritè luſtratus eram prius, quàm templum intrarim, ſiquidem teſtes refelleret ita dicens, inquinamentum ego concepi nunquam, utique crederetur teſtibus, & homo per horum affirmationem ſacro obligaretur. Ut enim per teſtificationem duorum hominum homo addiceretur morti, pœnarum pœnæ graviſſimæ, ſic etiam multò magis addiceretur ſacro, quàm leviſſimo damno, ſiquidem contra teſtes ſteterit.

§. IX. Inquinamentum templi, ſacrorúmque, ſi primo ſcieras, ad extremum ex animo amiſeras, & ſacrificium illud, quod ad ſolemnem Expiationum diem hirco fiebat, cujus ſanguine reſpergebatur templi pars interior, & ipſemet Expiationum dies adeo ſanctus ſuſpenderet uſque, dum idem hoc reſciſſes: & cùm reſcieras ſacro inæquabili varietate diſtincto lueres. Idem ignotum principio ſi poſtremo noſceretur, alterum illud ſacrum, quod ad ſolemnem Expiationum diem hirco fiebat in altari exteriori, lueret, item & ſolemnis Expiationum dies ipſe. Porro hoc idem cùm fuerat ignoratum ineundo pariter & exeundo, expiaretur hircis illis, qui ſacrificabantur ad

dies feſtos, calendáſque. Jam qui templum, aut ſacra ſciens, prudénſque temeraſſet, is, ſi ſacerdos eſſet, expiaretur eo buculo, quem de ſuo ſummus ſacerdos ad ſolemnem Expiationum diem immolabat: ſin autem eſſet Iſraelita, hircus ille, cujus ſanguine conſpergebantur templi penetralia, ſimul & ſacer Expiationum dies hominem expiaret: id quod apertè declarat Legis iſte verſus, *Et expiet ſanctuarium ab inquinamentis Iſraelitarum.* Lev. 16. 16.

CAPUT DUODECIMUM.

Senatus ſupremus, in quem lecti fuerant unus & ſeptuaginta numero viri, cùm per errorem decretum fecerat, quo vulgus ad nefas admittendum induceretur, ſi tandem agnoſſet erratum, quæ, quibuſque piacularia facienda?

§. I. QUOD maleficium cunque imprudenter admiſſum luebatur ſtato ſacro piaculari, id ſi per imprudentiam * ſenatus ille ſupremus facere licere reſpondiſſet, atque hoc illius

§. I. *Senatus ille ſupremus*, &c. Erant in Iſraelitarum regione tota conſeſſus judicum multi multis & variis inter ſe hominum numeris. Primò maximus omnium erat in ipſo templo: ſenatus ſupremus appellabatur, in quem cooptabantur viri ſeptuaginta uno plus. Habemus enim in ſcriptura ſacra, *Num.* 11. 16. *Coge mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſraelitarum:* jam his præerat *Moyſes* ſic, ut ejuſdem verſus extrema pars demonſtrat, *Ibi illi tibi adſtent.* erant igitur unus & ſeptuaginta numero. Illorum qui ſapientiâ cunctos anteibat, hic primum dignitatis gradum obtinebat: hic præfectus erat conſeſſui: hic à ſapientibus princeps paſſim appellatur: hic ſuccedebat vicarius muneri *Moyſis.* Tum præſtantiſſimus ex cæteris ſeptuaginta viris conſtituebatur ſecundus à principe, cui ad dextram aſſidebat: hic eſt ille, qui *pater conſilii* nominabatur. Porro cæteri ſecundum ætatem aſſidebant & auctoritatem: ut quiſque eorum ſapientiæ laude reliquos plurimum ſuperabat, ita principi ſenatus ad ſiniſtram proximus erat. Forma conſeſsûs erat ſemicircularis, qui princeps & pater conſilii ſenatores unà diſpicerent omnes: Præterea conſeſſus judicum viginti trium erat unus ad portam atrii, & ad portam montis ædis alter. Jam in ſingulis municipiis, ubi reperiebantur cives centum & viginti, aut plus eo, parvus ſenatus legebatur: ſedes ejus ad oppidi portam: & iſtum ſenatum explebant viri viginti tres, quorum conſultiſſimus princeps ſenatus erat: Hic quoque conſeſſus formam habebat & ſpeciem dimidiati circuli, id adeo, ut princeps ſenatus ſenatores ſimul aſpiceret omnes. Jam in quo municipio pauciores quàm centum & viginti cives inerant, judices conſtituebantur

illius reſponſo & decreto populus in errorem inductus ex ejus auctoritate factitaſſet; ſenatus ſi ſe deceptum eſſe reſcierit, ſacro piaculari obſtringeretur ob reſponſi errorem, etiamſi maleficium ipſe non perfecerat: neque enim hoc ullatenus ſpectandum erat, ſenatus ipſe quid fecerat, aut non fecerat; ſed quid reſponſi dederat. Cunctus igitur populus cùm maleficium admiſiſſet, ſacro omni tamen ſolutus eſſet ideo, quod is ſenatûs ferretur judicio. Sed quid tandem talis errati cauſa ſacrificandum erat? Nempe ſenatus in dijudicando cultu vani numinis cùm erraſſet, * ſingulæ tribus juvencum ad ſacrificium ſolidum, & hircum ad piaculare ſacrum præberent. Atque hoc illud eſt ſacrificium, quod ſancitur diſtinctione Legis ea, quæ
Num. 13. 2. *Mitte tibi* inſcribitur: nam quod eò loci dicitur, *Si quid à*
Ibid. 15. 24. *cœtu minus oculato commiſſum fuerit per imprudentiam*, ſignificare cœtum per errorem in numinis alieni cultu lapſum traditum eſt noſtris. De cæteris autem cum pœna illa exitio ſancitis, quæ imprudenter commiſſa ſtato ſacro piaculari luebantur, cùm ſenatus ille per errorem pravè reſpondiſſet, ſuum quæque tribus juvencum præberet ad ſacrificium piaculare: hoc enim eſt illud, quod diſtinctione Legis illâ, cujus initium,
Lev. 4. 13. *Vocavit igitur*, cavetur ſanctione iſtâ, *Quod * ſi totus Iſraelitarum cœtus per errorem maleficium admiſerint.* Ex quo patet, ſenatus ille in dijudicando cultu numinis alieni cùm erraverat, ab univerſa Eccleſia buculos ad ſacrificia ſolida præberi duodecim, & totidem hircos in hoſtias piaculares: atque hirci iſti, * quo-

conſtituebantur tres, quo nullum minus erat conſilium, quia enim oportebat in unoquoque conſilio partem majorem minorémque reperiri ſi qua de re inter judices contentio interveniret. Hæc in tractatu de ſynedriis *Majemonides* noſter, cap. 1. §. 3. & 4.

Singulæ tribus, &c. Nam penes ſenatum illum ſupremum cùm eſſet auctoritas omnis explicandæ Legis ſcriptæ verbíſque traditæ, non erat jus, ut ſi ex ejus decreto ac reſponſo maleficium populus admiſerat, id ſinguli ſingulis piacularibus luerent. Sed culpa cùm hæreret in iis, qui perſonam gerebant univerſi populi, piacularibus publicis tributim præbitis lueretur. Ita Senatus aſtringitur ſacro cum dicitur, hoc dicitur, ſenatus erratum ab univerſo cœtu piacularibus publicis luendum erat.

Si totus Iſraelitarum, &c. Hoc loco agi de ſenatu illo ſupremo ſcriptores Hebræi volunt omnes ad unum. nam is, inquiunt, quippe conſilium publicum perſonam ſuſtinebat populi: nec alioqui fieri poterat, ut eſſet omnium Iſraelitarum conſenſio in maleficium. Addunt id eſſe cauſæ, cur altero loco hac de re ita dicatur, *Si quid à cœtu minus oculato commiſſum fuerit*: nempe hoc conſilium fuiſſe quoſdam quaſi oculos quibus populus univerſus bene videret. Vide commentarios R. *Bechai* in hunc 13. verſum cap. 4. *Lev.*

Quo-

* quoniam eorum ſanguis inſerebatur in occulta & remota templi, prorſus igni cremabantur: hi videlicet illi ſunt, qui vulgò *hirci idololatriæ* dicuntur. Et idem ille ſenatus ſi de cæteris officiis reſpondens erraſſet, ab Eccleſia univerſa præberi buculos duodecim ad hoſtias piaculares, quæ quidem igni abſumebantur, quippe quarum ſanguis inferretur in templi penetralia. Jam quivis horum buculorum nominabatur *juvencus ob errorem Eccleſiæ*. Etenim hæc Legis verba, *Tum Eccleſia mactanto*, unam quamque ſignificant Eccleſiam. at quæque tribus * ſeparatim Eccleſia nuncupatur, ſiquidem ſcriptum videmus, *Joſaphatus ſtans in Eccleſia Judæ*. Quocirca ſeu prorſus omnes, à quibus incoleretur Judæa, Judæi ex reſponſo & decreto ſenatûs errantis nefas admiſiſſent, ſeu plerique illorum, & hi pauciorem tribuum efficientes numerum, contráve pleræque tribus quidem, ſed hæ pauciorem Judæorum numerum continentes; nihilominus tamen omninò tribus omnes mactarent, ſuum quæque juvencum, & juvencum conjunctim cum hirco tum, cùm in idololatria erratum eſſet. Innocentes ſacrificarent pariter cum iis, qui culpam contraxiſſent. Quin cùm nefas admiſerat una tribus ſola, ſiquidem hæc pars major eſſet Eccleſiæ, Eccleſia tota ſacrificaret buculos duodecim, & erratum ſi verteretur in idololatria, duodecim buculos, hircóſque totidem.

Lev. 4. 14.

2 Par. 20. 5.

§. II. Senatus ſi dubitaret reſpondendo erraſſet, necne; nihil erat, quòd ſacrum pro dubio delicto ſuſtinendo faceret. his enim Legis verbis, *Cùm ortum à ſe peccatum reſciverit*, hæc eſt ſubjecta vis, ut erratum agnoſceret priùs, quàm ſacro obligaretur, ſicut deinceps explicàbitur. Atque hoc, quod dico, ſenatum, qui reſpondendo erraſſet aſtringi, & hos, qui ex illius decreto nefas admiſiſſent, ſacro ſolvi, tum erat ita, cùm reſpondiſſet

Lev. 4. 14.

Quoniam eorum ſanguis inſerebatur in occulta & remota templi, &c. Hinc Apoſtolus cap. ultimo epiſtolæ ad *Hebræos*. Quarum enim victimarum piacularium ſanguis in ſacrarium infertur à pontifice, earum corpora cremantur extra caſtra. Itaque *Jeſus*, ut ſuo ſanguine populum luſtraret, extra portam ſupplicium ſubiit. Proinde exeamus ad eum extra caſtra, ejus dedecus ferentes.

Separatim Eccleſia nuncupatur. Traditur autem in codice Talmudico, qui הוריות Reſponſa ſenatus inſcribitur extremo capite primo fol. 6. pag. 2. tribum Leviticam non Eccleſiam dici propterea quod ei nulla eſſet in terra Judæa poſſeſſio.

§. I. Qua-

ſpondiſſet ſenatus ille ſupremus, is, qui ex uno & ſeptuaginta viris erat: præterea autem neceſſe fuit, ut princeps hujus conſilii ſenatui reſpondenti præfuiſſet: ut ſenatores ad reſpondendum habiles eſſent omnes, & omnes, aut plerique in re conſulta erraſſent: ut reſpondendo apertè dixiſſent populo, hoc vos facere fas eſt: item ut hi, qui reſponſum à ſenatu tulerant, cæteris ita dixiſſent, vos hoc facere licet: ut poſthac Eccleſia tota, maximámve partem ex reſponſo & decreto ſenatus nefas hoc faceret, & faceret per imprudentiam, exiſtimans reſponſum à ſenatu verum eſſe: item ut ſenatus reſpondendo ſic erraſſet, ut Legis præſcriptum aliquod partim aboleret, partim retineret; non autem tolleret atque extraheret radicitùs: ut totum inde reſciſceret præſcriptum illud, de quo reſpondendo erraſſet: hæc omnia ſi concurrerent, ſacro aſtringeretur ſenatus, & qui nefas ejus è decreto fecerant, ſoluti ſacro fuiſſent: ſin vel una harum conditionum deeſſet, ſenatus ſolutus ſacro fuerat, & quot quot erant, à quibus perfectum erat maleficium per imprudentiam, ſua quiſque ſtata hoſtia piaculari erratum luerent.

CAPUT DECIMUM ET TERTIUM.

Probatur doctrina capitis ſuperioris argumentis & rationibus, & exemplis illuſtratur. Non vocari Eccleſiam, niſi Judæos illos qui terram cognominem incolerent.

§. I. DIXI modo, ſi vel unica harum conditionum deficeret, ſenatum ſolvi ſacro, & eodem aſtringi omnes, à quibus perfectum eſſet maleficium. Cùm igitur apud tribuum unam cooptatus ſenatus reſpondiſſet licere ventriculi adipem comedi, comediſſéntque tribules ejus è decreto; ſenatus ſacro ſolveretur, & erratum ſtato ſacro piaculari lueret quiſquis comediſſet adipem: item cùm ſanguinem cordis eſſe licitum reſpondiſſet ſupremus ſenatus ſcilicet, at tunc ipſum princeps ſenatus abſuiſſet, aut unus aliquis ex eo ordine non eſſet

eſſet idoneus, qui in ſenatum legeretur, * qualis erat proſelytus, nothus, decrepitus ſenex, cui liberi ſuſcepti nunquam eſſent, aut horum ſimile vitium exiſteret, hîc ſi populus ex illius reſponſo & decreto rem effectam dediſſet, cordis ſanguinem ediſſet, utique ſenatus ſacro ſolveretur, & ſanguine paſti ſuum quiſque erratum hoſtiâ piaculari luerent. Atqui totum hoc jus conſtitui de ſupremo ſenatu tantùm dilucidè declarant iſta Legis verba; *Quòd ſi * totus cœtus Iſraelitarum per errorem*, &c. Quòd autem oporteret omnes ſenatores idoneos eſſe, qui de quæſtionibus reſponderent, efficitur ex eo, quod in hanc rem Lex dicit, *Si quid à cœtu minus oculato*, ubi hoc vult videlicet, velut oculis, quidcunque quæritur, ab illo cœtu cerni: Et in alium locum, *Tunc cœtus judicato:* ut igitur ad illa judicia capitalia cœtus hominum requiritur is, in quo ſinguli ſint ad jus dicundum idonei, ſic etiam in hac ſanctione erroris expiandi agitur hominum cœtus, in quo ad quæſtiones perſolvendas unus quiſque ſit habilis. Porro ſi ſenatum illum ſupremum in edendo reſponſo errantem unus ex eodem hoc conſilio vidiſſet, tum erroris etiam monuiſſet, & tamen nihilo minus viciſſet numerus eorum, qui id, quod interdictum erat Lege, permiſſum eſſe cenſerent, atque permiſſum eſſe decerneretur; ſacro ſolveretur ſenatus, & quot quot ex illius decreto facinus patraverant, ſtato ſacro piaculari ſuum quiſque erratum luerent: namque Legis illud, *Quòd ſi totus Iſraelitarum cœtus per errorem*, hoc ſignificat, huic præſcripto locum eſſe nullum, uſque dum univerſum illud Synedrium quod vocatur, erraret. Rurſus unus ex eo ſenatu vel pauci quidam cùm ſcirent eos, quibus videbatur id, quod erat interdictum Lege, permiſſum eſſe, decipi, ſi ſiluiſſent; ſenatus, quoniam perperam

Lev. 4. 13.

Num. 15. 24.

Ibid. 35. 24.

§. I. *Qualis erat proſelytus, nothus*, &c. Eſt in codice Talmudico de ſynedriis, f. 32. pag. 1. Ad capitales cauſas judicandas hi demum erant idonei, Sacerdotes, Levitæ, & Iſraelitæ genere clari, qui filias ſuas ſacerdotibus collocarent. Et fol. 36. pag. 2. Non legebatur in ſenatum neque ſenio confectus homo, nec eunuchus, nec qui liberos ſuſcepit nullos. Ubi R. *Salomo Jarchi* rationem ſubjicit eam, quia enim iſtiuſmodi homines nullâ fere ſunt clementiâ & miſericordiâ, decrepitus homo jam amiſit diu patris animum, eunuchus & qui liberos nullos procreavit habuit nunquam.

Totus cœtus Iſraelitarum, &c. Nam hic, ut capite proximo ſuperiori demonſtravi, vox *cœtus* Hebræis ſcriptoribus eſt ſenatus, & quod additur, כל *totus, omnis, univerſus*, ſupremus demum eſt ſenatus, qui ſolus univerſorum perſonam ſuſtinebat.

perperam reſponderat, nemine contradicente, tum illius reſponſum per Eccleſiæ partem maximam pervaſerat, aſtringeretur ſacro, & eodem ſolveretur quicunque maleficium illius è decreto & reſponſo commiſerat. Ipſi verò, quibus ſilentium in ſenatu fuerat, ſi de ſententia illorum, qui reſpondendo erraverant, nefas admiſiſſent, ſacro obligarentur, quippe qui neutiquam ex ſenatu pependiſſent. Jam ſenatus re in omnem partem agitatâ ſi apud ſe ſtatuiſſet eam fieri licere, nullus edendo reſponſo ita dixiſſet populo, vos ut hoc faciatis, permiſſum eſt: quidam verò audiſſent ſenatum cùm apud ſe ſic conſtitueret, rem illam facere licere, indéque feciſſent pro eo, ac audiſſent, erratum ſuum quiſque horum lueret ſtato ſacro piaculari, quo eodem ſenatus ſolveretur ideo, quòd non apertè quidem certè ac palàm id fuiſſet auctor iſtis. Quin etiam reſponſum ab errante ſenatu datum cùm executa fuiſſet Eccleſiæ pars exigua, tum reſcitum eſſet erratum, ſenatus ſacro ſolveretur, & hoc eodem * pauci iſti, qui facinus patraverant, obſtringerentur: ità ſuum quiſque horum ſacrum piaculare faceret.

§. II. Senatus ſi pro eo, ac per errorem reſponderat, ipſemet egiſſet, nihilo magis ad cæteros adjungeretur, quo major eſſet Eccleſiæ pars iſta: extra ſenatum plures eſſent, qui nefas ex decreto & reſponſo ſenatus fecerint, oportebat. Cùm ex eo, quod ſenatus per errorem reſponderat, maleficium admiſiſſent eorum, qui Judæam incolebant, Iſraelitarum plerique, ut iidem eſſent omninò ex una tribu omnes: vel pleræque tribus, quæ tamen minorem Eccleſiæ univerſæ partem ſimul efficerent; ſenatus ſacro obligaretur, & eodem ſolverentur, qui nefas fecerant. Fuerint verbi gratiâ noſtrorum, qui Judæam colerent, ſexcenta millia uno plus, & eo de numero maleficium factitarint ex reſponſo à ſenatu per errorem edito trecenta millia hominum uno amplius, qui omnes unâ Judæ de ſtirpe creati fuiſſent: aut maleficium perfecerint totæ tribus ſeptem, quæ non plus centum millia hominum eſſent; ſenatus ſacro aſtringeretur, & eodem ſolverentur quot quot ex illius reſponſo maleficium admiſiſſent. nam eorum è noſtris, qui degebant extra

* *Pauci iſti.* Hic in editione Veneta anni 1574. pravè legitur ואלו המזורין, rectè verò in editione ſuperiori anni 1524. ואלו המיעוט.

§. V. *Aut*

extra Judæam nulla fuit habenda ratio: nimirum illi demum, qui Judæam habebant, Eccleſia dicebatur. Porro autem in hanc rem Manaſſenſis, & Ephraimina tribus non pro duabus, ſed pro una ducebantur ambæ.

§. III. Qui nefas fecerant ex auctoritate ſenatûs, ſi fuiſſent admittendo maleficio plures, pauciores extitiſſent erratum cùm reſcitum eſſet, contráve; fuiſſent perficiendo maleficio pauciores, & plures cùm erratum reſcitum eſſet, hora ſemper ea ſpectanda fuerat, qua maleficium perficeretur.

§. IV. Senatus ſi genus adipis vetitum Lege permiſſum eſſe reſpondiſſet, idemque poſtea, quàm ex ipſius decreto ab Eccleſiæ parte minore comeſum hoc eſſet, errore cognito, judicium reſcidiſſet: tum etiam reſpondiſſet & certum quendam ſimulacro cultum adhiberi licitum eſſe, cultus hic illius è reſponſo ſimulacro item per alteram Eccleſiæ partem minorem eſſet adhibitus, ita tamen; ut cibo vetito paſti unà cum illis ſimul, qui ſimulacrum venerati fuerant, maxima eſſet Eccleſiæ pars, inter ſe conjungerentur, tamen etſi alterius errati notitia intermedia fuerat. Quod erat ita, ſi unus & idem ſenatus reſpondiſſet utrumque: ſin autem horum alterum ſenatus unus, & huic extincto ſuccedens alter alterum reſpondiſſet, ad hanc Eccleſiæ partem illa neutiquam adjungeretur.

§. V. Quin etiam duo differentes ſenatus ſi reſpondentes in eandem ſententiam erraſſent, cùm verbi causâ uſu veniſſet, ut vel in adipem, vel in ſanguinem conſuleretur unus, & item alter: aut ſi reſponſo ſenatus in errorem ducti non eſſent ii, qui maleficium perfecerant, ſenatus ſolveretur, & ſacro aſtringerentur ii, à quibus perfectum erat maleficium. Supponamus exemplum: Senatus omni adipe ventriculi veſci licere reſponderit, tum in Eccleſia fuerit, qui probè ſciret ſenatum decipi, adipem eſſe vetitum, eundemque nihilo ſecius ex illius decreto & reſponſo comederit, ſic in animum inducens ſuum, ſenatui obſequi etiam erranti rectum eſſe; hic verò adipem à ſe comeſum ſuo ſibi ſtato ſacro piaculari lueret, non annumeraretur iis, qui decreto ſenatus in errorem delati fuiſſent. Id erat ita, ſi is, qui noverat ſenatum eſſe deceptum * aut ipſe ſapiens, aut certè ſapientis

§. V. *Aut ipſe ſapiens*, &c. Ad doctrinæ principatum qui ritè fuerat evectus, huic iſta

ſapientis aſſet auditor à doctrina ſic inſtructus, ut cùm Legi, tum inſtitutis noſtris explicandis atque illuſtrandis eſſet habilis. Sin autem inſcius eſſet & rudis homo, quoniam etiam tum, cùm de rebus interdictis ſciebat aliquid, nihil certi ſciebat, ſuo ipſius ſacro ſolutus adſcriberetur cæteris, qui nefas ex decreto & reſponſo ſenatus fecerant imprudentes, ignaríque rei. Similiter ſi cui ſenatus errorem ignoranti fuiſſet in animo ſevum ſimul & adipem comedere, ac comediſſet illum ventriculi adipem à ſenatu conceſſum, cùm eſſet ipſe neſcius adipem eſſe ventriculi, pœna teneretur, ut qui cibum vetitum ſumſiſſet ductus non reſponſo ſenatus; ſed errore ſuo: non annumeraretur autem iis, quorum imprudentia in facinore lapſa eſſet ex Num. 15.16. edicto ſenatus, quod in Lege dicitur, *Cùm univerſus populus in errore fuerit*; quibus verbis hæc eſt ſubjecta vis, ſi uno teneantur omnes errore pariter. Porro ſuapte fretus auctoritate ſi comediſſet ventriculi adipem à ſenatu conceſſum, non quod moveretur decreto ſenatus, ſed quod hunc ipſe licitum arbitraretur; erratum ſtato piaculari ſacro ſuo ſibi lueret. ſumma eſt, quicunque ferretur judicio ſenatus, is, ſi alioqui commemoratæ ſuprà conditiones adeſſent, piaculari ſacro liber erat: & qui per ſe ipſe culpam contraxerat, ad multitudinem, quæ per errorem ſenatus in eodem genere lapſa fuerat, non adjungeretur.

§. VI. Si quid interdictum Lege, permiſſum eſſe per audaciam reſpondiſſet ſenatus, vulgus autem ex ejus reſponſo facinus patraſſet per imprudentiam; ſacro ſolveretur ſenatus, ut qui contumaciter jus pervertiſſet: ex his autem, qui ſenatui morigerati fuerant, ſuum quiſque piaculare ſacrum eò faceret, quòd peccaverat imprudens. Jam ſenatus ſi ſecus reſpondiſſet per imprudentiam, atque multitudo cùm ſatis ſciret & erraſſe ſenatum, & hoc adeo reſponſum ab eo accipiendum non eſſe, tamen nihilo minùs id compleviſſet; ſacro liberarentur utrique:

iſta dignitatis erant nomina, magiſter, ſapiens, ſenex & ſi qua ejuſmodi alia. Qui non erat ad illam gloriam elatus, is diſcipuli atque auditoris nomine appellabatur, tametſi doctrinæ laude præcellebat. Commemoratur in codice Talmudico de ſynedriis, capite primo, fol. 17. pag. 2. exquiſita vir doctrina, cui nomen *Simeon Temonius*, de quo R. *Salomo Jarchi* eò loci שמעון התימני תלמיד הוה: ולא נסמך *Simeon* ille *Temonius* fuit auditor, nec doctrinæ lauream adeptus eſt unquam. Sed hac de re pluribus aliàs.

que: ſenatus enim eâ re ſolveretur, quia nihil ipſius reſponſo decepta multitudo contra legem fecerat: porro autem executi reſponſum ſacro ſolverentur etiam propterea, quòd id feciſſent prudentes. nam erraſſe ſenatum, & hoc ab eo reſponſum non accipiendum eſſe noverant.

CAPUT DECIMUM ET QUARTUM.

Senatum ſupremum ſi per errorem ſolidum aliquod Legis præſcriptum pervertiſſet, quoniam hoc non tam eſſet errare, quàm obliviſci, ſolvi ſacro; eos qui ex illius auctoritate facinus patraſſent, ſuo quemque piaculo aſtringi. Contra ſenatum, cùm de Legis ſanctionibus non ita planè explicatis & derogaret, & confirmaret aliquid, ſacro aſtringi, & liberari qui ex illius auctoritate facinus patraverant. Aliud eſſe ſenatum hallucinari, aliud imprudenter decernere. Cujuſvis eſſe perpetuò rogare, ecquid novi conſtituiſſet ſenatus, ſiquidem cum eodem in urbe commorabatur.

§.I. SEnatus ſi per imprudentiam reſponſum edidiſſet, quo reſponſo ſolidum Legis præſcriptum aliquod radicitùs evelleretur, indéque nefas id ex illius auctoritate factum eſſet ab univerſa multitudine; ille liberaretur ſacro, & qui facinus patraverant, horum ſuo quiſque ſtato piaculari ſacro aſtringeretur. nam ubi Lex ea de re præcipit, hæc verba habet, *Si fugerit eum (cœtum) aliquid,* quæ quidem hoc ſignificant, ita caveri, ſi præſcriptum aliquod eum fugerit ex parte ſcilicet: at ſi totum, non item. Lev. 4. 13.

§.II. Nullo igitur obligabatur ſacro ſenatus unquam, niſi reſponſum dediſſet, quod de Legis ſanctionibus non ita planè explicatis & derogaret, & confirmaret aliquid: hoc cùm accidiſſet, tum denique ſenatus ſacro aſtringeretur, liberarentur qui facinus ex illius auctoritate patraverant. Exempla commemoratæ traditionis nobis poſita ſint hujuſmodi. Fuerit per errorem à ſenatu reſponſum licitum eſſe procumbendo humi venerari ſimulacrum,

mulacrum, ſabbato tranſportare quid in locum alterum ex altero, rem habere cum uxore tum, * cùm obſervaret diem pro die, proinde ſuerat, ac ſi nihil neque de ſabbato, nec de idololatria, nec de muliere menſtruali Lege ſancitum eſſe reſpondiſſet, quo reſponſo Legis illa præſcripta funditùs tollerentur: hæc autem & talia reſpondiſſe non tam erat errare, quàm oblivisci: ergo ſenatus ſacro ſolutus eſſet; eorum autem, qui nefas ex illius auctoritate fecerant, ſuo quiſque ſacro piaculari aſtringeretur. Idem ſi per errorem reſponſum hoc edidiſſet, hominem qui ſabbato quid in locum alium ex alio tranſtuliſſet pœ-
Exod.16.29. nâ teneri quidem ex hoc Legis edicto, *Ne ſuo ſe quiſquam è loco moveat:* ſed de loco in locum trajicere, porrigere quid concedi: vel ex operum generibus aliquod ſuſtuliſſet decernendo id opus eſſe nullum, ipſe piaculo aſtringeretur. Conſimiliter ſenatus cùm per errorem reſpondiſſet ſi quis humi proſtratus porrectis manibus & pedibus idolum veneretur, pœnam eſſe vi-
Ibid. 34. 14. delicet ex hoc Legis præſcripto, *Deum alienum ne adorato*; verùm enim ſubmittendis eidem in terra poplitibus, non extenſis manibus pedibúſque, nihil contra Legem fieri; piaculari ſacrificio obſtringeretur. Item cùm per errorem reſpondiſſet, qui in ſomnis amplecteretur uxorem tum, cùm ea diem pro die obſervaret, omninò illum contra legem committere, ſi eſſet, ut mulieri ſanguis proveniſſet interdiù, id adeo, quod
Lev. 15. 26. hac de re Lex ita loquitur, *Omnibus diebus profluvii ipſius:* ſin eſſet autem, ut noctu profluxiſſet è muliere ſanguis, virum cum ea ſe conjungere fas eſſe: porro ſi per errorem reſpondiſſet conceſſum eſſe, ut ſi menſtrua fluxio inter concubitum obveniſſet uxori, vir actutum ab ea ſe ſejungeret, nervo etiamdum intento; utique piaculo aſtringeretur: porro autem ſi per errorem reſpondiſſet veſcentem eo ſanguine qui manaret animantis è jugulo dum cæditur, pœnâ teneri quidem; at ſanguinem illum in corde ſitum, edere fas eſſe, ſacro piaculari aſtringeretur: hæc & talia ſi per errorem reſpondiſſet ſenatus, & ex ejus reſponſo & decreto plerique perfeciſſent, hi liberarentur, errorem ſuum ſenatus ſacro piaculari lueret.

§. III. Se-

§. II. *Cùm obſervaret diem pro die.* Hac de re in tractatu primo hujus libri ad articulum 3. capitis ſexti ſatis ſupérque diſputatum eſt.

§. I. *Et*

§. III. Senatus ſi ſolem atra nube obductum jam occidiſſe ratus edixiſſet in vulgus, exactum eſſe ſabbatum, tum poſtea ſol etiam luceret, id verò non eſſet decernere; ſed hallucinari: quare quiſquis opus inde fecerat, obligaretur ſacro; ſenatúſque ſolveretur. Sic & mulier juncta viro ſi nupſiſſet alteri conceſſu ſenatus, cui dictum pro teſtimonio fuiſſet, ejus eſſe peregrè mortuum maritum, maritúſque poſt rediſſet; hoc non eſſet decernere; ſed hallucinari: quare mulier, item & conjux iſte poſterior oporteret erratum uterque ſuum ſuo ſacro piaculari luerent. Idem dicendum & de cæteris horum ſimilibus.

§. IV. Senatus ſi per errorem nefas aliquod reſpondiſſet, tum amiſiſſet è memoria nefaſtum id, quod reſponderat, ipſum quid eſſet; cùm probè teneret illud, ſe per imprudentiam peccaſſe, certiórque fieret ab omni populo quid reſponſi dediſſet in vulgus; tamen ſacro ſolutus ipſe fuerat: qui maleficium ex ejus decreto perfecerant, ſuo quiſque piaculo aſtringerentur. quod enim in hunc locum à Lege dicitur, *Cùm ortum à ſe peccatum reſciverit*, id hanc vim & ſententiam habet, ut piaculo ne aſtringeretur ſenatus ſi errati moneretur ab iis, qui nefaſtum ejus decretum effectum reddiderint. ſed exemplum narratæ traditioni jam apponamus. Si per errorem à ſenatu permiſſum eſſet, ut adeps ſuper animantis ventriculo poſitus comederetur, ac comeſus eſſet ab parte maxima populi, poſt ſenatus id reſciſſet, ſe reſponſo dando erraſſe, atque ita erraſſe, ut permitteret aliquid ejuſmodi, quod cùm prudenter factum eſſet, pœna foret exitium, & cùm imprudenter, ſtatum piaculare ſacrum; neſciret autem adipis, an ſanguinis aliquod genus permiſiſſet; ipſe ſacro ſolutus eſſet, & quicunque comederat eſculentum illud vetitum ſtatum ſacrum piaculare faceret. Lev. 4. 14.

§. V. Senatus qui per imprudentiam nefaſtum reſponſum ediderat, ubi ſuum erratum agnoviſſet, nihil referebat, utrùm piaculum ſuum jam feciſſet, an nondum etiam: ſi quis poſthæc ex ejus reſponſo per majorem Eccleſiæ partem fuſo nefas admiſiſſet, ſacrum pro delicto dubio ſuſtinendo faceret: nempe debebat unuſquiſque rogare perpetuò ecquid novi conſtituiſſet ſenatus: id hic non fecerat, in eadem erat cauſa, ac ſi quis addubitaret, commeritus eſſet culpam, necne. Quod erat ita in eo, qui cum ſenatu in urbe commoraretur: ſi quis autem poſt

ablatum

ablatum à ſenatu reſponſum peregrè abiſſet, licet poſt agnitum erratum reddidiſſet effectum nefaſtum illud reſponſum, tamen ſacro ſolutus eſſet: is enim & ferretur judicio ſenatus, nec poſſet de eo quærere continuò. Neque hoc tantùm, ſed & qui properaret ex urbe proficiſci, ſi necdum viam ingreſſus ex decreto ſenatus maleficium perfeciſſet poſtea, quàm erratum reſcitum eſſet, ſacro ſolutus eſſet tamen.

CAPUT DECIMUM ET QUINTUM.

Pontificem maximum oleo unctionis inauguratum cum cœtu univerſo, hoc eſt, ſupremo ſenatu adæquari, ſic; ut ejus imprudentia non aſtringeretur ſacro piaculari, niſi ſi ſibimet ipſe de Legis aliquo præſcripto per errorem perperam decreviſſet, atque etiam ex decreto ſuo deinde nefas commiſiſſet: inſuper & conditiones ante commemoratas in ſummo ſacerdote æquè ac ſenatu requiri. uno verbo huic in proprio decreto idem, atque in reſponſo ſenatus multitudini ad omnia jus eſſe. Namque pontifici maximo eandem impoſitam eſſe perſonam atque ſenatui ſupremo. Nihilominus tamen ab pontifice per imprudentiam in idololatria lapſo item, ut ab uno de multis piaculare ſacrum caprâ fieri. Imprudentiam ab pontifice maximo, qui fuerat adminiſtratione ſacrorum motus item, ut ab pontifice maximo ſacrorum adminiſtratore piari. Principis imprudentia ex ſenatus reſponſo orta ut expiaretur? Qui princeps lepris afficeretur, eum principatu moveri, privati hominis inſtar eſſe.

§. I. EXpoſuimus ante, quacunque pro culpa imprudenter contracta à privato homine ſtatum ſacrum piaculare fieret ove vel capra, ob hanc eandem per errorem admiſſam à principe ſacrificari caprum, * & juvencum ab uncto ſacerdote.

§. II. Sed

§. I. *Et juvencum ab uncto ſacerdote.* In hanc rem idem hic noſter libro illo, cui titulus Doctor perplexorum, parte tertia, cap. 46. ea diſputat. Et hoc tibi cognitum velim: ut quodque peccatum maximum erat, ita ſacrum ejus piaculare viliſſimo genere fiebat. Ex quo imprudentia privati hominis in cultu falſi numinis

ſolâ

§. II. Sed tali de noxia ſacerdos unctus tum demum juvencum ſacrificabat, ſi falſus eſſet in ſuo ſibi dando reſponſo, & per errorem ex ſuo ſolo reſponſo & decreto nefas inde feciſſet, idemque cæteroqui doctrinæ præſtantia excelleret: hic enim Legis verſus, *Si ſacerdos unctus deliquerit, perinde quaſi cœtus* Lev. 4. 3. *omnis commeritus ſit noxiam*, ſacerdotem unctum cum cœtu adæquat: ſicut igitur cœtus, hoc eſt, ſenatus ſacro non obligaretur, niſi ſi omninò patres conſcripti doctrinâ præſtarent omnes, adeo; ut ad reſpondendum jus eſſent idonei, niſi edendo reſponſo erraſſet, atque ex ejus auctoritate maleficium à multitudine perfectum eſſet, niſi reſponſo per errorem edito præſcriptum Legis aliquod partim antiquaſſet, partim confirmaſſet; ita hæ conditiones & in ſacerdote uncto requirebantur omnes. Sacerdos unctus igitur ſi falſus eſſet in ſuo ſibi dando reſponſo, quod putaret fas eſſe ſabbato quid ex loco alio in alium ejicere, tum ejeciſſet aliquid in locum alium ex alio, idque feciſſet ex decreto ſuo; ab eo, delictum ubi reſcitum eſſet, ſacrum piaculare juvenco fieret: ſin autem non ferretur decreto ſuo; ſed incogitans atque imprudens ejeciſſet aliquid ex uno loco in alium: aut moveretur quidem ſuo decreto; ſed idem doctrina non ita inſtructus eſſet: aut ſuo ipſius decreto Legis præſcriptum aliquod totum ſuſtuliſſet: aut decreto ſuo Legis

ſolâ caprâ expiabatur, cùm in cæteris maleficiis tam ove, quàm caprâ piaretur: nimirum in quovis genere femina mari deterior eſt: majus idololatria flagitium nullum: nihil ejuſdem generis caprâ minus: Quod autem à rege, qui nefas feciſſet imprudens, ſacrum piaculare hirco fieret, id erat cauſæ, ut tam celſa dignitas varia ſacrificii ratione honeſtaretur. Jam imprudentia ab pontifice maximo, conſilioque populi perſonam gerente non erat propriè factum aliquod; ſed conſultum duntaxat: hinc illa diſtinctio, ut cæterorum maleficiorum piacularia facerent juvencis, hircis idololatriæ. Rurſus quòd eſſent illa, de quibus immolabatur hoſtia pro delicto, maleficia minùs atrocia, quàm peccata, quæ piacularibus hoſtiis luerentur; ideo hoſtia pro delicto fuit aries aut agnus: cùm præſtabat genus ut oviarium, tum etiam mas pars generis erat optima. Idem videre licet & in ſacrificio ſolido: in altaribus id abſumebatur totum: ergo parte generis optima ſolo animante mari faciendum erat. Eandem ob cauſam peccatoris, item & adulterii nomine ſuſpectæ mulieris è ferto tollebatur honos, ſuavitas odoris: prohibebatur ne munus de ſuſpicione peccati ferendum oleo & thure augeretur: carebat ornamento ſuo munus; quia enim ferebatur ab homine, cujus vita moréſque minùs honeſti, minùs elegantes, minúſque ſuaves. Hoc ipſum hominibus erat quoddam incitamentum ad reſipiſcendum: ſignificabatur enim propter mores flagitioſos eorum ſacra eſſe omnium infima. Etenim hac de re ſuſpicio adulterii haud paulo turpior, quàm imprudentia peccati, re rerum viliſſima, hordeacea farina expiari jubebatur.

Legis præſcriptum aliquod ex parte demum aboleviſſet ſcilicet; at hoc idem deinde nefas ut faceret, adductus eſſet non decreto ſuo, ſed alio errore neſcio quo: aut nefas decreviſſet inſciens, ſciens feciſſet, ſolutus ſacro foret. Summa, huic in proprio reſponſo idem, quod in reſponſo ſenatus multitudini ad omnia jus erat.

§. III. Qui ſi ſibimet ipſe reſponſum dediſſet, atque cauſam, cur id reſponſi dederit, amiſiſſet ex animo, tum verò aggreſſus ad nefaſtum illud faciendum ita dixiſſet, hoc ego ex meo ipſius decreto facio; utique piaculare ſacrum juvenco faceret.

§. IV. Si ſibimet ejuſmodi reſponſum dediſſet, quo Legis præceptum de cultu alieni dei partim everteretur, partim ſtabiliretur, atque etiam pro eo, ac decreverat, deinceps egiſſet, capram velut unus de multis ſacrificaret: ſed ita, ſi nefas ex decreto feciſſet imprudens ſic, ut ante poſuimus. unctus enim ſacerdos, niſi perperam reſponſum eſſet pariter, & inde pravè factum per imprudentiam, nihilo magis, quàm univerſus cœtus ſacro aſtringebatur. Hic igitur ſi ſine ſuo ullo decreto contra Legis præceptum aut de alieni dei cultu, aut de quovis officio imprudens feciſſet, nihil quidquam ſacrificaret.

§. V. Sacerdos unctus ſi cum ſenatu reſponſum edidiſſet unà, unàque cum eo in hoc eodem erraſſet, tum ex hoc, in quo ipſemet erraverat, reſponſo nefas etiam feciſſet per imprudentiam; hîc, quoniam non ſuo ſolo, ſed & decreto ſenatus ſimul ſtaret tum, cùm maleficium perfeciſſet, ſacro liber eſſet eatenus, nullum ut oporteret ab eo proprium fieri piaculum, nam ſi ſacrum à ſenatu fieret, utique publico ſacro hic etiam illigatus expiaretur: ſin eorum, qui facinus patraverant, ſuum quiſque piaculum faceret, hic faceret nullum: is enim ſeparato piaculo non indigebat.

§. VI. Rurſus unctus ſacerdos ac ſenatus ſi pariter erraſſent edendo reſponſo, hic de ſanguine, ille de adipe; neutiquam illius erratum expiaretur ſacro publico; ſed juvenco ſuum ipſiſius ſacrum piaculare faceret.

§. VII. Sacerdos unctus ſi dubitaret, an per errorem commiſiſſet, ut contra Legem decerneret juxta, atque faceret, necne;

ne; nullum ab eo fieret pro dubio delicto ſuſtinendo ſacrificium. is enim perſonam ſuſtinebat eandem, atque publicum illud conſilium: id verò ſi non ſatis certò ſciret à ſe per imprudentiam decretum eſſe nefas, nullum pro dubio delicto ſuſtinendo ſacrum conficeret. Contrà princeps incertus deliquiſſet, necne; ſic tanquam unus de multis ſacrificium pro delicto dubio ſuſtinendo faceret. non pendebat enim ejus à decreto erratum. Jam qui princeps Lege commemorabatur, is erat ipſe rex, in quem Iſraelitarum nemo poteſtatem habebat, quo per totum ejus regnum nemo quiſquam præter Deum rerum dominum ſuperior erat: nec ad hanc rem quidquam referebat, rex utrùm ſtirpe Davidicâ natus eſſet, an aliâ tribu. Jam ſi plures eſſent reges, quorum alius alii non ſerviret, ob ſuum quiſque erratum hirco ſacrum piaculare faceret. Cæterùm ſacerdos unctus dicebatur ſummus ſacerdos, is qui oleo unctionis inauguratus erat: qui multiplicatione veſtium, non ita.

§. VIII. Summus ſacerdos unctionis oleo inauguratus, qui aut propter corporis vitium, aut ſenectam, aut aliam quandam cauſam harum ſimilem, ab ſacrorum adminiſtratione ſummotus erat, ſi culpam iſtam per errorem commeritus eſſet, ob eam juvenco ſacrum piaculare faceret. nihil enim intererat inter ſacerdotem unctum ſacrorum faciendorum adminiſtratorem, & inter ſacerdotem unctum de ſacrorum adminiſtratione motum, niſi quod ſolemni expiationum die juvencum, & fertum ephæ decumâ definitum quotidie ad rem divinam præberet ſacerdos ille demum, qui ſummo ſacerdotio fungebatur: cæterùm juvenco de cunctis officiis neglectis ſacrificando inter ſe pares ambo fuerant.

§. IX. Princeps ſi per imprudentiam cum cætera multitudine feciſſet contra Legem ex reſponſo ſenatus, errato procurando atque expiando permiſtè cum plebe implicaretur. nam ſi eſſet, ut erratum ſenatus ipſe piaculari ſacro lueret, ſacrificio plebs, & rex, ſicut ante poſuimus, liberi fuerant: ſin eorum, qui nefas ex ſenatus decreto patraverant, ſuum quiſque ſacrificium piaculare facerent, in iiſque rex eſſet, hircum ſacrificaret: nempe princeps faciebat hirco ſacrum id, quod ab homine privato ove vel caprâ fiebat.

 §. X. Lepris

§. X. Lepris cùm afficeretur princeps, principatum amittebat, quo amiſſo privati hominis inſtar erat: ſedenim ſi culpam imprudens commeruiſſet princeps, & dignitate poſthac eſſet orbatus, nihilo ſecius hirco ſacrum piaculare faceret. hoc enim Legis verbum, *Pro eo quod peccavit* hanc habet ſententiam & vim, ut piaculum exigatur ad hominis ſtatum, quo fuiſſet tunc ipſum, cùm peccaret. (Lev. 4.)

§. XI. Si quis ante, quàm aut ſummus pontifex, aut rex crearetur, imprudens quid peccaſſet, ut poſt creationem demum peccatum reſciſſet, tamen id nullo alio, atque privatus homo, ſacro piaculari lueret. hæc enim Legis verba, *Cùm peccarit princeps, ſi ſacerdos peccarit*, id valent ſcilicet, ſi jam conſtitutus princeps, ſi jam inauguratus unctione pontifex peccarit. Si quis igitur privatus adhuc homo per imprudentiam comediſſet ambiguum adipem, tum factus ſummus pontifex incertum hoc erratum ſuum agnoviſſet, ſacrificium pro dubio delicto ſuſtinendo faceret. Et ſi quis privatus adhuc homo comediſſet adipis id, quod magnitudine par eſſet dimidiæ olivæ, deinde princeps conſtitutus iterum adipis tantum ediſſet, & quidem per errorem unum hoc & illud: vel ſi quis tantum adipis ediſſet, quanta eſt dimidia oliva, cùm eſſet princeps, & principatu amiſſo tantundem; hæ duæ particulæ non inter ſe conjungerentur, adeóque ſolutus ſacro foret: ſi quis autem privatus adhuc homo per imprudentiam comediſſet tantum adipis, quantum eſt olivæ dimidium, tum idem factus princeps, atque principatu motus, iterum privatus homo comediſſet imprudens adipem pro magnitudine dimidiæ olivæ, dubium fuiſſet utrùm una cum altera particula jungeretur; an ſeparatæ relinquerentur ambæ ob principatum intermedium. (Ibid. v. 22, & 3.)

TRAC-

TRACTATUS QUINTUS DE INDIGENTIBUS PIACULI.

IN eo diſſeritur de quatuor præceptis jubentibus, quæ hîc nominatim perſequi viſum eſt.

1. *Femina profluvio ſanguinis temerata, cùm inquinamentum ejus ſublatum fuerit, ſacrificium piaculare facito.*

2. *Puerpera, cùm ejus inquinamentum ſublatum fuerit, ſacrificium facito.*

3. *Vir profluvio genituræ pollutus, cùm lues ejus ſublata fuerit, ſacrum conficito.*

4. *Vir lepris contaminatus, cùm lues ejus ſublata fuerit, ſacrum conficito: atque horum piacularia cùm facta fuerint, tum demum purificatio penitùs abſoluta eſto.*

Habes ea præcepta quæ capitibus deinceps ſequentibus explicantur.

TRACTA-

TRACTATUS QUINTUS DE INDIGENTIBUS PIACULI.

CAPUT PRIMUM.

Mulieres profluvio ſanguinis infectas, & puerperas; viros profluvio genituræ, lepriſque contaminatos, quoniam niſi facto piaculo non erant puri ſatis ad comedenda ſacra, dici Piaculi Indigentes. *Quod quiſque horum, quando piaculum faceret? Beſtia profana in atrio mactata nullam ad rem uti licuiſſe. Ob debitum ſacrificium hominis univerſa bona pignori opponi.*

§. I. QUatuor erant genera hominum qui vulgo *Indigentes piaculi* dicebantur: profluvio ſanguinis infecta mulier, & puerpera: vir profluvio genituræ, & lepris contaminatus. Sed quid tandem erat cauſæ, cur ita nominarentur? Quia enim iſtorum quiſque poſt inquinamentum ſublatum, poſt ablutum corpus, poſt obitum ſolis expectatum, nondum etiam ſatis purificatus erat ad comedenda ſacra, uſque adeo; donec ſuum piaculum feciſſet: talis, inquam, homo prius, quàm ſuum fecerat piaculum, ne ſacris veſceretur, interdictum erat, uti tractatu de ſacris temeratis expoſuimus.

§. II. Ac proſelytus quidem ſi, circunciſo præputio, perlutóq; corpore, ſacris etiam veſci vetaretur tamdiu, dum piaculum feciſſet ſuum; non erat tamen unus ex indigentibus piaculi:

piaculum

piaculum videlicet ejus adhuc debitum obſtabat, quominus eſſet aptus undique proſelytus, atque in numero idoneorum Iſraelitarum duceretur: ita prohibebatur ſacris veſcendis propterea, quòd ſinceris Judæis & integris nondum aſſimilis evaſerat: ubi verò facto piaculo germanus evaſiſſet Judæus, ſacris veſceretur. Qui ſi mane præbuiſſet ad rem divinam faciendam pullum unum, alterum veſperi præberet, atque ſacris veſceretur. proſelytus enim ſolidum ſacrificium faciebat quadrupede, vel immolabat Deo binis aut pullis columbinis, aut turturibus, quorum utroque ſolidum itidem fiebat ſacrificium, ſicut diſputatione de ratione ſacrificiorum faciendorum docuimus.

§. III. Cùm fuerat igitur temeratus profluvio genituræ vir, mulier profluvio ſanguinis, uterque ſacrificabat par turturum, aut pullorum columbinorum: ac fiebat eorum altero ſolidum, altero piaculare ſacrum. Puerpera agnum ad ſolidum ſacrificium, * & ad piaculare turturem, vel pullum columbinum præbebat: quod ſi facultates non ſinerent, par turturum aut pullorum columbinorum præbebat, unum ad ſolidum, & alterum ad piaculare ſacrum. * Lepris temeratus præbebat agnos duos; unum

§. III. *Et ad piaculare turturem.* De puerperæ ſacro piaculari R. *Bechai* ad verſum ſeptimum capitis duodecimi *Levitici* ita diſputat. Enimvero commodè dicetur hoc puerperæ ſacrum piaculare imperatum eſſe non ob ſuum ipſius aliquod; ſed ob admiſſum parentis illius, quæ fuit viventium mater omnium. Nam abſque hoc foret, vir mulieri jugatus procrearet liberos nec ulla libidine voluptatis, ſed ratione naturæ, ſic; ut fructus ſine cupiditate fundit quotannis arbos. Nunc verò puerpera nata æquè ac mater culpa tenetur; quia enim noxia è ſtirpe generari non poſſunt innoxii rami: hinc eam ſacræ literæ aſtrinxere ſacro piaculari, quo lueretur peccatum illud primarium. Et verò hæc cauſa fuit, cur obligaretur mulier ternis illis præceptis de ratione menſium, de popani libatione, & de accenſione luminum. Hactenus R. *Bechai*. *Abarbanel* autem ad verſum commemoratum, Puerpera, inquit, completo dierum obſervandorum numero, cùm primùm redibat in templum auguſtum, ferebat ſacrificium ſolidum, memorem animum & gratum præbitura Deo Optimo, qui illi cùm parturiebat, cùm doloribus differebatur, cùm vita in dubium venerat, opem tulerat. Neque enim eſt, ut quiſquam unquam, niſi peccatum commiſerit, à via recta aberrarit, miſeriis & ærumnis prematur: dictum eſt ſapientum, dolor ſine maleficio nullus: ita à muliere, cui partus dolorum cruciatus tam acerbos & tantum vitæ periculum attulerat, & piaculare ſacrum fiebat.

Lepris temeratus præbebat, &c. Juvat huc allegare id quod in præceptionem de leproſo homine diſputat *Abarbanel* ad cap. 14. *Lev.* Nam, ait, quod præſcripſit leproſo Deus Optimus, ut ſeptimo purificationis ſecundæ die omnem pilum reſecaret, veſtémque lavaret, id ſignificabat homini jam nunc aliam morum conformandorum rationem inſtituendam, ſuperiorem vitam, quam morbo illo afflictatus vixerat, deniquè mittendam. Idem jubebatur Deo immolare duobus agnis, & ove una: primum igitur mactabatur ex agnis unus in hoſtiam pro delicto: inde fiebat ove piaculare ſacrum

unum ad ſacrificium ſolidum, & alterum ad ſacrificium pro delicto: præterea autem præbebat & ovem ad ſacrum piaculare: quod cùm ei per anguſtias rei non licebat, geminas volucres præbebat, alteram ad ſolidum, & alteram ad piaculare ſacrum, inſuper agnum ad ſacrificium pro delicto.

§. IV. Omninò tres iſti, fœdata profluvio ſanguinis femina, vir fluxione ſanguinis, lepríſque temeratus, ſuum quiſque piaculum faciebant octavo poſt die, quàm ſanati fuerant: nempe horum quiſque ſeptem obſervabat dies puros; quorum poſtremo corpus lavabat, & ſolis occaſum expectabat, ſacráque faciebat ſua poſtridie.

§. V. Jam puerpera quadrageſimo die, quàm natus puer; vel octogeſimo die, quàm puella nata fuerat, non faciebat ſuum Deo ſacrum; ſed expectabat ſolis obitum, craſtinóque die, qui dies erat unus & quadrageſimus à nato puerò; vel unus & octogeſimus à nata puella, ſacrificium faciebat ſuum. hic eſt enim ille dies, quem præſtituit præſcriptum Legis iſtuc, *Com-* Lev. 12. 6.
pletiſque diebus ſuæ purificationis pro filio, próque filia, præbeto, & reliqua. Quæ ſi ante completum dierum numerum ſacrum faceret, non liberaretur debito: non, ſi pro ſuperiore quodam partu feciſſet intra numerum dierum pro partu poſteriori obſervandum: atque iſti ſi ſua piacula ad præſtitutam diem non feciſſent, facerent poſtmodum: verùm enim vetabantur veſci ſacris interea, dum ipſorum piacularia facta non erant: nihil

crum: tum altero agno ſolidum fiebat ſacrificium. Hoc adeo exigebatur ad illud, quod eſt fundamentum totius religionis, quidquid hominibus noſtris accidit, accidere non caſu fortuito, ſed conſtitui providentiâ Dei, qui pro eo cuique, ac vitam agit, referat gratiam: ſic, ut homo leproſus in animum induceret ſuum pro peccato, pro delicto ſe ſuo lepris tentatum: aſtringebatúrque ſacro piaculari ſi forte peccatum, delictúmque ſuum cognitum haberet: & idem aſtringebatur etiam hoſtia pro delicto, ſi foret incertus deliquiſſet, necne: nam hoſtia pro delicto ſuſpenſo & dubio, ſicut ante demonſtratum eſt, conſtituebatur ei, qui ambigeret aliquid in ſe admiſiſſet, annon. Hæc erat cauſa, cur leproſus hoſtiam piacularem juxta, ac hoſtiam pro delicto immolaret. eſt enim hoc *Pſal.* 19. 13. divinum oraculum, *Errores quis perſpiciat?* Et illud alterum, *Eccleſ.* 7. 20. *Nam in orbe juſtus eſt nemo, qui rectè faciat ita, ut nihil peccet:* nempe ſciens aut imprudens. Ergo ab homine leproſo primùm mactabatur hoſtia pro delicto, qua lueretur admiſſum incompertum: hæc agnus erat: fiebat ove deinde ſacrum piaculare: primùm expiabatur quod levius: tum deinde quod gravius erat. Expiatis maleficiis ſcienter imprudenter admiſſis, fiebat ſacrificium ſolidum, quò propius homo ad Deum accederet.

nihil obſtabat autem ſolidum ſacrificium, * nec ſacrificium pro delicto. Dictum eſt nobis in tractatu de ratione ſacrificiorum faciendorum, omninò fieri non potuiſſe, ut alius alium ſacris obligatum liberaret, niſi ſcientem & volentem. Excipiantur tamen piaculi indigentes: in his non requirebatur, ut aſſenſum præberent ſacrificiorum domini. nam pro ſuis quiſque liberis impuberibus, qui indigentes erant piaculi, * piaculum faciebat, & ſacris eoſdem ritè paſcebat.

§. VI. Laborabat igitur profluvio ſanguinis mulier, cui tribus deinceps diebus extra menſtrua provenerat fluxio ſanguinis. hæc enim mulier abſoluto erat ſanguinis profluvio contaminata, quæ jubebatur ſeptem obſervare dies puros, obligabatúrque ſacro. Sed explicandâ ratione menſium jam diſſeruimus, egeſto ſanguine, mulier quando profluvio ſanguinis laboraret, quando non laboraret profluvio ſanguinis, ſed menſtrualis, aut pura foret, & quando profluvium ſanguinis incertum haberet. Jam verò quæ mulier cunque nobis dicitur certum habere profluvium ſanguinis, atque ſeptem obſervaſſe dies puros, hujus erat facere piaculum; quod comedebatur: quæ dicitur autem incertum habere profluvium ſanguinis, piaculum faceret illa quidem, ſed piaculum hoc neutiquam comederetur; quia enim, id quod alio loco nobis jam diſputatum eſt, piaculare ſacrificium, quod volucribus fiebat de dubio, igni abolebatur. Porro autem in explicanda ratione menſium oſtendimus quo partu, quaque abortione contraheret, aut non contraheret inquinamentum puerperii mulier: id igitur ubi traditur contractum eſſe mulieri, fiebat ab ea piaculum quod comedebatur: & ubi contrà traditur hoc inquinamentum puerperii non eſſe contractum mulieri, mulier piaculari ſacro ſoluta fuerat.

§. VII. Si qua mulier, ignorato utero, abortiſſet, & abortum neſciſſet qualis eſſet; quia enim mulierem ſacro obligabat abortus alius, alius non obligabat; hæc opinabilis eſſet & ambigua puerpera, quæ piaculum faceret ſcilicet: at hoc ejus piaculum

§. V. *Nec ſacrificium pro delicto.* Notatur in commentariis, qui כסף משנה inſcribuntur, locum ignorantiâ librariorum eſſe depravatum, expungendum illud, *nec ſacrificium pro delicto.*

Piaculum faciebat. In editione Veneta minori anni 1574. pravè excuſum שהרי אדם קרבן in ſuperiori editione Veneta majori rectè legitur שהרי אדם מביא קרבן

§. I. *Sic*

piaculum non comederetur. Porro ſi ſimul in uno eodemque loco duabus à mulieribus abortus eſſent facti duo, quorum ob unum fieri piaculum conveniret, non conveniret ob alterum, atque ſuum ipſius abortum neutra ſatis noſceret; earum utraque faceret de dubio piaculum, & neutrum comederetur, ſi forte eſſet ejus, quæ ſacro piaculari non aſtringeretur: hujus enim piacularis hoſtia fuiſſet reapſe profana beſtia in atrio jugulata, de qua videlicet nullam percipere commoditatem licebat, quemadmodum tractatu de ratione jugulandorum animantium expoſuimus.

§. VIII. Mulier tam partu tempeſtivo, quàm abortu cùm multiplices fœtus ediḍiſſet, eadem erat conditione, ac cùm edidiſſet unicum: conficiebat unum pro omnibus ſacrum; ſi modo fœtus omnes edidiſſet intra numerum dierum ſibi à puerperio obſervandum: ſin eſſet autem, ut poſt completum illum dierum numerum etiam abortaſſet, abortu pro iſto ſeorſum faceret ſacrificium. Mulier igitur ſi puellam peperiſſet, porro abortiones ejus ab puerperio uſque ad extremum diem octogeſimum adjungerentur ad primum partum, & perinde eſſet, ut ſi gemellos fœtus deinceps eſſet enixa, nec ſacrum faceret plus uno. Eadem ſi vel ad unum & octogeſimum, vel ad diem aliquem inſequentem feciſſet abortum ejuſmodi, pro quo conveniret ſacrificium fieri, ſeparatum utique faceret ejus nomine ſacrificium. Atque mulier ſi puellam peperiſſet, & ſexaginta, vel ſeptuaginta poſt diebus item alterum fœtum femineum edidiſſet abortivum; illa cùm intra dies octogenos ab ejectione hujus alterius feminei fœtus obſervandos abortaſſet de novo; nihilo magis novo ſacro obligaretur. Item ſi ſeu ſexaginta diebus, ſeu ſeptuaginta poſt, quàm ab ortu femineus alter ille fœtus eſſet egeſtus, egeſſiſſet tertium fœtum femineum; porro intra octoginta dies ab egeſto hoc tertio fœtu femineo obſervandos nullam ob abortionem novam novo ſacro aſtringeretur. nimirum novum illud abortivum abortum ad tertium adjungeretur, & hic ad ſecundum, utpote factus intra numerum dierum ab ipſo obſervandum: abortus autem ſecundo loco factus adjungeretur ad partum primum, & mulier omninò pro omnibus hiſce puerperiis ſacrum unum faceret.

§. IX. Quæ mulier pepererat infantem aut obſtructo, aut ambiguo ſexu, ea ſi poſt exactum quadrageſimum ab iſto partu diem abortiſſet, abortum ob iſtum videlicet ſacrum piaculare faceret, ſi forte primus ille partus mas eſſet, & poſt completum dierum numerum ejus causâ obſervandum abortus hic accidiſſet: ſedenim hoc piaculare ſacrum non comederetur, quòd primus ille partus ſi femina fuerat, intra dierum numerum ejus causá obſervandum mulier abortaſſet, & eam ob rem ſecundo ſacro piaculari libera foret.

§. X. Incerta mulier anne causâ quinque puerperiorum ſacris teneretur, aut causâ quinque profluviorum ſanguinis, piaculum faceret unum, atque ſacris veſceretur, eademque reliquis non obligaretur. Cui verò mulieri exploratum erat ſe teneri ſacris propter quina aut puerperia, aut profluvia ſanguinis; omninò ea cùm piaculum fecerat unum, porro ſacris veſceretur: verùm enim reliquis etiam aſtringeretur. Jam ejus, qui profluvio genituræ laboraſſet, viri erat ratio eadem. Mulier ſi quinque certorum puerperiorum, item & quinque puerperiorum incertorum nomine fuiſſet impedita: vel nomine quinque puerperiorum certorum, & incertorum inſuper quinque profluviorum ſanguinis; piacularia faceret duo: unum unius certi puerperii causâ, quod comederetur, ac reliquorum porro mulier certorum puerperiorum ſacris piacularibus teneretur: & alterum incertam ob impuritatem: id verò non comederetur: porro autem mulier cæterarum impuritatum incertarum piaculis non obligaretur, & ſacris veſceretur.

§. XI. Extranea mulier ad religionem puram converſa ſi minus exploratum haberet, anténe peperiſſet, an poſt, quàm initiata ceremoniis fuerat; illa de dubio piaculare ſacrum faceret, ídque non comederetur. Ac ſuperiori diſputatione de noxiis imprudenter admiſſis hoc nos jam diſſeruimus, à quibuſvis piaculi de dubio indigentibus, cùm rite fuiſſet actus ſolemnis Expiationum dies; nihilo minus tamen piaculare ſacrificium poſtea neceſſariò fieri: cauſa & ratio eſt, quòd hoc illi ſacrificio reddebantur idonei, qui ſacris veſcerentur.

§. XII. Quæ mulier cunque vel ob puerperium, vel ob profluvium ſanguinis erat obſtricta ſacris, hæc in ærarium ſacrum inferebat tantum argenti, quantum ſufficiebat ad pullos illos emundos,

emundos, id in arcam idoneam ponebat, & ad veſperum ſacris veſcebatur. Nimirum ita perſuaſum erat ſacerdotes de rebus divinis conſtitutos judices ex ærario ſacro diſcedere nunquam, quin & illa penitùs exhauſta arca, & ejus pecuniis emti pulli omninò ſacrificati fuiſſent omnes, id quod tractatu de ſiclis, item & tractatu de apparatu templi atque de miniſtris ejus docuimus.

§. XIII. Talis enim mulier ſi ſimul, ac debitum à ſe piaculare ſacrum peregerat, diem ſuum obiſſet, hæredes ejus & ſolidum ſacrificium facerent, oportebat; ut hoc ab illa viva ſacratum non eſſet: nempe mulieris univerſa bona pignori oppoſita fuerant ob hoc ſacrificium: namque jus oppignorandi divina Lege ſancitum eſt.

CAPUT SECUNDUM.

Quod & quale ſit gonorrhææ genus id, de quo commemoretur capite decimo quinto Levitici? *Id ſi cui per vim, aut morbum, aut ſimilem cauſam accidiſſet, ex Legis præſcripto nullatenus temerari: ita cauſam vitii diligenter etiam atque etiam quærendam. Jam in puerorum tali lue cùm ipſorum, tum matrum atque nutricum habendam eſſe rationem. Ad concipiendum hoc inquinamentum complures à Lege dies mulieri præſtitutos eſſe, viro non item.*

§. I. GOnorrhææ genus divina Lege commemoratum eſt id, quod provenit è vitio partium naturalium, quibus ſemen continetur: hæc igitur profuſio ſeminis contrà, quàm in complexu venereo, fit ſine labore, ſine voluptate ac titillatione. Semen enim ſerpendo profluit * ſic, tanquam maſſa farinæ hordeaceæ: idem velut albumen ovi corruptione diluti fuſcum

§. I. *Sic, tanquam maſſa.* In exemplaribus Venetis editis in folio minori anno 1574. deſideratur vox כמו *ſic, tanquam,* quæ vox extat in exemplaribus ibidem editis in folio majori anno 1524.

§. II. *Natu-*

fuſcum eſt, cùm in complexu venereo ſit ita candidum, ac copulatum, ut incorrupti albumen eſt ovi.

§. II. Si cui profluvium geniture, quod hominem ſua lue temerabat, per morbum, vim, conſimilémve quandam cauſam adveniſſet; is neutiquam temeratus eſſet. nimirum iſtuc Legis
Lev. 15. 2. verbum, *Cujus è viri * natura ſemen effluet*, hoc valet, ſi lues iſta proveniat ipſius è naturæ vitio, homo ſcilicet temeratus eſto: at ſi feratur aliunde, non item. Hinc edictum à magiſtris noſtris erat; ut in eo, cui profluvium geniture ferretur, diligenter etiam atque etiam conſiderarentur res ſeptem: cibus, potio, onus, ſaltus, morbus, intuitus, cogitatio. nam ſi cibi, potioníſque nimium adhibuiſſet; ſi comediſſet, potaſſétque ea, quæ ſemen evocare viderentur: ſi portaſſet injuſtum onus: ſi vaſtum tranſmiſiſſet ſaltu ſpatium, quò eódem pertinebat etiam & dorſi contuſio: ſi morbo laboraſſet: ſi feminam intuitus cupidus ejus habendæ fuiſſet: ſi de re venerea universè multum & diu cogitaſſet, ut propriè de conjunctione ullius feminæ ſibi notæ cogitaſſet nihil; harum rerum una aliqua ſi gonorrhæam anteceſſiſſet cauſa efficiens ejus eſſe putaretur, homo non temeraretur.

§. III. Ac prima quidem gonorrhæa non fœdabat hominem * privâ geniture fluentis lue viginti quatuor horas ipſas: fluoris id ex nimia quadam abundantia geniture proveniſſe ducebatur. Item intuitus ante dictus, veheménſque de rebus venereis cogitatio gonorrhææ luem ſuſpendebat totas viginti quatuor horas. Cibus verò, potus, ſaltus, & labor improbus luem ſuſpendebant, quoad dolor aderat.

§. IV. Si cui, poſt circunciſum præputium, ſeu extraneo, ſeu Judæo profluvium geniture ferretur; id circunciſio ſuſpenderet interea dum manebat dolor. * Extraneus homo cùm ſecundum fluxionem ſeminis ceremoniis noſtris eſſet addictus, ejus luis fœditas actutum inciperet, non ſuſpenderetur in quatuor & viginti totas horas. Puero impuberi cùm profluvium geniture proveniſſet;

§. II. *Natura ſemen effluit.* Notant & *Aben Ezra* & *Abarbanel* hic poſitum eſſe בשר verbum verecundum pro alio obſcœno, ut pudori conſuleretur.

§. III. *Priva genitura fluentis lue.* Sed- enim fœdabat inquinamento illo genitalis ſeminis caſu fortuito miſſi.

§. IV. *Extraneus homo.* In exemplaribus editis 1574. extat גר. In editis 1524. גוי. Sed eòdem recidit.

§. IV. *Ea*

provenıſſet; non conſiderabatur nec obtutus oculorum, neque mentis applicatio; quia enim hæc in pueris non ſunt ea, quæ profluvium genituræ evocent: cæteræ quinque cauſæ conſiderabantur.

§. V. Pueri gonorrhæam ut morbus proprius, ſic & invaletudo matris ſuſpendebat, cùm hujus ubera ſugeret infans, aut matri neceſſario adhæreret. Hæc igitur lues ubi cuipiam obtigerat, explorabantur viæ ſupra commemoratæ ad ſecundam videlicet fluxionem ſeminis, quæ demum gonorrhæam conſtituebat, ut inferiùs oſtendetur. Etenim ſi primam fluxionem ſeminis alicui tuliſſet aliena vis, modo ſecundam tuliſſet naturæ vitium, hic genituræ fluentis lue fœdatus eſſet: quanquam eventus cauſæ quærebantur etiam ad primam fluxionem ſeminis ideo, ut hæc eſſet una ex tribus fluxionibus requiſitis ad hominem piaculari ſacro aſtringendum; ad tertiam autem fluxionem ſeminis nihil quærebatur amplius: vel aliena vis ſi cauſa fuiſſet, nihilo ſecius impuritati jam emancipatum antecedentibus profluviis genituræ à naturæ vitio profectis ſacro aſtringeret.

§. VI. Cùm genitura cui ſemel effluxerat naturæ vitio, iiſdem addicebatur, ac qui communi caſu genitale ſemen ex ſe fudiſſet: idem hoc cùm alicui bis acciderat, profluvio genituræ temeratus erat: is adeo ut obſervaret dies numero ſeptem, & aquâ jugi corpus ablueret, neceſſe erat; non erat autem, ut ſacrificium faceret. Quod ſi cui ter deinceps accidiſſet, is ab ſoluto profluvio genituræ temeratus aſtringeretur etiam ſacrificio. nam inter effluentiam genituræ duplicatam & triplicatam, præter ſacrificium, nihil diſcriminis erat. Sic enim hæc omnia nobis per *Moyſem* illum noſtrî doctorem de monte Sina tradita ſunt.

§. VII. Ac viro quidem ſeu per horæ ſpatium, ſeu per totum diem bis ter deinceps effluentia genituræ provenerat, pariter iſta lue temeratus eſſet. complures enim mulieri dies ad hoc inquinamentum concipiendum præſtituit divina Lex, in qua ſcriptum videmus, *Mulier cùm ex ea ſanguis effluet dies multos:* Lev. 15. 25. Sed eadem dies multos ad conſtituendam viri gonorrhæam non requirit.

§. VIII.

§. VIII. Quòd ſi vir inter unam & alteram effluentiam genituræ ſolidum diem habuiſſet vacuum, illæ non committerentur: ut ſi una illi effluentia genituræ proveniſſet ad ſabbatum, & dein ad diem hebdomadæ ſecundum altera, non committerentur, nec genituræ fluentis fœditatem tuliſſent. Item ſi ſecundò genituram profudiſſet ad primum hebdomadæ diem, & ad diem hebdomadæ tertium, tertio ſacro ſolutus eſſet. nam poſterior iſta profuſio ſeminis ſuperioribus duabus, quoniam dies vacuus intermedius fuerat, non conjungeretur. Rurſus ſi ſemel de die, & iterum inſequenti nocte genituram profudiſſet, profuſio una alteri conjungeretur: id verò nec dici quidem opus eſt, ſi prima fluxio genituræ noctu accidiſſet, & proximè ſequenti die ſecunda, has unà componi ſimul. Porro fluxiones genituræ cùm accidiſſent tres tribus deinceps noctibus, itidem componerentur.

§. IX. Profluvio genituræ nullus eſt finitus modus: quantu-
Lev. 15. 3. lumcunque temerabat. hoc enim Legis verbum, *Vel eo præcluſa* (natura) *fuerit*, ſignificat tantillum ejus in naturali parte perceptum temerare tamen.

§. X. Cùm ex aliquo genitura ſerpendo profluxiſſet ſine intermiſſione, videndum erat: ſi ab principio fluxionis ad finem tantum temporis interceſſiſſet, quantum ſufficeret ad corpus lavandum & tergendum, aut plus eo; hæc, quoniam æquaverat longinquitate duas, pro duabus fluxionibus putaretur. Quæ ſi non eſſet in tam longum producta ſpatium, unica tantùm duceretur; ut etiam aliquid intermiſſionis habuiſſet. Porro cùm una & eadem fluxio fuiſſet tam longa, quàm ſolerent eſſe tres, adeo; ut ab initio ad finem effluxiſſet id ſpatii, quod ſuppeteret ad corpus bis lavandum & tergendum, utique pro fluxionibus haberetur tribus, & ſacrificio procuranda fuerat.

§. XI. Si cui de die fluxio genituræ ferretur una, interpoſitóque ſpatio, quod ad lavandum & tergendum corpus ſuppeditaret, porro aut duæ fluxiones genituræ ferrentur, aut magnitudine reſpondens duabus una: contráque ſi primùm accidiſſent fluxiones ſeminis duæ, vel una par abundantiâ duabus, tum interpoſito ſpatio, quod ſufficeret ad corpus lavandum & tergendum, etiam adveniſſet una fluxio ſeminis; hic abſoluto profluvio genituræ fœdatus eſſet.

§. XII.

§. XII. Si cui fluxio ſeminis una & eadem accidiſſet partim extremo die, partim prima nocte; hæc ſi par duabus longinquitate non eſſet, putaretur tamen pro duabus. diverſi dies enim fluxionem bipertirentur. Hinc ſi quis effluentiam geniture pateretur unam ad crepuſculum, quod ſítne dies, an nox dubitatur, dubiam ſuſcepiſſet impuritatem.

§. XIII. Et ſi quis interdiu fluxionem ſeminis unam, & alteram crepuſculo pateretur; lues certa, incerta ſacrificii foret obligatio: ergo ſacrificium ab eo quidem fieret: id verò non comederetur.

§. XIV. Et ſi quis fluxionem ſeminis crepuſculo ineuntis ſabbati pateretur unam, & alteram crepuſculo exeuntis ſabbati; impuritas juxta, atque ſacrificii obligatio dubia fuiſſet: impuritas, ſi forte prima fluxio ſeminis pridie ſabbati, ſecundáque poſt exactum ſabbatum demum accidiſſet, ſic; ut totum ſabbatum interjectum fuiſſet, nec gonorrhææ lues ullatenus contraheretur: & obligatio ſacrificii crepera foret propterea; quòd ſi alterutra fluxio ſeminis in diei noctíſque partem incidiſſet, locum obtineret duarum: adveniſſent igitur homini fluxiones ſeminis tres, qui utique ſacro obligaretur: itaque ſacrum conficeret ille quidem: verùm id non comederetur.

CAPUT TERTIUM.

Quæ & qualis eſſet ejus, de quo proximo ſuperiori capite explicatum eſt, gonorrhæi luſtratio? Quæ luſtrationis inchoatæ rationem conturbarent?

§. I. PRofluvium genituræ quoad viro ferebatur, is temeratus erat: & hoc ubi ferri deſitum erat, is itidem, ut femina profluvio ſanguinis affecta, dies puros obſervabat ſeptem, quorum ultimo lavabat, & expectabat ſolis occaſum, octavóque poſt die ſuum conficiebat ſacrum, ſi eſſet, ut fluxiones ſeminis habuiſſet tres. Qui ſi extremo die ſeptimo ſecundum lotionem pateretur etiam fluxionem ſeminis, amiſſo hoc univer-

ſo dierum numero, de integro ſeptem dies ab eo die, quo poſtremùm ex eo genitura defluxerat, puros obſervaret.

§. II. Si quis autem gonorrhæa defunctus ex his ſeptèm diebus obſervandis aliquo ſemen ex ſe genitale caſu fudiſſet, unum illum diem ſolum perderet; tum deinde ſeptem dies compleret, ſacrúmque faceret: ut ſi caſu ſemen genitale profudiſſet die quinto, deinceps obſervaret dies tres, tertióque poſt die, quàm ſemen genitale profuſum eſſet, lavaret, quarto ſuum faceret ſacrificium.

§. III. Jam gonorrhæam paſſus ſi primum ad diem ex illo dierum obſervandorum numero ſemet ipſe conſpicatus inveniſſet incontaminatum, idemque ſeſe conſpexiſſet deinceps non diebus ſingulis, ſed die demum ſeptimo, intemeratúmque repeperiſſet; utique pro puro haberetur. Plus hoc dico, ſi quo die lues illa ſibi dum veniſſet, eo ſe intuitus ſpurcam illam luem ſiccatam & deterſam, intermiſſum genituræ profluvium inveniſſet, & poſtridie primo horum omnium dierum obſervandorum die ſe non inſpexiſſet, ſed inſpexiſſet die ſeptimo, vel octavo denique, mundúmque reperiſſet, homini illum dierum numerum eò valuiſſe, ut pro puro haberetur.

§. IV. Effluentia genituræ numerum dierum cùm invertebat alicui, eum ſacro non aſtringebat: ut ſi quis fluxiones ſeminis duas paſſus, inde diem unum aut alterum vacuum habuiſſet, & obſervare ſeptem dies puros inſtituiſſet, tum intra hos ſeptem dies rurſus genituram profudiſſet; hæc profuſio duabus ſuperioribus non committeretur: inverteretur hac ſubductus dierum numerus: is de integro, ſicut ante dictum eſt, ſubduceretur. Immò ſi genituram profudiſſet intra hos ſeptem dies ter deinceps, ſi ter uno die, ſi ter extremo die ſeptimo; nihilo magis ſacro obligaretur: nimirum iſtæ fluxiones ſeminis ad invertendum dierum numerum modò valebant. Idem ſi genituram ter profudiſſet * ea nocte, quam ſubſequebatur dies octavus, ſacro obligaretur. fluxiones enim ſeminis iſtæ non eſſent dierum

§. IV. *Ea nocte.* In exemplaribus anni 1574. eſt מליל: in ſuperioribus anni 1524. בליל. tum in clauſula hujus ipſius ſententiæ poſt ſex ſeptem verba legitur in illis vitioſè מותרין: in his autem ſyncerè סותרין. Quæ correctiones quanquam ſunt in promptu, non ſunt homini locum accuratè diligentèrque tractanti negligendæ tamen.

§. VI. *Sor-*

dierum numerum invertentes. Sed ita ſi fluxionibus ſeminis fuerit à primo fœdatus duabus: ſin autem principiò fœdatus tribus ſeminis fluxionibus dies puros exegiſſet ſeptem, & proxima ab his nocte, quæ pertineret ad diem numero octavum, pateretur etiam fluxiones genituræ tres; harum poſtremarum causâ ſacrificium alterum non faceret; ſed unum cauſa primarum. nam ſi tres iſtæ poſteriores fluxiones ſeminis non invertebant dierum numerum; at certè non venerant extra tempus huic ſacrificio faciendo conſtitutum. Etenim nocte, quippe tempore haud idoneo ad ſacrificandum, ſacris denuo obligabatur nemo, præter puerperam, quæ ſi unâ & octogeſimâ nocte ab partu primo abortiſſet, altero ſacrificio aſtringeretur, ita uti ſupra demonſtravimus. Atque hoc nos traditione accepimus.

§.V. Porro ſi nocte, quam inſequeretur dies numero octavus, ex homine genitura defluxiſſet ſemel, & bis luce craſtina; fluxiones illæ tres inter ſe conjungerentur, ut causâ harum poſtremarum fluxionum altero ſacro alligaretur: id adeo, quòd in cujuſvis gonorrhæa prima fluxio genituræ pro fortuita genitalis ſeminis effuſione duceretur, &, ſi ſequerentur genituræ fluxiones duæ, nihilo ſecius his prior jungeretur ad obligationem ſacri conſtituendam. Rurſus ei ſi fluxiones ſeminis duæ ferrentur ad noctem octavam, & octavo lumine inſequenti inſuper una, non committerentur: ita propter ultimam fluxionem ſeminis nec ullo ſacrificio aſtringeretur.

§.VI. Omninò profluvium ſeminis æquè omnes temerabat: unius diei puerum, alienigenas homines noſtris ceremoniis addictos, * ſervos, ſurdos, & amentes. Ego verò ſic exiſtimo horum causâ piaculum eſſe faciendum, quî ſacris cibarentur: jam horum comedi piaculum jus eſſet. fuerant enim inſtar pueri, qui ratione non uteretur. Porro * eunuchum cùm factitium, tum etiam

§. VI. *Servos, ſurdos, amentes.* De his vide quæ diximus tractatu ſecundo hujus libri qui eſt de ſacris ſolemnibus, ad §. 1. capitis ſecundi.

Eunuchum cùm factitium, tum etiam natum. Duplex fere commemoratur à ſcriptoribus Hebræis, immò & à Soſpite *Chriſto* apud *Matt.* 19. 12. eunuchorum genus: unum exectorum, qui סריסי אדם dicuntur, ut qui ſunt hominum manu facti: & alterum eorum, qui à natura ſunt ita generati: hi adeo סריסי חמה nuncupantur; quippe quos ſol ſemper tales viderit. De hoc eunuchorum duplici genere diſputatur à ſcriptore noſtro cap. 2. tractatus de connubiis, quem nos ex hebræo latinum fecimus abhinc annos novem.

etiam natum profluvium genituræ temerabat itidem, uti cunctos homines.

§. VII. Androgynus & obſtructus his ſanè quàm gravibus utriuſque ſexus rationibus addicebantur: fœdabantur uti mulieres profluvio ſanguinis, & fluxione ſeminis ſic, ut viri: fœditas autem eorum erat anceps & ambigua: utervis horum igitur vel effluentiam genituræ ter paſſus, vel fluxionem ſanguinis, tribus deinceps diebus; ſacrificium faceret ſcilicet: at hoc non comederetur. Sin utrivis horum ob profluvium ſeminis ſeptem dies puros obſervanti ferretur profluvium ſanguinis; contráque ſeptem dies puros obſervanti ob profluvium ſanguinis accidiſſet profluvium ſeminis, dierum numerus non inverteretur.

CAPUT QUARTUM.

Qua ratione luſtraretur homo leproſus?

§. I. QUI factus erat è lepris ſanus, luſtrabatur ligno cedrino, hyſſopo, cocco dibapho, avium pari, ac corpore toto tondendo, lavandóque: Secundum hæc demum intrabat Hieroſolymam, obſervabátque dies ſeptem: ſeptimo die ſe tondebat iterum, ut antea: tum lavabat, * & ſimilis cujuſvis hominis de die lavati factus expectabat ſolis occaſum: poſtridie die octavo lavabat ſecundò: poſt ejus immolabantur victimæ. Quid ita verò pridie lotus lavabat etiam octavo die? Quia enim per quos dies certa fuerat ejus lues, impuritatibus aſſuefactus inquinamentum non tanto opere vitabat: ita poſt lavationem fortean erat etiam temeratus: ea de re in atrio mulierum in leproſorum conclavi, quod ibi paratum erat, octavo die rurſus lavabat, * etiamſi cogitationem ab priori lavatione non avocarat.

§. II. Qui

§. I. *Et ſimilis cujuſvis hominis de die lavati factus*, &c. Locus hic retractatur à ſcriptore noſtro diſputatione de ratione leprarum cap. 11. §. 2. Ibi textus habet, והרי הוא ככל טבולי יום quod verbum de verbo expreſſum eſt, & ſimilis cujuſvis hominis de die lavati factus.

Etiamſi cogitationem ab priori lavatione non avocarat. In editione anni 1574. membrum iſtud pravè detorſum ad articulum proximè ſequentem: tum voci נתאחר litera ו additur inſulsè. At in editione anni 1524. & recta diſtinctio, nec literæ redundantia.

§. II. *Ex-*

§. II. Qui ſi tonſuram diſtuliſſet aut in diem octavum, aut in alium longè poſt ſequentem; nihilo ſeciùs quo die tonderetur, lavaret, ſolis occaſum expectaret, & craſtino die poſt iteratam lavationem, uti ſupra demonſtravimus, ſacra ſua denique faceret. Hæc igitur in tali homine luſtrando tenebatur ratio. Leproſus * extra atrium Iſraelitarum contra portam orienti ſoli reſpondentem, quæ porta Nicanoris erat, in ipſo limine ſtabat *ſpectans in occidentis ſolis partes. hìc enim piaculi indigentes, cùm luſtrarentur, ſtabant omnes: hìc & mulieribus in adulterii ſuſpicionem vocatis amara illa diráque dabatur aqua bibenda: deinde leproſi hominis hoſtiam pro delicto viventem prehendebat ſacerdos, & cum logo olei ſimul * agitabat ad orientem verſus, quam in partem agitari conveniebat, quidquid ſacrorum agitabatur: quanquam, ſi ſeparatim agitaſſet utrumque, bene fuerat: tum idem ad portam deducebat hoſtiam leproſi hominis, qui porrectas in atrium manus ei imponebat: continuò jugulabatur hoſtia, cujus ſanguinem excipiebant ſacerdotes duo: unus ſacro vaſe: is aræ ſanguinem exceptum inſpergebat: alter manu dextra, qui porrò eum in lævam infundebat, * digito indice dextro ſpargebat: hic ſi contrà, quàm opor-

§. II. *Extra atrium Iſraelitarum*, &c. Nam introire in atrium Iſraelitarum piaculi indigenti licebat nemini, id quod demonſtratum eſt tractatu primo libri ſuperioris de cultu divino, ad §. 18. capitis ſeptimi.

Spectans in occidentis ſolis partes. *Majemonides* noſter eo libro, qui Doctor Perplexorum inſcribitur, par. 3. cap. 45. In tractatu, inquit, Talmudico, qui eſt de ſolemni Expiationum die, magiſtri noſtri expreſsè dicunt ab patriarcha *Abrahamo* locum divino cultui conſtitutum ad occidentem ſolem, qui locus erat auguſti templi pars ſanctior. Cujus ego rei nunc iſtam invenio cauſam. Erat temporibus illis fuſa per orbem iſta perſuaſio, ſol ut pro Deo haberetur ac coleretur: quoniam igitur univerſi homines, ut credere par eſt, venerabundi ſolem orientem ſpectabant, contra patriarcha in monte Moria, in quo eodem poſtea ſanctuarium, adoravit Deum rerum Dominum ad occidentem ſolem ſic, ut tergum in orientem ſolem verteret. Etenim Iſraelitas à pura religione deficientes ad priſtinam illam ſuperſtitionem hoc ipſum feciſſe ſcriptum videmus *Ezech.* 8. 16. *Terga templo Dei immortalis, ora ſoli obvertentes hujus ortum venerabantur.* In eandem ſententiam loquuntur R. *Levi Gerſomi* filius & *Iſaacus Abarbanel* ad cap. 6. *Lev.* Fuiſſe cineris receptaculum quoddam infra altare ad orientem. Etenim ne quis in animum induceret ſolem pro Deo coli honeſtiſſima in templo ad occidentem, & ſordidiſſima ac deſpicatiſſima quæque fieri ad orientem ſolem: itaque victimarum volucrum ingluvies in eam partem abjici.

Agitabat ad orientem. Agitanda ſacra, ſicut in libro de cultu divino demonſtratum eſt tractatu quinto ad §. 7. cap. 9. movebantur prorſum, rurſum, ſurſum, & deorſum.

Digito indice. Vox אצבע universè digitum, & propriè ſignificat indicem.

§. I. *Iu-*

oportuerat, læva manu primùm excepiſſet ſanguinem, temeraſſet. Qui ſacerdos vaſe ſacro partem ſanguinis exceperat, prior eum delatum aræ aſpergebat: inde leproſum ad hominem veniebat qui ſanguinem exceperat manu ſacerdos. Conſiſtebat intus ſacerdos, leproſus homo foris: atque hujus, inſerto capite, auriculam dextram conſpergebat eo ſanguine ſacerdos, quem manu continebat: dextrâ deinde manu inſertâ, ſanguine reſpergebat digitum pollicem: tum & pede dextro inſerto, digitum pollicem itidem ſanguine reſpergebat. nam aſperſio ſanguinis in ſiniſtris membris facta, irrita, neſaſta foret. Secundum hoc hominis piaculare ſolidúmque ſacrum fiebant. Sacerdos ubi digitos pollices ſanguine conſperſerat, idem de logo olei quid in lævam manum ſacerdotis alterius infundebat: neque tamen contra fas in ſuam ipſius manum id infunderet. Porro ipſe digito indice dextro inditi in manum olei reſperſiones ſeptem ad adytum templi dirigebat: ad ſingulas reſperſiones oleo digitum imbuebat: quæ ſi aſperſio olei minùs accuratè dirigeretur ad adytum templi, bene haberet tamen. Inde redibat ad leproſum, cui partes ſanguine hoſtiæ pro delicto oblitas, auriculam, digitum pollicem manus, atque pedis, oblinebat & oleo: tum olei manu contenti reliquum inſtillabat in caput hominis luſtrandi: quod unum ſi omitteretur, luſtratio fuiſſet nulla. Quod autem olei in logo ſupererat, id diſtribuebatur ſacerdotibus.

§. III. Quod in logo ſuperabat oleum, in atrio duntaxat à ſacerdotibus maribus, veluti cætera ſacra ſanctiora, comedebatur; quia enim adæquatur cum hoſtia pro delicto: tum interdictum erat, ne quiſquam oleum logi deguſtaret ante factas reſperſiones, & oblitos leproſi pollices: quod ſi quis antea deguſtaſſet, verberibus multaretur, ut qui ante aſperſionem ſacra comediſſet.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

Leproſum aut aure dextra, aut digito pollice manus dextræ, dextrique pedis mutilum luſtrari potuiſſe nunquam. Leproſi hoſtiis perperam cæſis alias ad hominem luſtrandum requiri, ſi inter reſperſiones logus olei profunderetur, quid facto opus eſſet? Quid ſi reſperſiones fuiſſent ordine præpoſtero factæ? Quid ſi leproſus præbitis ad ſacrum hoſtiis ſubito ex paupere dives, aut ex divite pauper evaſiſſet? Et multæ adeo ejuſmodi quæſtiones.

§. I. ERAT auriculæ modus dimidiata auris: pollices ſecundum latitudinem, rectum; * infra latus obleviſſe, pravum erat: Illito ſanguine hoſtiæ pro delicto oleum ritè ſuperponeretur, vel propter apponeretur: immò & deterſo ſanguine pollicibus oleum eſſe illitum, rectum erat: atque hoc efficitur ex eo, quod in Lege dicitur, *Super locum ſanguinis hoſtiæ pro de-* Lev. 14. 28.
licto. Talis autem homo digito pollice manus dextræ dextrive pedis, aut auricula dextra privatus purificari poterat nunquam.

§. II. Hoſtia pro delicto hominis leproſi, quæ non eſſet ſuo nomine cæſa, cujus ſanguine digiti pollices oblinendi obliti non eſſent; inferretur in altare tamen: at leproſus oportebat, ut hoſtiâ pro delicto aliâ immolandâ luſtraretur.

§. III. Atque hujus hoſtia piacularis ſi fuiſſet cæſa prior, quàm hoſtia pro delicto, non erat ejus ab aliquo ſanguis agitandus quoad inſpergi altari ritè poſſet; ſed expectata figuræ immutatione ad locum conſtitutum igni cremabatur.

§. IV. Erat homini leproſo in manu, ut ad diem ſibi præſtitutum hoſtiam pro delicto ferret, decémque poſt diebus logum olei ſuum. Poterat etiam, ſi vellet, logum olei ſuæ hoſtiæ pro delicto

§. I. *Infra latus obleviſſe.* Utitur noſter verbis, quæ in hanc eandem rem uſurpantur tractatu Talmudico מנחות de ſertis fol. 10. pag. 1. צידי צידיהן quæ ibidem R. *Salomo Jarchi* ſic interpretatur בשר התחתון כנגד הכף caro inferior contra volam.

§. V. Lex

delicto deſtinatum, atque adeo ſacro jam utenſili dicatum, novo inito conſilio, alterius hominis leproſi hoſtiæ pro delicto adjungere. Si nonnihil logo olei deſieret ante, quàm inde ſacerdos in palmam ſiniſtram infudiſſet illud aliquid; repleretur: ſin poſt, quàm ſacerdos ex eo quid in ſiniſtram palmam fudiſſet, alium oportebat olei logum offerri, ſi res integra fuerat.

§. V. Si uſuveniſſet, ut ſacerdos cùm cœpiſſet datum in palmam oleum ſpargere, reliquum logi profunderetur, ita res erat. Si nondum peractis ſeptem reſperſionibus profunderetur logi reliquum, alius offerretur olei logus, ex quo ſeptem reſperſiones de integro fierent: ſin poſt exactas ſeptem reſperſiones profunderetur logi reliquum; item alius offerretur logus olei, quo oleo primùm oblinerentur digiti pollices. Porro ſi profunderetur logi reliquum inter initium & finem oblinendi digitos pollices, referretur etiam alter olei logus, unde pollices de integro oblinerentur. Si pollicibus planè perlitis logi reliquum profunderetur antè, quàm hoc olei, quod in manu ſacerdotis ſupererat, datum in leproſi caput eſſet; nihil erat, quòd alter olei logus offerretur: neque enim neceſſariò requirebatur, ut in leproſi caput daretur oleum: id eſſe verum inde cogitur, quòd
Lev. 14. 18. * Lex in hunc locum dicat, *Reliquum oleum*, at paulo ſupra *Re-*
Ibid. v. 17. *liquo oleo.*

§. VI. Si leproſus oleo priùs, quàm ſanguine fuiſſet oblitus; ex logo repleto oleum ſanguini ſuperadderetur. Item leproſi pollices oleo ante perfuſi, quàm eſſent factæ ſeptem ejuſdem olei reſperſiones ex logo repleto denuo perfunderentur poſt ſep-
Ibid. v. 2. tem reſperſiones. nam hoc verbum, *Lex iſta leproſo eſto,* id volebat rationem leproſi purificandi ordine inſtitui.

§. VII. Septem olei reſperſiones ſi ſuo nomine peractæ non eſſent, ſacrum utique non litaſſet, nec luſtraretur leproſus.

§. VIII.

§. V. *Lex in hunc locum dicat, Reliquum oleum, & paulò ſuprà, Reliquo oleo.* Argumentum & ratio ducitur ex eo, quòd jam ante Lex ad pollices oblinendos reliquum olei duntaxat poſtularit, & hic ad caput perfundendum nihil præter illius reliqui reliquias requirat: at fieri poterat, ut ex ſuperiori reliquo nihil relinqueretur: non erat igitur hæc capitis perfuſio planè neceſſaria. Vide commentarios R. *Salomonis Jarchi* in tractatum Talmudicum יומא de ſolemni die Expiationum, f. 61. pa. 1. in extremo.

§. I. *Hoc*

§. VIII. Talis enim homo ſi poſt hoſtiam pro delicto immolatam iterum lepris corriperetur, cauſâ leprarum alterarum alterum ejus generis ſacrificium faceret, neceſſe erat: ſi ſæpius afficeretur, ob affectiones ſingulas ſingula ejuſmodi ſacra faceret, oportebat. Si quis autem factus ſemel ex hoc vitio ſanus, cùm primùm ex præſcripto præbuiſſet par avium ad ſui purificationem, iterum eo conflictatus eſſet, atque factus ex eo ſanus alterum par avium ad purificandum ſe præbuiſſet; omninò ſacrificium pro delicto unum faceret.

§. IX. Leproſus, allato pauperis ſacro, ſi ſubitò dives evaſiſſet: contráque divitis allato ſacro, ſi repente factus eſſet inops priùs, quàm ſacrum conficeretur; pro eo ac fuiſſet tum, cùm cæderetur hoſtia pro peccato, cenſeretur: ut ditis ſacrum præberet, id temporis ſi dis eſſet: & præberet ſacrum inopis, ſi tunc eſſet inops.

§. X. Fuerint duorum hominum leproſorum ſacra permiſta inter ſe ac confuſa poſt, quàm unius ex duabus illorum hoſtiis piacularibus inſperſus erat aræ ſanguis, atque horum alter mortem occubuerit, quid alteri ſuperſtiti facto opus erat? Etenim aliam hoſtiam piacularem adducere quadrupedem non licebat; quia fortaſſis ea, cujus ſanguis altari jam inſperſus erat, hoſtia piacularis ad ipſum pertinebat, & de dubio immolare quadrupede hoſtia piaculari neutiquam conveniebat: hoſtiam verò piacularem ferre volucrem nihilo magis ei licebat propterea, quòd homo dives ſacro pauperis luſtrari non poterat: quid igitur ſuperſtes iſte faceret? Nempe fortunas ſuas alteri perſcriberet univerſas ita, ut pauper exiſteret, atque volucrem immolaret de dubio hoſtiam piacularem, quæ, ſicut ante demonſtratum eſt, non comederetur: ſic efficeretur, ut ſacris veſci poſthac ipſi liceret.

§. XI. Opulentus homo ſi recepiſſet in ſe ſacrum cujuſpiam leproſi; cùm is inops eſſet, tamen ejus nomine ſacrum diviti conſtitutum faceret: ſacrum videlicet facultatibus ejus, qui voto ſe obligarat, definiretur. Porro pauper ſi votum concepiſſet ſe ſacrum facturum eſſe cujuſdam hominis leproſi, qui dives erat utique; pro eo ſacrum diviti præſcriptum faceret, quippe qui vovendo divitis ſe ſacro obſtrinxerat.

TRACTATUS SEXTUS
DE
Beſtiarum Conſecratarum
MUTATIONE.

IN hoc diſputatur de præceptis tribus, uno imperante, & prohibentibus duobus, quæ viſum eſt hîc ſubjicere.

1. *Conſecratæ beſtiæ beſtia ne ſummittitor.*

2. *Si qua ſummiſſa fuerit, & hæc ſacra eſto.*

3. *Animantium ſacrorum religionem ne varianto.*

Hæc adeo præcepta capitibus inſequentibus explicantur.

TRACTATUS SEXTUS

DE

Beſtiarum Conſecratarum

MUTATIONE.

CAPUT PRIMUM.

Verberibus multari qui beſtiam Deo ſacram aliâ commutaſſet, & toties eum multari verberibus, quoties beſtiam ſacram alia mutaſſet; præter quàm quòd ſuccedaneæ beſtiæ quoque ſacræ fierent. At beſtiis ſacris multorum communibus ſummiſſas beſtias nullatenus ſacrari: cùm beſtiæ ſacræ ſummitteretur alia cujus è genere toto nulla ſacrificaretur, nihil actum eſſe.

§. I. SI beſtiam Deo ſacram cum alia commutaſſet aliquis, verberibus coerceretur ſic, ut ſacratæ beſtiæ permutationem ſeorſim ſequeretur ſua cujuſque pœna verberum. nam hac de re in Lege eſt, *Hanc aliâ ne mutato.* Qui Lev. 27. 10.
ſi nihil effectum dederat, ita traditum erat noſtris de vetito neglecto, niſi quid effectum redderetur, verberibus multari neminem, præter eum, qui jusjurandum juraſſet, ſacratam beſtiam mutaſſet, & ſocium execraretur interpoſito horribili Dei nomine. neque enim poſſe contra hæc tria vetita fieri, quin aliquo pacto quid effectum daretur, & hac de cauſa eum, qui contra commiſerit, verberibus multari. Quid verò? Quid erat, inquiet aliquis, quòd ob mutationem ſacratæ beſtiæ quis verberaretur? id enim ne fieret vetando ſancitum eſt: verùm

Lev. 27. 10. * hoc vetitum ſolvitur in juſſum iſtud, *Qui ſi ſacratam beſtiam beſtiâ commutarit, ipſa pariter & in ejus locum ſubdita ſacra eſto.* Id erat ſcilicèt: in hoc loco inſunt cogens unum, & duo vetantia præcepta: præterea autem patet latiùs id, quod hîc vetando, quàm quod jubendo ſancitur; etenim multitudo, hominéſque ſocietate rerum inter ſe conjuncti ſi ſacræ pecudis in locum aliam ſubdidiſſent, ſubdita nullatenus conſecraretur: & tamen nihilominus iidem ne committerent, ut ſacram pecudem pecude mutarent aliâ, cautum erat. Singularis igitur homo ſi in locum ſacræ pecudis pecudem ſuffeciſſet vel ipſo ſabbato, & pecus ſuffecta ſacra foret, & ipſe verberibus damnaretur: ſin autem ex conſociatis hominibus unus communem inter ſe victimam conſecratam aliâ beſtiâ commutaſſet, aut commutaſſet aliquis hoſtiam publicam, cujus eſſet ipſemet particeps & ſocius, verberibus addiceretur quidem; ſed beſtia in locum victimæ ſubſtituta ſacra non eſſet.

§. II. Et ſive ſciens, ſeu quis imprudens in locum ſacratæ pecudis pecudem aliam ſubdidiſſet, pecudem ſubditam ſacraſſet, & verberibus multaretur: ut ſi, qui vellet dicere, hac ego beſtiâ muto illam, quâ facturus eram ſacrificium ſolidum, ita dixiſſet, hac ego beſtiâ muto illam, qua facturus eram ſacrificium pacificum; ſuccedaneæ beſtiæ rata conſecratio fuiſſet, & homo verberibus multaretur. Si quis autem beſtiam Deo ſacram aliâ mutaſſet ratus id facere licere: aut in alienas ædes introire ſtatuiſſet conceſſu domini pecude pecudem ſacram ibi mutaturus, tum idem in ædes ingreſſus, & oblitus copiam, ac voluit, petere, beſtiam ſacratam aliâ mutaſſet injuſſu domini; ſuccedanea beſtia ſacra fuiſſet illa quidem, ſed ipſe verberibus non multaretur.

§. III. Non erat in manu cuiquam, ut pecudem ſuam in alienæ victimæ locum ſubſtitueret: ſi verò victimæ dominus palam prædicaſſet, qui vellet pecudem in victimæ ſuæ locum ſubſtituere, per ſe illi licere; quivis ſubſtituere poterat. Porro in ſuæ ipſius victimæ locum ſi quis ſubdidiſſet alienam pecudem, nihil actum erat: nimirum rem alienam ſacrare poterat nemo.

§. IV. Cu-

§. I. *Hæc vetitum ſolvitur in juſſum.* Vide quæ in hanc rem annotavimus tractatu primo hujus libri pag. 5.

§. VIII. *Ap-*

§. IV. Cujus nomine piaculum fiebat, is demum hanc vim in ſe & poteſtatem habebat, ut in victimæ ſacratæ locum pecudem ſubderet, non item is, unde victima religione obligata ad piaculum faciendum præbita fuit: beſtias, exempli gratiâ, quis ſuas religione ſic obligaſſet, ut inſervirent alieno homini luſtrando, ritè conſecrando deſtinaſſet ad ſacrificia Nazaræana, quibus faciendis hic ille Nazaræus luſtraretur; porro potuerat Nazaræus in victimarum conſecratarum locum pecudes ſubſtituere: qui religione has obligarat, non potuerat, quippe cùm non ejus inde fuerint.

§. V. Beſtia conſecrata ſi cui jure hæreditario obvenerat; hic poterat in ejus locum aliam ſufficere beſtiam: ſin à patre mortuo beſtia conſecrata filiis eſſet relicta duobus; hi eam ut ſacrificare cogerentur; tamen aliâ mutare non poterant. Etenim fuiſſet ejus inter ipſos ſocietas: ſocios autem non habere poteſtatem eam, ut communi inter ſe beſtiæ ſacratæ ſummitterent aliam, ſupra demonſtravimus.

§. VI. Gentilis ſi beſtiis à ſe conſecratis alias ſummiſiſſet, ex Lege quidem irritum; ſed de ſapientum auctoritate ratum erat. Porro gentilis ſi beſtiam eò conſecraſſet, ut illâ ſacrificandâ luſtraretur Iſraelita, tum idem huic conſecratæ beſtiæ ſummiſiſſet aliam, incertum eſſet de conſecratione ſuccedaneæ beſtiæ.

§. VII. Exæquabantur hac re cum viris mulieres: beſtiæ ſacratæ ſi ſummiſiſſent aliam, & illam quoque ſacratam effecerant.

§. VIII. Puer id ætatis, quæ erat * apta votis nuncupandis, ſi beſtiam conſecratam aliâ commutaſſet etſi verberibus non damnaretur; tamen incertum eſſet ſuccedaneam beſtiam ſacratam effeciſſet, necne.

§. IX. Non poterant nec hoſtiæ piaculari, neque hoſtiæ pro delicto beſtiam aliam ſummittere ſacerdotes. cedebant enim iſtæ ſacerdotibus; ſed non vivæ cedebant: nihil illis harum è carne conceſſum erat ante, quàm ſanguis inſperſus altari fuerat. neque

§. VIII. *Apta votis nuncupandis.* Hoc ipſum à ſcriptore noſtro tractatu de votis cap. 11. §. 3. ſic definitur, puer cùm natus eſt annos tredecim inſuper & diem unum, & puella nata duodecim annos atque diem unum.

§. XIII.

neque porrò poterat ſacerdos ſummittere beſtiam beſtiæ primo genitæ, quam viventem accipiebat, quòd eam non accipiebat ab ortu illico. principio videlicet oportebat eam, ubi nata fuerat, ad Iſraelitam tolerari. Contrà dominus primogenitæ beſtiæ ſi interea, dum eam domi habebat, ſummiſiſſet aliam, ſummittendo ſacratam effeciſſet. ſimiliter ſacerdos ſi beſtiæ primogenitæ non ab Iſraelita receptæ; ſed domi ſuæ natæ ſummiſiſſet aliam, ſummittendo ſacratam effeciſſet.

§. X. Quem de ſuo ſummus ſacerdos ad ſacrificium faciendum præbebat arietem, is ſummiſſam ſibi pecudem ſacram efficiebat: porrò ſummus ſacerdos ad ſacrificium faciendum præbebat de ſuo buculum: hic eam, quæ ſibi ſummitteretur, beſtiam non reddebat ſacratam. hoc enim buculo piaculum fiebat, quo piaculo omninò luſtrabantur omnes ſacerdotes fratres ſummi pontificis: ita veluti participes & ſocii pecudis ejus erant.

§. XI. Si quid ſuffectum eſſet in locum volucrum & fertorum conſecratorum, non conſecraretur. hoc enim de quadrupede modo præcipiebatur.

§. XII. Quæ beſtiæ quadrupedes conſecratæ fuerant eatenus, ut argento inde confecto templum ſartum & tectum conſervaretur, hæ illas, quæ ſibi ſummitterentur, pecudes non ſacratas efficiebant. Lex enim cùm de beſtiarum agit decumis, *Ne-*
Lev. 27. 33. *ve melioris*, inquit, *& deterioris animantis delectum habeto, neve eam permutato:* atqui hoc erat cauſæ cur id, quod de conſecratis animantibus universè ſancitum erat, de beſtiarum decumis propriè præciperetur: univerſam illam præſcriptionem iſta propria planiùs explicans docebat illîc æquè, ac hîc agi privatas hominum beſtias religione obligatas, non publicas, non ſociorum communes: altari ſacras, non item eas, quæ conſecrarentur ideo, ut earum pretio ſartum tectum conſervaretur templum, cùmque beſtiæ pariter & fruges ſolorum Judæorum eſſent decumanæ, hîc & illîc excludi pecudes ethnicorum religione devinctas, quæ, ſicut ante demonſtratum eſt, ſummiſſas ſibi pecudes neutiquam ſacrabant.

§. XIII. Beſtia vitio perpetuo temerata ſi conſecraretur; conſecratio locum habebat non in corpore, ſed in pretio: hæc adeo,

adeo, quoniam non eſſet * undique perfectè conſecrata, nec ſummiſſam ſibi pecudem ſacraret. Sin autem beſtia temporario vitio affecta conſecraretur; vel conſecraretur ſyncera, integráque, tum poſtea vitio perpetuo corriperetur; utique ſummiſſam ſibi beſtiam ſacraret.

§. XIV. Jam conſecratæ beſtiæ beſtiam cùm ſummiſerat aliquis, nihil referebat, utrùm ſummiſiſſet ſanæ vitiatam, an vitiatæ ſanam: bovi ovem, an ovi bovem: oviarico caprinum, an caprino pecus oviaricum: feminæ marem, an mari feminam: porro nihil intererat, utrùm ſummiſiſſet beſtiis centenis unam, an uni centenas: ſimul omnes, an ſingulas deinceps: ſummiſſas religione obſtrinxiſſet omnes, & de ſingulis ſeorſim verberaretur.

§. XV. Quæ beſtia ſummiſſa beſtiæ conſecratæ conſecrationem participarat, ea deinceps conſecrationis ſuæ religionem nihil impertiebat ei beſtiæ, quæ ſibi ſummitteretur: neque porro fœtus beſtiæ conſecratæ religionem dicationis ſuæ conferebat ſummiſſæ beſtiæ. videmus enim in Lege ſcriptum, *Ipſa pariter & in ejus locum ſubdita ſacra eſto*, quibus verbis hæc eſt Lev. 27. 10. ſubjecta vis, ut haberet locum iſta præſcriptio non in fœtu beſtiæ conſecratæ, ſed in ipſa; & haberet locum in ea beſtia, quæ fuiſſet ipſimet beſtiæ conſecratæ ſummiſſa, non item in ea, quæ beſtiæ ſummiſſæ ſummiſſa poſtea fuiſſet. Si verò conſecratæ beſtiæ primùm beſtia ſummitteretur una, tum eidem & altera, deinde tertia, & ſic deinceps ad uſque mille numero; omnes religione tenerentur, & de ſingulis, ut ante dictum eſt, daretur ſeorſim pœna verberum.

§. XVI. Pars aliqua, fœtúſve pecudis pecudi toti conſecratæ, contráque tota pecus pecudis ſacræ ſeu parti, ſeu fœtui non ſummittebatur. Ut ſi quis dixiſſet, hujus ego pecudis pedem priorem, vel poſteriorem; aut hujus ego pecudis fœtum in illius victimæ ſolido ſacrificio deſtinatæ locum ſubſtituo; dictum indictum eſſet: & ſi quis econtrariò dixiſſet, hanc ego ſummitto pecudem anteriori, poſteriorive pedi illius ad ſacrificium ſolidum deſtinatæ victimæ; hanc ego ſummitto pecudem fœtui victimæ

§. XIII. *Undique perfectè conſecrata.* Hoc loco editio anni 1574 pravè habet קדוש גמור; at editio anni 1524 correctè & emendatè קדושה גמורה.

victimæ illius ad holocauſtum comparatæ; itidem nihil ratum eſſet.

§. XVII. Si quis ſummiſiſſet conſecratæ beſtiæ beſtiam bigenerem, ſi lethaliter affectam, ſi per matris latus in vitam ingreſſam, ſi obſtructam, ſi ſemimarem; quoniam in totis illarum generibus nullus relinquebatur ſacrificio locus, nihilo magis eas, quàm camelum aut aſinum ſummiſſum religione devinxiſſet, eámque ob rem verberibus non coerceretur. Etenim multum illæ diſtabant à beſtiis vitio temeratis: erant harum apta rei divinæ faciendæ genera tota tamen: illarum ad ſacrificium faciendum ne tota genera quidem apta fuerant.

§. XVIII. Quæ nefando coitu hominis erant temeratæ beſtiæ, tam incubæ, quàm ſuccubæ, ſummiſſis beſtiis ſuæ dicationis religionem impertiebant: & eodem modo omnes harum ſimiles.

§. XIX. Beſtia partim ſacra, partim profana nec conſecrabat ſummiſſam ſibi pecudem, nec alteri ſummiſſa conſecrabatur.

§. XX. Hoſtiæ piaculares illæ, *quas per ſe mori jus erat, eæ ſummiſſas ſibi beſtias non efficiebant ſacras: quas autem verum erat ad paſtum relegari, quoad vitio affectæ venum irent, hæ beſtias ſibi ſummiſſas ſanè ſacratas efficiebant.

§. XXI. Beſtia femina ſi nomine victimæ paſchalis diceretur, ſi nomine holocauſti, ſi nomine hoſtiæ pro delicto; ſummiſſam ſibi pecudem ſacratam efficeret. hæc enim ſi non eſſet ea, quæ altari admoveretur; tamen ejus conſecratio in pretium corpus etiam cùm erat ſyncerum & integrum afficiebat aliquatenus. Rurſus hircus ab homine privato ad ſacrificium piaculare deſtinatus, & ab principe capra, & à ſummo pontifice juvenca, ſummiſſas pecudes non reddebant ſacratas, ea re; quia piaculares hoſtiæ tales erant, ut ſi ſecus, quàm præſcriptum erat, dicarentur, dicationi nihil omninò loci relinqueretur, nec in earum pretio quidem, ſicut tractatu de ſacris temeratis expoſuimus.

CAPUT

§. XX. *Quas per ſe mori jus erat.* Talis erat hoſtia piacularis, cujus dominus mortem occubuerat, item & amiſſa ſi reperiretur poſt factum domini ſacrum piaculare, & fœtus hoſtiæ piacularis. Sed ea de re tota jam diſputatum eſt in libro de cultu divino trac. 7. cap. 4.

§. I. *Per*

CAPUT SECUNDUM.

Si non liceret ſacram beſtiam beſtia alia mutare, at exaugurare licere: nemini cuiquam tantam innatam vecordiam, ut id quod rectè poſſit, malit perversè facere. De modo mutandi & exaugurandi beſtias Deo ſacras.

§. I. HÆC igitur mutatio fiebat ubi dominus ſacræ pecudis de propria pecude profana diceret, hanc ego in locum illius ſubſtituo, hanc ego illâ commuto: magis eſſe firmum cùm ita diceret, hæc iſtius piaculi, hæc iſtius holocauſti loco eſto, non narrare neceſſe habeo. Porro ſi diceret hæc eſto loco piaculi, quod habeo domi, hæc eſto loco holocauſti, quod hîc illîc habeo, ratum erat, modo ut hoc haberet. nam ſi de beſtia profana dixiſſet, hæc eſto holocauſti, vel piaculi alicujus loco, infiniti ſcilicet; dictum indictum erat: item ſi dixiſſet infinitè illa per hanc exaugurator, mutatio nulla fuerat.

§. II. Si quis beſtiæ cùm ſibi præſtò fuiſſent duæ, una profana, altera ſacra, & ea vitio affecta, impoſita manu profanæ ſic effatus eſſet, hanc in iſtius locum ſubdo; eam utique mutationis nomine ſacraſſet, & verberibus addiceretur. Sin beſtiæ ſacræ impoſita manu dixiſſet, hujus locum illa obtineto, aut hæc per illam exaugurator; non hoc eſſet mutare, ſed redimere ſacratam, quæ fuiſſet affecta vitio, beſtiam beſtiâ aliâ.

§. III. Qui tres ſuas beſtias altari ſacras, quarum eſſet una vitio temerata, eámque ob rem redimenda, ſimul & totidem profanas, omnes ſanas & integras cùm præſens præſentes videret, dixiſſet, hæ loco illarum ſunto; is propter harum duas duabus integris illarum ſummiſſas, atque adeò ſacratas effectas, bis verberibus multaretur. nam quòd in beſtiæ vitiatæ locum tertia ſuccederet, non hac illam mutatam, ſed exauguratam voluiſſe hominem crederetur. potuiſſet enim ad rem faciendam aggredi vel pravâ viâ mutandi, vel exaugurandi viâ rectâ: ſic autem exiſtimabatur, non tantam eſſe cuiquam innatam vecordiam, ut id quod rectè poſſet, perversè facere mallet: qua de cauſa non verberibus ter multaretur. Item qui dixiſſet, ut denæ be-

ſtiæ profanæ ſuccederent in locum totidem beſtiarum ſacrarum, ex quibus una vitio laboraret, non plus novies verberibus multaretur; quippe qui putaretur habuiſſe propoſitum decimam illam ſacrarum beſtiarum aliâ exaugurare, non permutare. Qui ſi commiſiſſet, ut multoties verberibus coerceretur; non exiſtimaretur tamen, ubi fuiſſet rei legitimè faciendæ facultas, hac prætermiſſa, rem feciſſe nefariè. Jam ſi quis beſtias ſacras habens duas, quarum in altera vitium ineſſet, duáſque profanas beſtias, quarum etiam altera vitio laboraret, has in illarum locum verbis ſolemnibus ſubdidiſſet, non plus ſemel verberibus multaretur; quippe qui cenſeretur beſtiarum ſacrarum integram integra profana permutaſſe, & exauguraſſe ſacrarum alteram vitiatam vitiatâ beſtiâ profanâ: neque prætermiſiſſe quod facere liceret, ut admitteret id quod erat factu nefas.

§. IV. Si quis unam & eandem beſtiam beſtiæ ſacræ, qua ſacrificium ſolidum facturus erat, pariter & beſtiæ ſacræ, qua facturus erat ſacrificium pacificum ſummiſiſſet; ratum eſſet: hæc igitur ſummiſſa beſtia væniret, unóq; pretii dimidio compararetur pecus, quæ ſubderetur in locum victimæ ad ſacrificium ſolidum deſtinatæ; & altero pretii dimidio compararetur pecus, quæ in locum victimæ ad ſacrificium pacificum deſtinatæ ſuccederet. ſi quis ſuper una eadémque pecude hæc verba ſolemnia feciſſet, pecus iſta ejus eſto loco beſtiæ ſacræ, qua facturus eram ſacrificium ſolidum: pecus iſta eſto loco ejus à me ſacratæ beſtiæ, qua facturus eram ſacrificium pacificum; ita foret, ſi modo hoc illi à primo propoſitum eſſet: ſin autem principiò nihil aliud eſſet in animo, niſi pecudem ſubdere in locum ejus ſacræ beſtiæ, qua ſacrificium ſolidum facturus erat, ut etiam in illius, qua facturus erat ſacrificium pacificum, beſtiæ ſacræ locum eandem, nec ulla facta ſermonis intermiſſione, ſubdidiſſet, tamen nihilo plus, quàm enunciatio prima curaretur, pecus ſuccederet tantummodò in locum ejus ſacræ beſtiæ, qua ſolidum erat faciendum ſacrificium.

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

Quænam ratio teneretur in ſacrificandis illis ſuccedaneis ſacrarum beſtiarum beſtiis.

§.I. IN his, quæ ſuffectæ fuerant in locum ſacrarum beſtiarum, beſtiis ſacrificandis hæc tenebatur ratio. Beſtiâ ſuffectâ in locum ejus, qua ſacrificium ſolidum erat faciendum, fiebat itidem ſolidum ſacrificium. Quæ ſi beſtia femina ſuffecta fuerat, ad paſtum ablegabatur donec vitio corriperetur: tum minus ſyncera & integra vænibat, & pretio ejus emebatur idonea pecus, qua ſolidum fieret ſacrificium. Si qua beſtia ſuffecta fuerat in locum hoſtiæ piacularis, * per ſe ipſa moreretur, oportuiſſet; ſicut diſputatione de ſacris temeratis demonſtratum eſt. Quæ ſuffecta fuerat in locum hoſtiæ pro delicto, ea relegabatur ad paſtum uſque dum vitio corriperetur: tum poſtea venditæ pretium impendebatur in holocauſta voluntaria. Quæ beſtia ſummiſſa fuerat victimæ pacificæ, prorſus ſimilis ejus erat ad omnia: requirebat impoſitionem manuum, libamina, pectoris & femoris agitationem. Porro beſtia ſuccedanea victimæ euchariſticæ inſtar ipſius erat: at verò non requirebat panem euchariſticæ victimæ adhibendum, ut in diſputatione de ſacris temeratis diſſeruimus. De beſtia ſuccedanea victimæ paſchalis ſic erat: ſi ſummiſſa fuerat ante meridiem ejus diei, quæ erat menſis *Niſan* quarta decima, non ſacrificabatur; ſed ablegabatur ad paſtum dum vitium conciperet: tum confecto inde argento emebatur victima pacifica: ſin autem eſſet ſummiſſa poſt meridiem ejus diei, illâmet ipsâ ſacrificium fiebat pacificum. Beſtia ſuccedanea animantis primogeniti, & decumarum nomine ſacrati, ſacrificabatur nunquam. namque de animante primogenito ſcriptum videmus, *Domini eſt:* erat autem tra- Lev. 27. 26.

ditio

§. I. *Per ſe ipſa moreretur.* Hac de re ſcriptor noſter in libro de cultu divino trac. 7. cap. 4. §. 1. ita diſputat. Jam cùm dicitur mori illas jus eſſe, non ſic accipiendum, quaſi inſtrumento, manu occiderentur: ſed introducebantur domum, quæ occludebatur interea dum illæ mortuæ fuerant. Atque hæc omnia uſque à *Moyſe* tradita ſunt.

§. V. *Pe-*

ditio iſtæc animantem primogenitum ipſum ſacrificari quidem, beſtiam ejus ſuccedaneam non item. Jam eadem erat ratio animantis decumarum nomine ſacrati, ac primogeniti: ita beſtiæ horum ſuccedaneæ paſcebantur interea dum afficiebantur aliquo corporis vitio, tum deinde comedebantur.

§. II. Ac beſtia primogeniti animantis ſuccedanea comedebatur à ſacerdotibus: & quæ erat animantis decumarum nomine ſacrati ſuccedanea beſtia, hæc comedebatur à ſuo ipſius domino. Atque ut animal primogenitum, & decumarum nomine ſacratum, quemadmodum in diſputatione de rebus altari interdictis oſtendimus, ſi vitium conceperant, redimi non licebat; ſic ſuccedaneas illorum beſtias redimi, ſi vitium concepiſſent, non erat licitum.

§. III. Si qua pecus conſecrata fuiſſet ita, ut partim ejus in ſacrificium ſolidum, partim in ſacrificium pacificum cederet, hæc ſummiſſam ei beſtiam redderet ſui ſimilem. Etenim quæcunque pecus ex conſecratione prima ſacrificari non potis erat, ſummiſſam ipſi beſtiam efficiebat ſui ſimilem. Si qui pecudis conſecrationem his verbis inſtituiſſet, iſta pecus ex parte in hujus illius victimæ locum ſuccedito, & ex parte in ſacrificium ſolidum cedito; cederet tota pecus in ſolidum ſacrificium: eodem modo pecus holocauſti nomine partim, partim decumarum nomine ſacrata tota cederet in holocauſtum: ſed partim in alicujus victimæ locum ſubſtituta, partim decumarum nomine ſacrata pecus, dubia foret, & ea de cauſa ſacrificaretur nunquam.

§. IV. Si beſtiam vitio temporario laborantem (nihil enim de pura atque integra commemorari opus eſt) quis ſacraſſet, & hanc eandem deinde perpetuo vitio affectam rectè redemiſſet, tum poſt redemtionem commutaſſet alia pecude, pecus iſta causâ mutationis eſſet obligata religione quidem; ſed non ſacrificaretur, non pretio redimeretur, aſſervaretur, dum per ſe ipſa moreretur: non ſacrificaretur propterea quod unde dedicata fuerat, ibi religio dedicationis eſſet elevata: neque porro redimeretur; quia enim non eſſet ipſamet dedicata ſatis ad obligandum religione pretium.

§. V. Omninò pecudes omnes vitio perpetuo laborantes cùm primùm conſecratis ſummittebantur, pretio redimerentur: neque

que tamen undique profanæ redderentur ſic, ut poſt redemtionem earum tonſurâ operáque uti ſas eſſet. cadebat enim religio dicationis in quamvis * pecudem conſecratæ beſtiæ ſummiſſam etiam perpetuo vitio temeratam. quod enim in hunc locum à Lege dicitur, *Neu deteriorem meliore*, id pecudem vitio affectam ſignificat, & quamlibet aliam eodem modo rei divinæ minus idoneam, quo de genere tamen nihilominus ſcriptum videmus, *Sacrum eſto.* Lev. 27. 10. Ibid.

§. VI. * Si, confusâ cum victima ſcilicet pacifica pecude deſtinatâ ad ſacrificium ſolidum, ex his duabus conſecratis animantibus inter ſe permiſtis uni beſtiam ſummiſiſſet aliquis, idem, aliâ deinceps adductâ beſtiâ, hoc carmen effaretur: ſi eſt, ut ſuperiorem beſtiam victimæ ſummiſerim illi, qua ſacrificium ſolidum erat faciendum; hanc ego beſtiam volo victimam eſſe pacificam: ſin eſt autem, ut beſtiam illam ſuperiorem ſummiſerim ei victimæ, quâ confici ſacrum pacificum oporteret; hac ego beſtia fieri ſacrificium ſolidum volo: hæc adeo beſtia poſtremùm adducta, & illa ſummiſſa haud ſecus ſe haberent, atque confuſæ & permiſtæ inter ſe duæ victimæ, quarum altera ad ſacrificium ſolidum deſtinata fuerat, & altera ad ſacrum pacificum. Porro ſi harum duarum poſtremarum alteri etiam beſtiam ſummiſiſſet, nec ſatis ſciret utri; idem aliâ inſuper à ſe adductâ beſtiâ, de illâ quæ ſecundò ſummiſſa fuerat, verba ſolemnia pronunciaret iſta, ego ſi beſtiam iſtam ſummiſerim ei, quæ fuerat ipſamet ante ſummiſſa, hanc jam nunc adductam profanam manere cupio: ſin iſtam ſummiſerim victimæ vel ad ſacrificium ſolidum deſtinatæ, vel ad ſacrificium pacificum, hac beſtiâ nunc ipſum adductâ fieri ſacrificium ſolidum, pacificúmve volo. Hæc igitur ultimùm adducta, & ſecundò ſummiſſa beſtia perinde fuerant, ut ſi victima quædam & ſuccedanea ejus beſtia inter ſe confuſæ fuiſſent. Ac de

§. V. *Pecudem conſecratæ beſtiæ ſummiſſam.* Eſt in editione anni 1574 mendosè בתרומה pro בתמורה quod correctè extat in editione anni 1524.

§. VI. *Si confuſa cum victima videlicet pacifica.* Hic in commentariis nomine כסף משנה legere eſt, פירוש בזבחים בשלמים hac voce בזבחים victima pacifica intelligitur id quod antea nobis obſervatum eſt. Cæterùm totus hic locus ut fuſus ac confuſus ſane intellectu difficilis: ſed pulchrè explicatur in iiſdem ipſis commentariis.

de ratione ſacrorum inter ſe confuſorum jam diſputatione de ſacris temeratis egimus.

§. VII. Si quis, victima pacifica cùm eſſet confuſa cum beſtia primogenita, vel decumarum nomine ſacrata, harum uni beſtiam ſummiſiſſet; ſummiſſa beſtia non ſacrificaretur, ſed paſceretur dum vitium conciperet, tum deinde pretio redemta comederetur eodem ritu, atque beſtia primogenita, aut decumarum nomine ſacrata, ſic; ut alio loco jam à nobis dictum eſt.

CAPUT QUARTUM.

Partum beſtiæ Deo ſacræ & ipſum habere religionem: immò etiam partum beſtiæ ejus, quæ fuerat beſtiæ ſacræ ſuccedanea. Fœtus quoque cæſarum in alvo beſtiarum ſacrarum repertos eadem dicationis religione, atque matres eſſe obligatos. Variare ſacræ beſtiæ religionem prohiberi. Attamen primitias animantium adhuc in alvo matris contentas potuiſſe alia religione devinciri ante, quàm in vitam ingrederentur. Par eſſe unumquemque edictorum in Lege divina propoſitorum intelligentias enodare, &, quoad ejus fieri poteſt, cauſas ac rationes explicare. Præclara ſanè cauſa & ratio, cur qui domum conſecratam redimeret, juſto pretio quintam partem addere cogeretur? cur cùm in locum ſacræ beſtiæ beſtia ſubſtitueretur alia, hæc & illa pariter ſacræ forent.

§. I. SI beſtiæ Deo ſacræ quid peperiſſent, id quoque religionem habebat: ita victimæ pacificæ partus erat ipſius inſtar: immò etiam partus illius, quæ victimæ pacificæ ſuccedanea fuerat, beſtiæ, quam undique ſimilem eſſe victimæ pacificæ ſuprà demonſtravimus. Porro cùm euchariſticæ victimæ, tum etiam ejus, quæ erat victimæ euchariſticæ ſummiſſa, beſtiæ partus perinde, ut ipſamet euchariſtica victima mactabatur, ſi panem excipias, qui uni ſoli euchariſticæ victimæ adhibebatur: id adeo, quòd adderetur præcepto de victima euchariſtica verbum iſtuc, *ipſi*, quo verbo excluderetur quidquid ex ea natum,

natum, quidquid ejuſdem ſuccedaneum erat, id quod alio loco diſputavimus. Ita erat enim de harum ipſarum partu; ſed editus ab partu partus non ſacrificaretur unquam: nempe res ipſa indicaret hominem ejuſmodi pecudes eò detinere, ut greges inſtitueret alios ex aliis: ergo notantes eum prohibebant fœtum ab harum fœtu procreatum immolare.

§. II. Jam piacularis hoſtiæ partus ut per ſe ipſe moreretur jus erat: quod idem in ejus, quæ hoſtiæ piaculari ſummiſſa fuerat, beſtiæ partu factum oportuiſſe, nec dici quidem neceſſe eſt.

§. III. * Fœtus quatuor menſium ſi reperiretur in hoſtia piaculari cæſa vivus, eodem ritu comederetur, atque piacularis hoſtiæ caro. habebant enim dicationis religionem in alvo beſtiarum Deo dicatarum contenti fœtus.

§. IV. Et ejus, quæ ſummiſſa fuerat hoſtiæ pro delicto, beſtiæ partus, & partus ab iſto partu editus, & ſic deinceps ad infinitum, paſcebantur uſque dum vitio corriperentur: quo facto vænibant, & pretium eorum impendebatur in holocauſta voluntaria. Quæ ſi beſtia hoſtiæ pro delicto ſummiſſa marem poſtea demum peperiſſet, quàm hoſtia pro delicto mactata fuerat; hoc ipſo mari ſolidum fieret ſacrificium. Jam ſi quis beſtiam feminam religione hoſtiæ pro delicto obligaſſet, & hæc dein partum edidiſſet; ad paſtum ablegarentur ipſa, ejuſque partus, donec vitium conciperent: quo concepto venum irent, & amborum pretio legitima hoſtia pro delicto emta immolaretur: ſin alia jam eſſet immolata hoſtia pro delicto, pretium harum beſtiarum in holocauſta voluntaria erogaretur.

§. V. Beſtiæ ejus, quæ fuerat ſummiſſa victimæ, qua deberet ſacrificium ſolidum fieri, illius partus, & partus ab eo partu, & porro perpetui partus eſſent inſtar primæ victimæ ad ſacrificium ſolidum deſtinatæ, atque adeo his ipſis ſacrificia ſolida fierent.

§. III. *Fœtus quatuor menſium.* In editione anni 1574 hic mendosè legitur ומצא בהן ארבעה׳ חי quod ne ſententiam quidem habet: in ſuperiori autem editione anni 1524 extat ומצא בה׳ בן שמונה׳ חי quod etſi vim habet ſuam, tamen non eſt undique correctum & emendatum: ſyncera & integra lectio eſt. ומצא בה׳ בן ארבעה חי uti diſertè traditur in commentariis כסף משנה׳ inſcriptis, & quod multo majus eſt, in tractatu illo Talmudico qui eſt de commutatione victimarum fol. 11. pag. 1. unde locus hic depromtus eſt totus.

fierent. Si beſtia femina contra jus ſacrificio ſolido deſtinata partum edidiſſet licet marem; hic paſceretur interea, dum vitium concipiebat, & confecto inde argento emeretur beſtia, qua ſacrificium ſolidum fieret. Atque hoc nos diſputatione de ratione ſacrificiorum faciendorum jam demonſtravimus, ubi diceretur nobis pecuniam eſſe in holocauſta voluntaria impendendam, ſententiam eſſe, ut iſta pecunia deponeretur in illis ſacris arcis, quæ in templo inerant, quarum numerum tractatu de ſiclis oſtendimus quis eſſet. namque dein juſſu ſenatus expendebatur in holocauſta voluntaria, quibus adhibebantur libamina ſumtu publico, manus non imponebantur. Nunc monendi ſunt illud: ubi nobis ita dicitur, pecus id ipſum ſacrificaretur, eo ipſo ſacrificium ſolidum fieret, pretio ejus emeretur beſtia, qua fieret ſacrificium ſolidum, ibi privatus ille homo, qui victimam ad ſacrificium faciendum præbuerat, & imponeret ei manus, & libamina proprio ſuo ſumtu adderet.

§. VI. Partus ſacræ decumarum nomine beſtiæ, & in ejus locum ſuffectus animans: item & animantis beſtiæ primogenitæ ſummiſſi partus, & partus ab partu, & continui deinceps partus non ſacrificarentur; ſed paſcerentur donec vitium adveniret: quo facto comederentur eodem ritu, atque beſtia primogenita, & decumarum nomine ſacra, cùm eſſent vitio correptæ. Jam animantis beſtiæ primogenitæ ſummiſſi partus ſacerdotis erant: rurſus erant domini partus ſacratæ decumarum nomine beſtiæ, & in hujus locum ſuffectus animans.

§. VII. Ut de beſtia victimæ paſchali ſummiſſa, ita & de partu ejus erat: ſi hac conficeretur ſacrum pacificum, conſimile fieret ſacrificium & illo: ſin autem jus eſſet hanc venundari, confectóque inde argento victimam ad ſacrificium pacificum faciendum comparari; hoc eodem jure væniret ille, confectóque argento emeretur beſtia, qua pacificum fieret ſacrificium. Si beſtia femina ad ſacrificium paſchale faciendum deſtinata fœtum procreaſſet: ſi deſtinata fuiſſet ad ſacrificium paſchale faciendum fœtu gravida; cum fœtu ſimul ipſa paſceretur, donec utrique vitium interveniſſet atque redacto ex ambobus argento emeretur beſtia idonea ad ſacrificium paſchale faciendum. Quæ ſi beſtia femina poſt Paſcha remanſiſſet, poſt

Paſcha peperiſſet; ipſa cum partu una paſceretur ad exortum vitii, tum redactâ ex utroque pecuniâ emeretur beſtia, qua fieret ſacrificium pacificum.

§. VIII. Beſtiarum conſecratarum partus per latera matrum in vitam ingreſſi, obſtructi, ſemimares, bigeneres, & lethaliter affecti redimebantur: & ſuo cujuſque pretio ad ſacrificium faciendum emebatur id, quod conveniebat.

§. IX. Partus conſecratæ beſtiæ, qua vitium inerat, prorſus erat ad omnia ſimilis partus ejus, qui ab integra beſtia conſecrata editus erat: itaque fiebat illo ſacrificium quod ferebat ſuæ dicationis religio.

§. X. Beſtiarum ſacrarum abortiones, ſecundæque humabantur. neque enim licebat his ad ullam rem uti.

§. XI. Contra vetitum fecerat qui animantium ſacrorum religionem variaſſet. namque Legis illud de beſtia primogenita, *Hanc ne quiſquam ſacrato*, prohibet beſtiam hanc ſacram nova Lev. 27. 26. religionis obligatione accommodari vel ad ſacrificium ſolidum, vel ad faciendum ſacrificium pacificum: & cæterorum animantium ſacrorum religionem convertere aliam in aliam, nihilo magis licitum erat. Jam cum animantibus altari ſacris adæquabantur ii, qui conſecrati fuerant eatenus, ut eorum pretio templum ſartum tectum conſervaretur, ſic; ut ſi quorum pretium eſſet templo reconcinnando ſacrum, id non converteretur ad altare reficiendum: idemque dicendum de cæteris horum ſimilibus. Neque tamen is, qui contra hoc vetitum fecerat, verberibus coerceretur.

§. XII. Excogitarant tamen ſic ſatis ingenioſè quî primitias animantium altari poſſent alia religione devinctas addicere, nec ullâ contrahendâ culpâ: conſecrabant eas etiam in alvo contentas ante, quàm in vitam ingrederentur. volebant enim id quod de his in Lege dicitur, *Quæ beſtia cunque primo partu edetur, hanc ne quiſquam ſacrato*, has jam editas obligari religi- Ibid. one nova vetare ſcilicet, eaſdem adhuc alvo contentas non item. Erat igitur cuique in manu, ut diceret hæc mea pecus, quæ nunc primùm eſt gravida, ſi ferat in alvo marem, is in ſacrificium ſolidum cedito: non autem, ut diceret, in ſacrificium pacificum. nimirum exolvere religione pecudem

 *in

* in ſuum ipſius commodum non poterat. Porro primus animantis partus ſi editâ majori capitis parte ſacrificio ſolido addiceretur, religionem haberet non ſacrificii ſolidi, ſed primitiarum.

§. XIII. Cæterorum autem animantium religione obligatorum fœtus locum novæ religioni relinquebant nullum: hi, ſicut ante diſſeruimus, eadem, atque matres religione obligabantur etiam tum, cùm illarum viſceribus includerentur. Quoniam igitur cujuſvis animantis ſacri fœtus jam tum eadem, atque mater religione fuerat alligatus, fieri non poterat, ut perinde, ac primus partus, qui in vitam ingrediens demum ſacer evadebat, in alvo matris religione alligaretur alia. Quanquam præpotens ille Legis auctor pro imperio omnia propoſuit edicta; nihilo minus tamen par eſt, quemadmodum ſub finem diſputationis de ſacrorum abuſu docuimus, unumquemque horum intelligentias enodare, &, quoad ejus fieri poteſt, cauſas ac rationes explicare. *Salomonem* enim regem ſingulorum edictorum in Lege propoſitorum plures cauſas perceptas & cognitas habuiſſe priſcis à ſapientibus traditum eſt. Hoc igitur edictum, *Ipſa pariter & in ejus locum ſubdita ſacra eſto*, ut mihi quidem videtur, eodem eſt conſilio propoſitum, atque
Lev. 27. 15. illud, *Quod ſi, qui conſecrarit, domum redimet, æſtimationis argenti quintam partem addito:* novit ille, qui nobis Legem tulit, hominis intimos quoſque ſenſus: cupiditatis humanæ latebras ac receſſus omnes penetrat: fere mortales ad rem avidiores facultatibus ſuis parcere: ſi quid religione adducti conſecrarint, in proclivi eſſe, ut eos ad ingenium redeuntes pœniteat: quamobrem edicto ſanxit, ut ſi quis id, quod conſecrarat, redemtum vellet, juſto pretio quintam partem adderet: ſimiliter ne quis, ſi beſtiæ cujuſpiam corpus conſecraſſet, ſuum inde conſilium contemneret, & nulla facultate redimendi, eam deteriori commutaret, ne quis, inquam, ſi conceſſum eſſet eam meliore commutare, commutaret deteriore tamen,

§. XII. *In ſuum ipſius commodum.* Atqui partus animantis primogenitus totus ſacerdoti cederet; ex ſacris autem pacificis bona magnáque pars rediret ad hominem, qui rem divinam fecerat.

men, & hanc eſſe meliorem prædicaret, prorſus ut nullo modo eam mutaret, edictum eſt, & iſta quidem pœna conſtituta, ſi mutaſſet, *ipſa pariter, & in ejus locum ſubdita ſacra eſto.* Quorſum igitur iſtæc? Nempe ut compreſſis cupiditatibus mores conformarentur. Et verò pleraque omnia jura, quæ divinâ Lege deſcribuntur, circuitionibus adeò longinquis hominem ad ſapientiam perducunt, quippe quorum ſingulari prudentiâ mores componuntur, & actiones humanæ ad honeſtatem diriguntur omnes. huc enim pertinet illud ſapientiſſimi vatis effatum, *Ecquidem conſcripſi tibi præclariſſima quæque conſilii rationiſque monita, qui recti & veri gnarus, ſyncera referres iis, qui te quópiam allegarint.* Prov. 22.20, 21.

Finis Libri de Sacrificiis.

Textus ejus notæ quæ ex R. *Bechai* appoſita eſt capite quarto Tractatus primi ad §. VII.

טעם הקרבנות הכל לתועלת האדם כי חפץ השם יתעלה באדם שהוא מבחר המין ושבשבילו נברא העולם שיהיה כלו שכלי כמלאך יי׳ צבאות בלא חטא והיה כי יחטא ואשם מצד היצר הרע הנטוע בו ראוי לו שיתנחם ויכיר ויתבונן בפחיתות עצמו ובערך רוממות האדון יתעלה אשר המרה את פיו ויתחייב שישים אל לבו כי חטא לפניו בגופו ובנפשו ומפני שכל פעלות האדם נכללות בשלשה דברים והם המעשה והדבור והמחשבה שהם שלשה חלקי החטא על כן תחייב התורה את האדם להביא קרבן על חטאו ושיסמוך את ידיו עליו כנגד המעשה ושיתודה בפיו כנגד הדבור ושישרוף כלי העצה והמחשבה שהסכימו בחטא והם הקרב והכליות כנגד המחשבה כדי שיתכפר בשלשה דברים אלו על שלשת חלקי החטא וראוי לו שיזרק דמו של קרבן על גבי המזבח כנגד דמו וכאשר יעשה כל הענינים האלה יחשוב בלבו כי הוא מתחייב מיתה בחטאו

Abarbanelis
EXORDIUM
Commentariorum
IN
LEVITICUM,
QUO

Omnis omnium Sacrificiorum Ratio

Breviter ac dilucidè diſputatur.

Abarbanelis
EXORDIUM
Commentariorum
IN
LEVITICUM,
QUO

Omnis omnium Sacrificiorum Ratio

Breviter ac dilucidè diſputatur.

ספר ויקרא

הקדמה

אחרי אשר בספר הראשון מתורת האלהים ספר הכתוב בריאת העולם וחדושו והסתעפות הדורות הראשונים ועניני אבותינו הקדושים עד רדת יעקב וזרעו למצרים׃ ובספר השני ספרה התורה מה שהרעו שם עמהם המצריים בגלות ושעבוד ויגאלם יהוה על ידי משה ואהרן והנסים שנעשו להם במצרים ועל הים ובדרך המדבר עד בואם אל הר סיני ושמם הגיעו כלם למעלת הנבואה וקבלו מפי הגבורה התורה והמצוות ומה שחטאו שם בעגל ואיך נתכפר להם העון ההוא ושעשו את המשכן כדי שתשרה ביניהם השכינה האלהית וההשגחה העליונה כמו שראו בעיניהם ביום שהוקם המשכן שענן יהוה כסה את האהל וכבוד יהוה מלא את המשכן׃ הוצרכה התורה לכתוב אחריו הספר הזה השלישי לבאר בו עבודת המקדש ואיכה יעבדו הכהנים את אלהיהם ויכפרו על בני ישראל מעונותיהם ושהם ישתדלו תמיד לעיין ולדעת תורת השם חקותיו מצוותיו ומשפטיו להיישיר את העם וללמדם את הדרך ילכו בה ואת המעשה אשר יעשו כמו שאמר כי שפתי כהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מפיהו ׃ ונאמר

ABARBANELIS EXORDIUM COMMENTARIORUM IN *LEVITICUM.*

QUemadmodum mundus univerſus principiò factus ac conſtitutus, genus hominum primævorum propagatum, & patrum noſtrorum familia Deo dilecta atque dicata ſit, primo divinæ Legis libro explicatum eſt; inſuper etiam ut Jacobus & ejus poſteri demigrârint in Ægyptum. Et ſecundo divinæ Legis libro expoſita ſunt iſtæc, noſtris patrio ſolo extorribus injunctam ab Ægyptiis injuſtam & inclementem ſervitutem, & libertatem à præpotenti Deo per Moyſem & Aaronem tandem aliquando reſtitutam. nam ſtupenda miracula facta noſtris apud Ægyptum, per mare, per iter loci ſolitarii quoad venerint ad montem nomine Sinam. Hîc verò Dei numen, quo nihil præſtabilius hominum vitæ dari poteſt, inſpirari omnibus ad unum. namque præſentes à præſente Deo datam Legem recta imperantem, & prava prohibentem accepiſſe; nihilominus tamen eos è veſtigio divinam hanc Legem prodentes ſimulacrum bruti animalis ut deum coluiſſe: inde teterrimum hoc ſcelus expiatum, & factum ac paratum magnificè tabernaculum, quod in medio ipſorum collocatum incoleret divina vis, quò propiùs ipſis adeſſet, conſuleret, ac provideret. Etenim vidiſſe ſuis oculis tabernaculum, cùm primùm fixum eſt, ætherea obduci nube, & divino penitus ſplendore compleri. Sequebatur, ut hoc tertio divinæ Legis libro oſtenderetur officium & munus in hoc auguſto tabernaculo obeundum, qui Deo cultus & honor à ſacerdotibus adhibendus, quæ procuratio maleficiorum ab Iſraelitis admiſſorum facienda. Et verò hîc ſacerdotes jubentur eniti, & efficere, ut divinæ Legis vim & ſententiam aſſequantur, & perpetuò teneant: jus, bonum, & æquum ſciant, quibus ipſi rebus inſtructi & ornati populum ad honeſtatem informent, viam ei & rationem vitæ laudabiliter agendæ tradant. Id ipſum recinit etiam vatum poſtremus, cap. 2. v. 7. *Nam debent ſcientiam cuſtodire labra ſacerdotis, cujus ex ore quærenda Lex*, & reliqua, cùm ante jam retractatum eſſet ſemel, *Deut.* 17. 9.

ונאמר ובאת אל הכהנים הלוים וגומר והגידו לך את
דבר המשפט · ונאמר יורו משפטיך ליעקב ותורתך לישראל
וגומר · וראה עם זה לתת לכהנים מאת העם מזונם
ההכרחי ודי ספוקם מבלי טורח עד שלא יטרידום וימנעום
משלמותם בקשת צרכיהם וצרכי אשה ובנים · ולמעלתם
רצה שיהיו מצויינים משאר העם בלבושיהם ומדותיהם
ומעלותיהם השכליות ושלא יטמאו למתים ושלא יקרחו קרחה
בראשם ופאת זקנם לא יגלחו מפני הדרת פניהם
ושלא ישאו איזו אשה שתזדמן כי אם הראויה אליהם
בטהרה ונקיות ושינזרו מיין ושכר בבואם לעבוד עבודה
ושלא יקרב בעל מום ולא זקן לעבוד במזבח · ושיהיו
מקודשים בכל ענייניהם כמו שאמר קדושים יהיו לאלהיהם
וצוה את העם שיכבדו את הכהן כמו שאמר וקדשתו
קדוש יהיה לך · ולהיות עקר הספר הזה בלמוד הכהנים
והיישרתם נקרא הספר הזה בדברי רבותינו זכרונם לברכה
תורת כהנים · האמנם היה הספר הזה מתחלק לשני
חלקים ראשונים · הא׳ הוא בקדושת הכהנים ודרכי עבודתם
והוא מתחלת סדר ויקרא עד כמעשה ארץ מצרים שהם
חמשה סדרים ומחצה · והחלק הב׳ הוא בקדושת העם
במה שיעשו ויזהרו ממנו וכמו שאמר והתקדשתם והייתם
קדושים ובזה באו שאר סדרי הספר הזה · וגם באותו
החלק הב׳ נתערבו מצות ואזהרות מיוחסות לכהנים
כמו שיראה בסדר אמור אל הכהנים · לפי שהיתה
קדושת העם מתיחסת לקדושת הכהנים וקדושת
הכהנים מקדשת את העם · ומבחינה הזו שמו
חכמינו זכרונם לברכה הספר הזה מכלל
סדר

Sacerdotes Levitas adito ...... qui tibi jus explicent, & iterum, c. 33. v. 10. *Aperient jura tua Jacobeis*, *& Legem tuam Iſraelitis*, &c. Conveniebat igitur ſacerdotibus ſine ſuo labore victum & cultum à populo copioſè ſuppeditari, ne ſuæ ſuorúmque vitæ neceſſitatibus ſervientes avocarentur à ſui tanti & tam præclari muneris excellentia. Jam pro ſummo dignitatis gradu ſacerdotes à multitudine diſtingui velamentis, moribus & omnibus animi bonis debebant: cautum erat igitur, ne ſunere contaminarentur, neu in luctu capillum ſibi evellerent, neu barbam raderent, ut quæ deformabant oris ſpeciem, neu ducerent in matrimonium primam quamque mulierem; ſed puram, caſtam, idoneam: ut vicem ſacrorum obeuntes abſtinerent temeto & cerviſia: ne temerati vitio, ſenióque confecti facerent ad aram: ad extremum ut in omni vita illorum ſanctitas eluceret. id enim diſertè ſcriptum eſt, *Lev.* 21. 6. *Deo illi ſuo ſacri ſunto.* Nempe id cauſæ fuit, cur vulgo, ut reverentiam adverſus ſacerdotes adhiberet, edictum ſit *Lev.* 21. 8. *Aſt tu illum* (*ſacerdotem*) *ſacratum habeto* .... *ſacratiſſimus ille tibi eſto.* Atque liber iſte, quoniam in eo potiſſimum præcipitur de ſacerdotum vita & moribus, à ſcriptoribus noſtris ferè *Lex ſacerdotum* appellatur. Sed verò rectè diſtribuetur in duas præcipuas partes: quarum prima de vitæ ſacerdotalis inſtitutione fuerit, & religione ſacrorum: pertractatur locus hic ab initio libri uſque ad illam, quæ *Lev.* 18. v. 3. extat, ſanctionem, *Ne veſtra ſimilia ſunto facta factis Ægypti*, quod totum diſtinctionibus è noſtris complectitur quinas & ſemiſſem. In altera parte præcipitur de vitæ popularis innocentia, quid quiſque ſequatur, & fugiat: atque hoc illud eſt, quod ſcriptum videmus *Lev.* 20. 7. *Sanctitate animos excolitote, ſancti eſtote:* cujus loci quæſtio omnis reliquis hujus libri diſtinctionibus illis noſtris continetur. Quanquam & hæc altera pars præcepta, monitáque propria ſacerdotum interjecta & diſperſa habet, ſicut videre licet in ea diſtinctione, cui titulus etiam eſt, *Dic ad ſacerdotes*, à verbis ipſis quæ leguntur *Lev.* c. 21. v. 1. quia enim populi ſanctitas à ſanctitate pendet ſacerdotum: ſacerdotes ſancti ſanctitatem infundunt in populum. Quòd igitur ſapientes illi magiſtri noſtri honoris causâ nominandi hujus divini libri explicationem concluſerint in illam

Talmu-

סדר קדשים לפי שהוא כלו בקדושת הכהנים וקדושת העבודה וקדושת העם גם כן · ויען וביען היתה ידיעת הקרבנות עם היותה מבוארת בפסוקי התורה נעלמת מאתנו היום הזה מפני שאינה נהוגה ואבדה העבודה ההיא בחרבן בית מקדשנו ותפארתנו וכמו שכתב הרב הגדול הרבי משה בן מימון בהקדמת פירושו למשניות סדר קדשים · גם שעניני הקרבנות הם מפוזרים ומפורדים בשאר ספרי התורה כי מהם כבר באו בסדר ואתה תצוה ומהם יבואו אחר כך בסדר נשוא בקרבן הסוטה והנזיר ובקרבן הנשיאים ומהם בסדר בהעלותך מקרבן הלוים ומהם הרבה בסדר שלח לך אנשים · ומהם בסדר קרח ממתנות הכהונה · ומהם בסדר חקת התורה מפרה אדומה · ומהם בסדר פנחס מקרבנות התמידין והמוספים כלם · לכן ראיתי אני לזכיר במקום הזה עניני הקרבנות כלם לא שאחדש אני בענינם דבר מדעתי כי לא אזוז ממה שיורו כתובי התורה ודברי הקבלה האמתית ואמשיך הדברים כפי מה שפירשם הרב הגדול המיימוני שכל יקר ראתה עינו אבל אסדר אני אותם ואקבצם מכל המקומות אשר נפוצו שם ואניחם באופן נכון ונאות ובדרך חלוקות מסודרות באופן שלא ימושו מפינו · ובעבור שהיה הדבר נודע בשלמות בשיודע בסבותיו והתחלותיו אבאר

עניני

Talmudis partem, quæ *Ordo ſacrorum* inſcribitur, hæc cauſa fuit & ratio, quòd liber hic totus eſt in aperienda ſanctitate ſacerdotum, religione ſacrorum, & pietate populi. Atque ratio ſacrorum, de quibus in Lege divina tam multa dicuntur, tamen non eſt cognita ſatis & perſpecta noſtris nunc temporis, quòd, auguſto illo templo noſtro diſturbato, omnino ſacrificiorum uſus ſit nullus, id quod ingenii & doctrinæ princeps Moſes Majemonides commemoravit proœmio commentariorum ſuorum in partem Miſnæ illam, quæ *Ordo ſacrorum* inſcribitur. Præterea autem jura ſacrorum ſuſa & diſſipata ſunt in cæteris divinæ Legis libris: partim eorum in libro ſuperiori jam explicata fuerunt ea diſtinctione, cui titulus eſt, *Tu præcipito*, à verbis illis quæ ſcripta leguntur *Exod.* 27. 20. partim in libro proximo inferiori deſcribuntur in ea diſtinctione, cujus inſcriptio, *Subducito rationem*, ducitur ex *Num.* 4. 22. in qua de mulieris in ſuſpicionem adulterii vocatæ, & Nazaræi ſacrificiis agitur, atque de principum: partim in ea diſtinctione, quæ inſcribitur, *Cùm accendes*, ex ejuſdem libri capite 8. v. 2. ubi præcipitur de ſacrificio Levitarum: porro multa conſtituuntur in ea diſtinctione, quæ ex ejuſdem libri capite 13. v. 1. *Mitte viros qui explorent* inſcribitur: porro autem præcipitur de tributis ſacerdotum in ea diſtinctione, quæ nomen habet *Cora* ex ejuſdem libri capite 18. ſancitur de vacca rufa ea diſtinctione, cujus titulus, *Hoc divina Lege conſtitutum jus*, ex ejuſdem libri capite 19. v. 2. Denique, præcepta traduntur de ſacrificiis jugibus & certorum dierum præcipuis ea diſtinctione, quæ *Phineia* inſcribitur ex ejuſdem libri capite 28. Itaque ſacrorum hîc univerſa jura ſimul exponere mihi viſum eſt. etenim in his ego prodendis nihil quidquam inventorum meorum afferam; Sed id demum, quod divinæ Legis verbis ſignificatur, & doctrina perenni traditum eſt. Atque in his concinnandis Majemonidæ ſequar explicationem ſumma auctoritate viri. Omnino hujus ingenii acies nihil ſpectabile non penetravit: verùm enim in his etiam aliquid ego præſtabo: diſperſa utique ac diſſipata colligam, in partes diſtribuam, & hoc ordine deſcribam ac diſponam, ut facillimè poſſint animo comprehendi. Cùm verò nulla res planè perfectéque cognoſcatur, incognitis ejus cauſis & principiis, explicaturus

jura

עניני הקרבנות בסבותיהם ואעשה בלמוד הזה ארבעה
פרקים. הפרק הא׳ בחומר הקרבנות׳ הפרק הב׳ בצורות
הקרבנות המיחדות אותם׳ הפרק הג׳ בפועל הקרבנות
רוצה לומר המביא אותם׳ הפרק הד׳ בתכלית הקרבנות
רוצה לומר התכלית הכולל בהם כי תכליות פרטי
הקרבנות יתבארו אחר זה כל אחד במקומו:

הפרק הראשון

בחומר הקרבנות

שם זבח ושם קרבן אינם נרדפים יאמרו על
ענין אחד תמיד אבל כל זבח הוא קרבן ולא
יתהפך שיהיה כל קרבן זבח לפי שהזבח יאמר
על הבעל חי הנשחט ונקרב על גבי המזבח כי זביחה
הוא שם השחיטה כמו שאמר וזבחת מבקרך ומצאנך
כאשר צויתיך ולכן כל זבח הוא קרבן נקרב על המזבח׳
אבל יש קרבן שאינו זבח והוא קרבן העוף כי אין בו שחיטה
והמנחה גם כן שנקראת קרבן ואינה בעל חי שיפול
בה שם זבח הנה אם כן הקרבן יותר כולל מהזבח כי הוא
יאמר על כל דבר נשחט ונזבח שיתקרב על המזבח ועל העוף
ועל המנחה עם היות שלא יפול בהם שם זבח׳ ושם הקרבן
יאמר כן משתי בחינות׳ הא׳ מצד היותו נקרב על
המזבח׳ והב׳ מפני שהמעשה ההוא יעשה קרבה רבה
בין הבעלים המקריבים אותו ובין האלהים׳ וכמו שאמר
כי

jura ſacrorum cauſas eorum aperiam, atque diſputationem hanc meam partiar in capita quatuor: in eorum primo oſtendetur quo materiæ genere ſacrificia fierent: in ſecundo exprimetur propria cujuſque ſacrificii forma & ſpecies, qua diſcerneretur à cæteris: tertio exponetur cauſa efficiens ſacrificia: erat autem is, unde ad rem divinam ſuppeditabatur: in quarto diſſeretur de fine ſacrificiorum communi. de ſingulorum enim ſacrificiorum fine explicabitur ſuo cujuſque ſacrificii loco.

CAPUT PRIMUM.

Quo materiæ genere ſacrificia fierent?

VErbum זבח, *Zebach*, quod eſt *immolatio*; & verbum קרבן, *Korban*, quo notatur *ſacrificium*; non ſunt nomina ita conſonantia; ut ſemper unum & idem ſignificent. Omnino immolatio omnis eſt eadem & ſacrificium: contrà verò omne ſacrificium non eſt idem etiam immolatio: immolari dicebatur ea demum quadrupes, quæ primùm jugulabatur, tum adolebatur in ara. nam immolatio jugulatio eſt: licet hoc ex eo cognoſci, quod ſcriptum legimus *Deut.* 12.21. *Immolato de bobus, & ovibus, ac capris* ...... *ſic, ut ego tibi præcepi.* Ex quo exiſtit, ut quævis immolatio ſacrificium eſſet, quod in ara adoleretur, & genus ſacrificiorum quoddam non eſſet immolatio: ut ſacrificium illud, quod volucri fiebat, quoniam ea non jugulabatur, non erat immolatio: fertum quoque ſacrificium appellatur: id autem erat inanimum, in quod immolatio non cadit: quod cùm ita ſit, ſacrificium patet latiùs, quàm immolatio: nimirum eo nomine vocabatur quæcunque quadrupes ritè mactata inferebatur in aram, quæque volucris, inſuper etiam fertum, cùm huic vocabulum immolationis nutiquam conveniret. Omnino res divina vocabatur קרבן, *Korban*, quod eſt proxima conjunctio, duas ob cauſas, ipſamet altaribus conjungebatur, & hos, à quibus fiebat, quàm arctè Deo conjungebat: ex quo illud quod *Deut.* 4. v. 7.

כי מי גוי גדול אשר לו אלהים קרובים אליו · וזכרה
התורה שהקרבן בכלל · ממנו · שיהיה מהבעלי חיים הביתיים
וזה מג׳ מינים מהבהמות שהם מן הבקר מן הכבשים מן
העזים · וממנו שיהיה מן המעופף וזה מן התורים ומן בני
היונה בלבד וממנו שיהיה מן הצומח היוצא מן הארץ והוא
המנחה וזה מג׳ מינים והם הלחם והשמן והיין · ונתוסף
עליהם הלבונה · ואין ספק שהקרבנות היותר נבחרים
ומשובחים לפניו יתברך הם שלשת המינים מן הבקר ומן
הכבשים ומן העזים בלבד ולזה לא היו בקרבנות הצבור
לא תורים ולא בני יונה ולא היה בהם מנחה בנדבה
אבל היו כל זבחי הצבור מג׳ המינים הבהמיים בלבד ·
וראוי לתת הסבה למה נתיחדו אלו שזכרתי לחומר הקרבנות
מזולתם ומסוגם וכפי מה שהעיר עליו הרב המורה · הנה
ג׳ מינים בקר וכבשים ועזים נתיחדו לזבחים ולהתקרב על
מזבח השם לשתי סבות · הא׳ להיות ג׳ המינים ההם
במוגם ומהותם והונתם יותר נבחרים ומשובחים מכל הבעלי
חיים בלתי מדברים · והב׳ להמצאם יותר בקלות כי לכן לא
היה קרבן ממיני החיה לפי שלא רצה יתברך להעמיס
עלינו להביא קרבן ממה שיקשה מציאותו ושלזה גם כן
צוה שיהיה קרבן העוף בלבד מן התורים ומן בני היונה
לאלו הסבות בעצמן וכן כתב הרבי לוי בן גרשום בפירושו
לתורה · ודבריהם בזה נכונים הם · אבל לדעתי יש לי
בזה עוד שתי דעות אחרות · והא׳ מהן היא שאלה הג׳
מינים רומזים לאבותינו הקדושים כי הנה הבקר רומז
לאברהם אבינו פי׳ כמו שהבקר הוא הגדול ממיני הבעלי
חיים הביתיים כן היה אברהם הגדול שבאבות גם
שנאמר בו ואל הבקר רץ אברהם ויקח בן בקר רך
וטוב והכבשים רומזים ליצחק לפי שהכבש הוא במדרגת
המעלה

ſcriptum videmus, *Nam quæ tanta gens, cui tam conjunctus eſt Deus?* Jam divina Lege commemoratur univerſè, ſacrificiorum aliqua beſtiis cicuribus eſſe facienda, & iſta quidem his tribus quadrupedum generibus, bobus, ovibus, & capris: aliqua volucribus, & hæc turturibus modò, columbarúmque pullis: nonnulla terræ frugibus atque fructibus: atque hæc ea ſunt, quæ ſerta dicuntur: in his tria inerant rerum genera, panis, vinum & oleum, quæ etiam thure augebantur. Nec verò dubium eſt, quin ſacrificiorum ea, quæ fiebant his tribus quadrupedum generibus, bubulo, oviarico, ac caprino, grata Deo inprimis & accepta fuerint: ex quo nec in publicis ſacrificiis turtures, aut columbarum pullos reperias, nec ullum fertum voluntarium; ſed trinis illa quadrupedum generibus paulò antè dictis demum fiebant. Commodum erit igitur jam nunc rerum cauſam ſubjicere, cur iſta, quæ commemoravi, cunctis è rerum generibus ad ſacrificiorum materiam delecta fuerint: quo loco tractando ſequar quod ſingulari vir ingenio & doctrina Majemonides lumen mihi prætulit. Ac primùm triplex illud animantium genus bubulum, oviaricum, & caprinum, præcipuè rei divinæ dicatum eſt, ac conſecratum duabus de cauſis: unâ, quia naturâ, habitu, pabulo hæc tria genera ſunt animantium ratione & oratione carentium præſtantiſſima: altera eſt, quia hæc tria genera ſunt inventu facilia. nam eam ob rem omnino feris ſacrificium fiebat nullum, quia enim hoc oneris imponi nobis noluit Deus Optimus, ut in rem divinam ferremus id, cujus inveſtigatio ſummam haberet difficultatem: & eam ipſam ob rem conſtitutum erat, ut quæ ſacra oportebat volucrium genere fieri, fierent ſolis turturibus & columbarum pullis. R. Levi enim Gerſomi filius commentariis ſuis in Legem ita diſſeruit, & rectè diſſeruit hac de re quidem: ego verò videre mihi videor duas alias etiam ſubeſſe cauſas: earum una eſt his tribus animantium generibus repræſentari patres noſtros eximia ſanctitate viros; & Abrahami quidem ſymbolum eſſe bovem. nam hic cicurum animantium maximus; ille patrum: præterea autem de illo ſcriptum videmus Gen. 18. 7. *Atque ad armenta boum cucurrit Abrahamus, & cepit buculum tenerum & bene habitum.* Iſaaci verò ſymbolum pecus oviaricum, quod à bubulo proximum eſt

המעלה אחר הבקר · וגם מפני האיל שהעלה אביו עולה
תחתיו בשעת העקדה כמו שאמר ויקח את האיל ויעלהו
לעולה תחת בנו · והעזים היו רמז ליעקב כי הוא במדרגת
הבהמות למטה מהכבשים ומצינו שנאמר ליעקב לך נא אל
הצאן וקח לי משם שני גדיי עזים שהלביש על ידיו ועל
צואריו בעת ברכת אביו · ולהיות שלשת המינים האלו רומזים
אל שלשת האבות צוה יתברך קחה לי עגלה משולשת
ועז משולשת ואיל משולש לרמוז אליהם כמו שפירשתי
שם · ואמנם התור וגוזל היו רומזים למשה ואהרן כמו
שהתבאר שמה ואולי לזה גם כן באו בקרבנות תורים ובני
יונה וזו היא הסבה הא' · והסבה השנית היא שנבחרו
המינים האלו מהחלק ההולך על ארבעה ומהמעופף לקרבנות
להיותם רומזים על האומה הישראלית · כי הנה הנביאים
פעמים כנו אותה בשם בקר שנאמר כפרה סוררה סרר
ישראל וקראום פרות הבשן ואפרים עגלה מלומדה ורבים כן ;
ולכך היה קרבן שגגת הקהל פר בן בקר · ופעמים כנו אותה
בשם שה ובשם צאן שה פזורה ישראל ויחזקאל אמר
ושפטתי בין שה בריה ובין שה רזה · ולזה היו קרבנות
הצבור התמידין כבש אחד בבקר וכבש אחד בין הערבים וכן
בלשון צאן ואתן צאני צאן מרעיתי צאן אובדות היו עמי
ורבים ככה · ופעמים היו מכנים את האומה בשם עז
ושעיר · ולכן אמר ישעיהו על בן יכבדוך עם עז · ואמר
ירמיהו על האומה איכה נשבר מטה עז · ויחזקאל
אמר והשבתי גאון עזים . גאון עזכם עד שלכן היה · השעיר

אשר

excellentiæ gradu: tum verò pro eo ad immolandum conſtricto ſubſtituit arietem pater ejus, uti ſcriptum eſt *Gen.* 22. 13. *Accepit arietem, quo ad ſolidum ſacrificium uſus eſt pro filio.* Erat autem Jocobi typus pecus caprinum, quod eſt ratione generis inferius oviarico: hinc videas *Gen.* 27. 9. Jacobo edici, *Adi, amabo, pecus, & hædos inde mihi auferto duos,* & horum inde coriis ejuſdem obduci manus, atque cervices ad fauſtam patris precationem excipiendam. Quòd autem pecorum illa genera tria trium patrum eſſent ſymbola, Deus eximio cultori ſuo imperat id, quod *Gen.* 15. 9. legitur, *Sume mihi buculum trimum, capram trimam, & arietem trimum*; id ipſum indicari volens, ſicut eò loci jam expoſui: turturi verò, columbinóque pullo ſignificari Moyſem & Aaronem, ut ibidem demonſtravi: atque haud ſcio an eam ob rem etiam turtures & columbini pulli ſacrificiis deligerentur. Habes cauſarum unam. Altera cauſa fuit cur iſta genera quadrupedum atque volucrium ſacrificiis potiſſimum deſtinarentur, quòd his aſſimilabatur Iſraelitica gens: videre licet eam apud vates aliàs cum bove conferri, *More juvencæ contumacis repugnant Iſraelitæ*, Oſeæ *c.* 4. *v.* 16. aliàs appellari *buculas Baſanicas*, Amoſ. 4. 1. Item dicitur *Ephraimita vitula docta*, Oſ. 10. 11. & ſexcenta ejuſmodi alia: nimirum eam ob rem cœtus univerſus per errorem cùm peccarat, piaculum buculo faciebat: tum eandem habere vocabulum & agni, & ovis, *Agni diſperſi ſunt Iſraelitæ*, Jer. *c.* 50. *v.* 17. *Egomet inter obeſum & macilentum agnum judex ſedebo*, Ezech. 34. 20. ex quo etiam publica quotidie bina binis agnis fiebant ſacrificia, mane unum, & alterum veſperi. Similiter vocabulum ovis, *Vos autem ô meæ oves, oves paſcui mei,* Ezech. 34. 31. *Oves perditæ populus meus ſunt,* Jer. 50.6. & innumera hujus generis alia: tum eidem nomen eſſe capræ, & hirco. eſt enim apud Eſaiam vatem, *c.* 25. *v.* 3. *Hanc ob cauſam te venerabitur populus potens:* ſed hoc poſtremum verbum *potens* & vim capræ continet. Eſt & apud *Jeremiam,* c. 48. *v.* 17. de gente, *Quî fractus eſt baculus potens?* ubi verbum ultimum ſimiliter interpretari licet *capram:* eódem valet & oraculum illud, quod eſt apud *Ezechielem,* 7. 24. *Ac coercebo ſuperbiam potentium*; & 24. 21. *Decus veſtræ potentiæ.* Unde fiebat, ut pro univerſa gente noſtra ſacrificaretur hircorum

ille

אשר עלה עליו הגורל ליהוה כנגד האומה וחכמינו זכרונם לברכה אמרו שלשה עזים הם ומנו את ישראל מכללם ולהיות ג׳ המינים האלו רומזים אל האומה המשילם הנביא אליה בצרת הגלות׃ באמרו כשה לטבח יובל וכרחל לפני גוזזיה נאלמה ולא יפתח פיו כי הצאן והרחלים כוללים לכבשים ולעזים ולכך צוה יתברך שיקריבו קרבנותיהם מן המינים האלה הרומזים אליהם שיהיה כאלו הקריבו את דמם ואת בשרם ועל זה אמר אדם כי יקריב מכם קרבן ליהוה שמהם ומהרומזים להם שהם הבקר והצאן שהוא שה כבשים ושה עזים יקריבו את קרבנם׃ האמנם אם דל הוא ואין ידו משגת צוה שיקריב מן התורים ומן בני היונה לפי שהאומה נמשלה אליהם גם כן כמו שאמרנו יונתי בחגוי הסלע ונאמר בדרך השיר על תפלת האומה עת הזמיר הגיע וקול התור נשמע בארצנו׃ והרבי משה בן נחמן כתב שנבחרו מן העוף שני המינים לבד לפי שהתורים לא יזדווגו אלא לבת זוגם והיונים לא עזבו זוגם וכן ישראל עם השם ודבריו נכונים׃ ומצאתי אני סיוע לדעתו בספר דעות הפלוסופים פרק שמיני שכתוב שם וזה לשונו והיונים לא יזדווגו אלא למורגלת להם מהנקבות וזולתי אם תמות שלעתים רחוקים יזדווגו לנקבה אחרת ונקבות התורים לא יהיה לנקבה אחת אלא זכר אחד ואינה נכנעת לזכר אחר עד כאן׃ ואפשר לומר עוד שנבחרו התורים ובני יונה להיותם מחלקי הכוכבים המורים על בתי עבודת השם שהם צדק ונוגה וכמו שכתוב בספר ראשית חכמה וזה לשונו׃ צדק מחלקו בתי

התפלות

ille, cui ſors obtigerat ea, qua inſcriptum erat DOMINO. Dictum eſt à ſapientibus noſtris, quorum eſt ſemper colenda memoria, caprarum eſſe genera tria, quorum in numero poſuerunt Iſraelitas unum. Cùm igitur hæc tria genera beſtiarum eſſent ſymbola noſtræ gentis, gens noſtra comparata fuit ad illas apud vatem *Eſaiam*, cap. 53. cùm de miſeriis & ærumnis hujus noſtræ captivitatis ita cecinit, *Tanquam agnus ad lanienam agitur, & velut ovis ante tonſores ſuos obmuteſcens nec ullum verbum proloquitur.* nam verbum iſtud * צאן, *zon*, item & hoc alterum רחלים, *rechelim*, communiter oviaricum & caprinum pecus ſignificat. Ergo præceperat eis Deus, ut ſua ſacrificia hiſce facerent beſtiis, quæ eſſent ipſorum ſymbola, ita; ut velut ſuo ipſorum ſanguine & carne ſacrificium facerent: ideóque dicitur, *Lev.* 1. 2. *Quiſque ſacrificium Domino cùm faciet è vobis*, cujus vis, ut ſacrificium eorum eſſet ex ipſis, hoc eſt, ipſorum è ſymbolis ſeu bobus, ſeu minoribus beſtiis, ovibus & capris. Quod ſi cujus facultates non paterentur, is juſſus erat immolare turturibus & pullis columbinis; qüia enim gens noſtra cum his etiam componitur. dictum eſt enim de noſtrorum hominum genere *Cant.* 2. 14. *Columba mea in cavis petræ:* tum ibidem *v.* 12. de precibus gentis noſtræ more poëtico dicitur, *Cantandi tempus venit, vox turturis auditur in regione noſtra.* R. Moyſes autem Nachmonides vult è volucrium generibus hæc duo duntaxat ſacrificiis eò delecta, quòd ut turtures non niſi cum ſuis ſe conſortibus conjungunt, & columbæ conſortes ſuas deſerunt nunquam, ſic & Iſraelitarum genus uno ſolo Deo conjungitur in perpetuum: probè. Equidem hanc ego rationem confirmatam invenio capite octavo libri de ſententiis Philoſophorum, in quo totidem verbis ſcriptum eſt. Omnino columba cum una certa femina conſueſcit, niſi ea moriatur: ac raro admodum evenit, ut etiam cum altera rem habeat. De turturibus autem, eſt ſuus cuique feminæ mas: huic illa ſuccumbit, & præterea nulli. Hactenus ibi. Fieri poteſt etiam, ut deligerentur turtures & pulli columbini propterea, quòd iſtæ volucres in ditione ac poteſtate ſint ſtellarum, quibus aſſignantur & ædes divino cultui dicatæ ac conſecratæ: ſtellas dico Jovis & Veneris, de quibus eo libro, qui principium ſapientiæ inſcribitur, ita diſputatur. Stella Jovis tuetur ædes precibus religio-

* *Eſt hoc verum quidem: at ſuſpicor tamen hic ſubeſſe mendum, ac legendum* שה, Seh, *non* צאן, Zon, *quia enim apud Eſaiam in illo verſu allegato uſurpatur non verbum* צאן, Zon; *ſed* שה, Seh, *quod ſimiliter utrique pecori convenit oviarico ac caprino.*

התפלות ומקום עבודת השם והמקומות הטהורים ומהעופות היונים
ונונה בחלקו אהבת הצדק ובתי עבודת השם ומן העופות התורים
עד כאן · ואמנם חומר המנחה הוא סולת ושמן ולבונה ויין
לנסך כי הנה לפי שהיתה בדרך מנחה ששולח אדם לארוניו
לעלות על שלחן המלך צוה שיהיה חמרה מהדברים היותר
צריכים ונבחרים במזון השלחן שהם הלחם והשמן והיין
וכמו שאמר המשורר ויין ישמח לבב אנוש להצהיל פנים משמן
ולחם לבב אנוש יסעד ומפני שדרך בני אדם להקריבם מנחה
לארוניהם אם היה בזמן קציר יקריבו מפרי הארץ ואם הוא בזמן
שאין שם פירות לחות מקריבין מהסולת והשמן וסמים להיטיב
ריח המנחה ויין לשתות עליה · לכן צוה יתברך שככה יעשו גם
הם לפני ארון כל הארץ שבראשית הפירות יביאו מנחת הבכורים
ובשאר הזמנים יביאו את מנחתם מאותם הדברים הטובים הצומחים
להם מן השדה והם הלחם והשמן והיין להיטיב ריחה יתנו עליה
לבונה · והנה היו מיני המנחות ד׳ כפי שהיה מנהגם בזמן ההוא
להקריבם לפני ארוניהם · ועוד אתן בזה הפרק הב הנמשך טעם
אחר כפי הצורות · הנה התבאר שהחומר היותר נכבד ונבחר
להקריב ממנו קרבן ליהוה הוא מג׳ המינים מחיי הבייתיי ההולך
על ארבע · ולמטה ממנו נבחר לאשר אין ידו משגת שני מינים
מחיי המעופף ולמטה ממנו היתה המנחה שחמרה מג׳ מיני
הצמחים היותר נבחרים מפרי האדמה היוצאים להם מן השדה :

הפרק

religioſis & reliquo divino cultui ſacras, cunctas regiones puras, & è volucribus columbas: ſtellæ Veneris amor juſtitiæ, ſacra & auguſta loca ſubjecta ſunt; & ex avibus turtures. Adhuc in eo libro. Jam materia ferti fuit cùm ſimila, tum oleum, & thus, inſuper etiam vinum ad libandum: quomodo villicus ſere mittit domino munus, item & hoc mittebatur in menſam ſummi rectoris: quamobrem edicto ſancitum, ut concinnaretur ex ejuſmodi rebus, quæ ad cultum & victum humanum neceſſariæ in primis, aptæque forent: talia ſunt panis, vinum, & oleum, de quibus vates canit, *Pſal.* 104. 15. *Et vinum quod hominum exhilaret animos, & oleum quod ora illuſtret, & panem qui corda hominum ſuſtentet.* nam ſolet agricola domino tum, cùm terræ fruges, & reliqui fructus percipiuntur, ferre munus novorum fructuum: & hi cùm defecerunt, offerre ſimilam atque oleum, & idem hoc munus exquiſitis odoribus ornare, cumulare vino: ad eundem igitur modum noſtri jubebantur hæc ipſa offerre terrarum Domino: libamenta fructuum quo quæque genera tempore matureſcere inciperent: & reliquis anni temporibus rerum optimarum è terra naſcentium ferta, ferta panis, olei, vini, & ea ſuperaddito thure fragrantia: fuerunt autem genera fertorum quatuor pro eo, ac id temporis homines ſuo quiſque domino munera dare ſoliti fuerant: ſed verò hujus rei cauſam adhuc aliam afferam capite proximè ſequenti in explicandis eorum formis. Demonſtravimus igitur materiam maximè lautam & exquiſitam ad ſacrificium Deo rerum Domino faciendum eſſe tria illa quadrupedum mitium & domeſticarum genera: ſecundam ab ea duo illa genera volucrium, deſtinatam quibus per facultates ad rem divinam faciendam uti ſuperiori non licebat: infimam autem fertis accommodatam eſſe optima horum fructuum genera, quæ è terra gignuntur ad vitam & uſum hominum.

הפרק השני

בצורות הקרבנות

סוגי הקרבנות אם זבחים ואם מנחות שכלם נקרבים על גבי המזבח והזבחים כפי צורותיהם הראשונות הם ד״ מינים העולה והחטאת והאשם והשלמים ואין בתורתינו קרבן בשום פנים לא מצבור ולא מיחיד אלא מאחד מהד״ מינים והנה העולה הוא קרבן נשרף כלו על גבי המזבח בין שיהיה משל צבור בין משל יחיד ואין לבעלים ממנה כלום ולא לכהנים גם כן חלק ממנה לאכלה כי כלה נשרפת זולתי העור שלה שהוא לכהן המקריב אותה ואין העולה אלא מוכר הבקר או מוכרי הצאן והעזים ותהיה העולה גם כן מן התורים ומן בני היונה ואין הפרש באלה שיהיו זכר או נקבה ואין מקריבים מן הבקר והכשבים והעזים אלא תמים לא בעל מום ולא זקן כי לזקנותו אינו תמים בטבע והבקר יהיה זקן משיעברו עליו שלש שנים שלמים מיום ליום והכבש או הכשב שהכל אחד משיעברו עליו שתי שנים כי מזה הזמן והלאה יתחילו להחליש פעולותיהם הטבעיות והתורה הקפידה שיהיו הדברים הנקרבים על גבי המזבח בשלמותם ובעת שיהיו יותר נבחרים וטובים ולכך צותה שיהיו התורים גדולים ובני היונה קטנים כי כן הם יותר טובים ומזה תדע שכל מקום שכתוב בתורה כבש או כשב הוא שם נופל על שה או עז מקטני הצאן והוא בתוך שנתו הראשונה וכשהוא אומר איל או אילים הוא מוכרי הכבשים או העזים והוא בתוך שתי שנים וכו׳.

CAPUT SECUNDUM.

De formis ſacrificiorum.

OMnis ratio ſacrificiorum bipertitò dividitur, in victimas, & ferta, quæ pariter adolebantur in altaribus. Erant victimarum pro formis primariis inter ſe differentibus genera quatuor: ſacrificium ſolidum, ſacrificium piaculare, ſacrificium pro delicto, & ſacrificium pacificum: ac præter hæc quatuor omnino nullum licet in noſtra Lege reperire ſacrificium neque publicum, neque privatum. Sacrificium igitur ſolidum igni conſumebatur in ara totum, ſeu id publicum, ſive privatum fuerat: nihil inde redibat ad dominum: nec ad ſacerdotes quidem perveniebat de eo pars ulla, quæ comederetur: ſed totum adolebatur præter corium, quod erat ſacerdotis ejus, qui huic ipſi ſacro operaretur. Nunquam ſacrificium ſolidum fiebat nec pecore bubulo, neque oviarico, neque caprino niſi mari: rurſum idem fiebat turturibus & pullis columbinis ſine delectu maris & feminæ: boves, oves, capræ ſynceræ demum & integræ ſacrificabantur: nunquam nec temeratæ vitio, nec ſenio affectæ; quia enim natura animantium minus perfecta ſit in ſenectute: ſenectus autem aderat bovi quidem cùm tres annos ad dierum numerum exactos natus erat: & beſtiæ minori ei quæ כבש, *Kebes*, dicitur; & eadem literis inverſis, כשב, *Keſeb*, etiam appellatur, ubi duos annos compleverat. hoc enim tempore ætatis exacto, porro in his beſtiis incipiunt naturæ vires inclinari. Curabat autem magnopere divina Lex, ut altaribus admoverentur res integræ interea, dum erant ſuaviſſimæ & in ſuo genere optimæ: hinc ſancitum erat, turtures ut ſacrificarentur majores, minores autem columbæ; quia enim ſunt ejuſmodi meliores. Erunt igitur in ea re tenenda iſta, nomen illud כבש, *Kebes*, ſeu כשב, *Keſeb*, cùm in Lege divina commemoratur, tenero pecori tribui, agno vel hœdo intra unum ætatis annum: nomine איל, *ail*, item & in multitudinis numero אילים, *elim*, dici in Lege divina mares ovium juxta, ac caprarum intra alterum ætatis annum: in eadem Lege divina

וכל מקום שנאמר פר או פרים הוא בתוך ג׳ שנים וכשהוא אומר עגל הוא בן שנה ושעיר עזים נקרא אחר שנה וכמו שהתבאר כל זה במסכת פרה ואמנם החטאת יש ממנו שני חלקים הא׳ הוא שמקריבים ממנו האמורים על גבי המזבח והם בחטאת בן הבקר ומן העזים החלב אשר על הקרב מבפנים והשתי הכליות עם חלבהן ואת היותרת אשר על הכבד הוא הקצה התחתון היוצא מן הכבד שהוא כדמות הבהן באצבעות היד ואם היה החטאת מן הכבשים שורפים עוד מלבד האברים האלה שזכרתי את האליה כלה עם החליות הסמוכות אליה ואלו כלם נקראים אמורים רוצה לומר דברים שצוה השם שישרפו אותם מהחטאת ויאכלו זכרי הכהונה את הנותר בעזרה והמין הב׳ מהחטאת היא הנשרפת כלה כדין העולה כמו שיתבאר ואמנם האשם הוא קרבן היחיד שנסתפק לו אם חטא בשגגה באחד מן המצות שיש בהם מעשה וחייבים על זדונם כרת או אם לא חטא בם שמפני הספק ההוא מביא קרבן אשם האמנם אם נתאמת לו אחר כך שבודאי חטא בדבר בשגגה אז יביא קרבן חטאת כי הנה כל דבר שחייבין על ודאי שלו קרבן חטאת חייבין על לא הודע שלו קרבן אשם ואין בכל קרבנות צבור קרבן אשם בשום פנים ומהאשם נשרפין על גבי המזבח כל האמורים כמו שנשרפים מהחטאת והשאר נאכל לכהנים כי שניהם שוים בזה בחטאת כאשם ואמנם השלמים יש מהם חלק למזבח והם האמורים הנשרפים מהחטאת והאשם וחלק לכהנים והוא החזה והשוק שהיו הם אוכלים מהשלמים

 והשאר

vina pecori bubulo priùs, quàm tres annos complerit, in utroque numero juvenci, ſeu buculi dari vocabulum, & intra primum ætatis annum vituli: & hircum caprarum appellari qui totum annum exegerit: quæ omnia ſic, ut prodidi, demonſtrantur in tractatu illo Talmudico, qui *Vacca* inſcribitur. Jam erat ſacrificium piaculare duplex: unum, cujus exta in altaribus adolebantur: ac ſacrum piaculare buculo vel caprino pecore cùm fieret, erant exta adeps, qui inteſtina operit, & duo renes cum ſua pinguedine, & reticulum jecoris: atque hæc eſt ima illa fibra jecoris, quæ ita procedit ex ipſo, ut accedat ad digiti pollicis ſimilitudinem: ſin autem piaculare ſacrum fieret pecore oviarico præter partes ante dictas cauda tota cum proximis ſpinæ vertebris adolebantur etiam. hæc adeo noſtris dicuntur אימורים ab אמר edicendo; quia enim hæc victimæ piacularis ut adolerentur, edixerat Deus, cætera ſacerdotes mares ut comederent in atrio. Erat alterum ſacrificium piaculare, quod item, uti ſacrificium ſolidum, cremabatur totum, de quo inferiùs explicabitur. Tertio loco poſitum eſt ſacrificium pro delicto: id verò ab homine privato tum fiebat, cùm ambigeret, utrùm per imprudentiam aliquid factum reddidiſſet contra præceptum ejuſmodi, quod per audaciam cùm proderetur, pœna foret exitium; an non. hoc enim dubium cogebat hominem ſacrificium pro delicto ſuſpendendo facere: verùm idem ſi poſtmodum cognitum & exploratum haberet ſe per imprudentiam eſſe maleficio implicatum, & piaculare ſacrum conficeret etiam. Sic enim comparatum erat, quod peccatum cunque imprudenter admiſſum dum certum ac cognitum erat, ſacro piaculari luebatur, id ſi cui minus compertum eſſet, ſacrificium pro delicto ſuſpendendo requirebat: omnino publicis in ſacris ſacrum pro delicto ſuſtinendo nuſquam videre licet: atque ut de ſacrificio piaculari, ſic & de ſacrificio pro delicto exta prorſus omnia ſuper aram cremabantur; cætera comedebantur à ſacerdotibus. nam in ea re quidem certe piaculare ſacrificium, & ſacrificium pro delicto æqualia inter ſe erant & paria. De ſacrificio pacifico pars cedebat altaribus: hîc enim exta illius adolebantur eadem, atque ſacrificii piacularis, & ſacrificii pro delicto: pars ſacerdotibus, qui ſingulis è victimis pacificis pro rata portione, qua veſcerentur, pectus & armum

auferebant:

והשאר היו אוכלים הבעלים ולכך נקראו שלמים שנותנים שלום למזבח לכהנים ולבעלים וכבר זכרתי שאין בקרבנות הצבור שלמים אלא שני כבשי עצרת בלבד והעולה מזה הוא שיבדלו הקרבנות האלה בצורותיהם שהעולה היא נשרפת כלה והחטאת והאשם מקצתה נשרפת והנותר יאכלו הכהנים בלבד אמנם השלמים קצת מהם נשרפים שהם האמורים וקצת מהם יאכלו הכהנים והנותר כלו יאכלו הבעלים הנה היא זאת חלוקת הזבחים הנקרבים על המזבח כפי צורותיהם:

ואמנם המנחות שהנא סוג שני מהקרבנות מתחלק חלוק ראשון לשני חלקים או מינים כי יש מנחה שהיא נשרפת עם הקרבן ותבא עמו ואי אפשר שיהיה הקרבן ההוא מבלעדי אותה מנחה והיא נקראת מנחת נסכים ויש מנחה שהיא בפני עצמה ואינה מנחת נסכים והנה קרבן העוף אינו טעון מנחת נסכים בשום ענין כמו שנאמר בספרי וכן אמרו כל הבא בנדר או נדבה טעון נסכים יצאו חטאות ואשמות שאינם באים בנדר ונדבה שאינם טעונים נסכים ומטעם זה לא היו חייבים נסכים הבכור והמעשר בהמה ולא הפסח שאינם באים בנדר ונדבה ויעלה מזה שכל עולת בהמה וכל קרבן שלמים טעונים נסכים בין שיהיו קרבנות הצבור או היחיד אבל החטאת והאשם אינם טעונים נסכים זולתי חטאת המצורע או אשמו בלבד ומנחת הנסכים היא סולת בלולה בשמן זית והנסכים הוא היין והכל טכסיסי קרבן הם והשעור שחייב להביא על העולה או השלמים מהסולת והשמן והיין יתחלף כפי חלוף הקרבן שבאים עמו והם ג׳ שעורים

השעור

auferebant: reliqua pars ejus comedebatur ab eo, qui erat ſacrificii dominus. hoc igitur nominabatur ſacrificium pacificum ideo, quod pacem inter aram, ſacerdotes, & dominum conciliaret. Inter ſacra publica, id quod alio loco nobis jam dictum eſt, nullum erat ſacrificium pacificum, præterquàm quod duobus agnis ad Hebdomadalia fiebat. Ex quo patet hæc ſacrificia formis differre ſic, ut ſacrificium ſolidum igni conſumeretur totum: ſacrificium piaculare partim igni cremaretur, partim comederetur ab unis ſacerdotibus; & ſimilis eſſet ſacrificii pro delicto ratio: ſacrificii verò pacifici adoleretur aliquid, interanea videlicet, aliquid à ſacerdotibus guſtaretur, & reliqua univerſa comederentur à domino. Habes ex formis partitionem ac diviſionem adolendarum in altaribus victimarum.

Reliqua ſunt ferta, quæ fuit in diviſione bipertita pars altera. Hæc igitur primùm diſtribuuntur in partes ſeu ſpecies duas. erat enim fertum, quod unà cum victima offerretur, adoleretur, ſine quo prorſus immolari victima non poterat: atque hoc illud eſt, quod fertum libaminum vulgò dicitur: & erat fertum, quod Deo ſeparatim obmovebatur: quod aliud, atque fertum libaminum erat. Omnino quod ſacrificium cunque volucri fiebat, ad hoc fertum libaminum non requirebatur, ſicut dicitur in eo libro, qui *Siphri* inſcribitur. Simul accipe dictum illud; ſacrificium id quod fiebat ex voto promiſſóque requirebat fertum libaminum: at nec ſacrificia piacularia, nec ſacrificia pro delictis ex voto, vel promiſſo fiebant: igitur nec ferta libaminum requirebant: quam ob rem nec primitia, nec decuma pecus, neque porro victima paſchalis libaminum fertis augebantur, quia enim non ſacrificabantur nec ex voto, nec ex promiſſo. Unde ſequitur, ut ſolidis ſacrificiis iis, quæ fierent quadrupedibus, item & ſacrificiis pacificis ferta libaminum adhiberentur, non adhiberentur nec ſacrificiis piacularibus, nec ſacrificiis pro delictis, ſi modò excipias ſacrificium piaculare atque ſacrificium pro delicto leproſi hominis. Erat libaminum fertum ſimila olivo ſubacta: libamina verò vinum erat: his ſcilicet ſacrificia ſic, tanquam corollariis exaugebantur. Conſtituebatur autem ſolidis ſacrificiis ac pacificis modus ſimilæ, olei, viníque varius pro varietate victimarum, quibus adjungebantur: triplex igitur definiebatur modus. Ac primò quidem

ſacrificium

השעור הא׳ הוא בהיות העולה או שלמים מן הכבשים או מן העזים בהיותם קטנים בני שנה שטעון כל אחד מהם סלת עשרון בלול ברביעית ההין שמן ורביעית ההין יין והשעור הב׳ הוא בהיות העולה או השלמים מגדולי הצאן והוא הנקרא איל מנחתו שני עשרונים סלת בלולות בשלישית ההין שמן ושלישית ההין יין והשעור הג׳ בהיות העולה או השלמים ממין הבקר בין שיהיה גדול או קטן שמנחתו ג׳ עשרונים סלת בלול בשמן חצי ההין לפר האחד ונסכו חצי ההין יין והשעור הזה נכפל כפי מנין הקרבנות ואין דבר יוצא מן הכלל הזה זולתי הכבש שמקריבין ביום השני של חג המצות בהנפת העומר שהיא עולה וכתוב בתורה שתהיה מנחתו שני עשרונים בלולים בשלישית ההין שמן והנסכים שחייב עמו הוא רביעית ההין יין כמשפט כל כבשים וגם כן נבדלה חטאת המצורע ואשמו שעם כל אחד מהם בא עשרון לפי שקרבן המצורע הוא· שני כבשים וכבשה אחת והם חטאת העולה ואשם ונאמר במנחתם ושלשה עשרונים וגומר הנה ביארתי וכרון מנחות הנסכים ששורפים עם הקרבן רוצה לומר אם בהיותו כלו עולה ואם עם אמורי השלמים וזהו ביאור המין האחד מהמנחות:

ואמנם המין השני מהם הוא המנחות שאינן תלויות בקרבן ידוע והם שני חלקים מנחת היחיד ומנחת הצבור והנה מנחת הצבור הם ג׳ הא׳ עומר התנופה הנקרב ביום ב׳ של חג המצות ומקריבין ממנו קומץ על גבי המזבח ואוכלים הכהנים את הנותר והמנחה הב׳ שתי הלחם שמביאין יום עצרת שנאמר

ſacrificium ſolidum, aut pacificum cùm fieret tenero vel agno, vel hœdo, hoc eſt, anniculo, adhibebatur ſimilæ decuma quadrante hinnis olei ſubacta, & quartarius hinnis vini. Deinde ſacrificium alterutrum cùm fieret hujus generis animante majore, eo, qui nomine dicitur aries; ſimilaginis adhibebantur decumæ duæ ſubactæ triente hinnis olei, & tertia pars hinnis vini. Denique ſolidum aut pacificum ſacrificium cùm fieret pecore bubulo, ſeu illo majori, ſeu minori, cuique pro ferto erant decumæ ſimilaginis tres dimidio hinnis olei ſubactæ, & pro libamine dimidium hinnis vini: & horum modorum numerum oportebat cum victimis adæquari. Quæ modorum deſcriptio ita communis erat omnium victimarum, ut nihil aliud excipiendum ſit, quàm agnus ille, quo ad ſecundum azymorum diem feſtum, cùm obmoveretur Deo novarum frugum manipulus, ſacrificium fiebat ſolidum: huic ut pro ferto adhiberentur ſimilaginis decumæ duæ triente hinnis olei ſubactæ, Lege ſancitum erat: & hujus ipſius itidem, ut cunctorum agnorum libamen conſtabat è quartario hinnis vini tamen. Porro autem hominis leproſi hoſtia piacularis, & hoſtia pro delicto diſtinguebantur à cæteris in tantum, ut cum utraque conjungeretur decuma ſimilaginis ferti nomine. nam qui factus erat è lepris ſanus duos agnos, & agnam ſacrificabat, atque ita ſacrificabat, ut ſacrificium ſolidum eſſet unum, & alterum ſacrificium piaculare; ac ſacrificium pro delicto tertium: nihilo tamen minus eidem edictum erat, ut ſimul horum ferta ferret decumas ſimilaginis tres. Expoſui de ratione fertorum, quæ conjunctim cum victimis ſacrificandis adolebantur: conjunctim, inquam, cum toto ſacrificio ſolido, vel cum extis ſacrificii pacifici. Atque hæc de prima ſpecie fertorum dicta ſint.

Altera fertorum ſpecies nullis è victimis pendebat, quæ bipertitò dividebatur: nempe erant hujuſmodi ferta & privata, & publica. Ac publica quidem ejuſmodi ferta numero tria fuerant: unum erat manipulus ille frugum novarum, quod obmovebatur Deo poſtridie illius diei ſolemnis azymorum, ex quo plenus pugillus in altaribus adolebatur, & reliquum comedebatur à ſacerdotibus. Alterum autem erat duo panes illi, qui Deo offerebantur ad Hebdomadalia, de quo ſcriptum videmus,

ממושבותיכם תביאו לחם תנופה. וקראה הכתוב מנחה שנאמר
בהקריבכם מנחה חדשה ליהוה בשבועותיכם והמנחה הג׳
היא לחם הפנים שאוכלים אותו הכהנים בכל יום שבת והם
יב״ חלות שני עשרונים החלה האחת ואלו הג׳ מנחות דוחין
את הטומאה אבל לא תאכל אם באת בטומאה כמו שהתבאר
בפסחים ומנחת העומר לבדה היא שדוחה את השבת ואמנם
מנחת היחיד נחלקת לה׳ חלקים החלק הא׳ היא המנחה
שיתחייב בה האדם על עון שעשה כגון מי ששגג בטומאת
מקדש וקדשיו או שגג בשבועת בטוי או עבר על שבועת העדות
בין במזיד בין בשוגג שהעובר על אחת מאלה ארבעת החטאים
חייב קרבן ואם אין ידו משגת לאותו קרבן מקריב עשירית האיפה
סלת לא יצוק עליה שמן ולא יתן עליה לבונה וזאת
נקראת מנחת חוטא וכבר קראה הכתוב חטאת ודינה שמקריבין
ממנה קומץ על גבי המזבח ויאכלו הכהנים את הנותר והחלק
הב׳ היא המנחה שיתחייב בה על דבר שרצה לתקנו והיא
מנחת הסוטה ונבדלה משאר המנחות כלם בשאת מקמח
שעורים והיא גם כן בלי שמן ובלי לבונה ומקריבין ממנה
קומץ על המזבח ואוכלים הכהנים את הנותר וזאת נקראת
מנחת קנאות והחלק הג׳ היא המנחה שיתחייב בה עם קרבן ידוע
שכבר נתחייב בו ונקראת מנחה על דרך העברה כגון שחייב אדם
עצמו בקרבן תודה או ידור בנזיר ושלמו ימי הנזירות שיקריב עם
התודה חלות מצות ורקיק מצות וכן עם איל הנזיר והתודה
לא קראה זה מנחה ואינה מכלל המנחות בשום פנים

והראיה

mus, *Lev.* 23. 17. *Veſtris è regionibus affertote panes duos, qui Deo obmoveantur.* his enim ferti vocabulum à Lege tribuitur, *Num.* 28. 26. *Cùm obmovebitis Deo fertum novum Hebdomadalibus veſtris.* Tertium erat hujuſmodi fertum publicum panes propoſitionis: ii ſingulis ſabbatis comedebantur à ſacerdotibus: placentæ duodecim erant: quæque binas continebat ſimilaginis decumas. Hæc tria ferta inquinamentum elevabant illa quidem: ſed inquinata cùm offerrentur, neutiquam comedebantur, ſicut in tractatu Talmudico de ſacris paſchalibus demonſtratum eſt: & manipulus novarum frugum erat ſolum ex his fertum, quod elevaret etiam ſabbatum. Ratio autem privatorum fertorum quinquepartitò diſtribuebatur. Primùm enim quis aſtringebatur ferto ob admiſſum aliquod, ſi templum, ſacráve per imprudentiam inquinamento temeraſſet, ſi jusjurandum vanum atque futile juraſſet, ſi rei cujuſpiam conſcius teſtimonium appellatus negaſſet ſciens aut imprudens, atque jusjurandum dediſſet ſe nihil quidquam ejus ſcire; qui horum maleficiorum aliquod commiſerat, is ſacro piaculari aſtringebatur: cujus ſi ſacri faciendi facultas non eſſet, idem offerebat ſimilæ tantum, quantum Æphæ decuma continebatur: id verò nec oleo perfundebatur, nec decorabatur honore thuris: nimirum hoc vulgò fertum ſontis dicitur, atque adeo in literis ſacris ſacrificium piaculare nominatur: ex hoc igitur in altaribus adoleri plenum pugillum oportebat, & reliquum à ſacerdotibus comedi. Deinde ferto alligabatur qui domeſticæ turpitudinis infamia liberari ſe volebat: hujus generis erat fertum mulieris de adulterio ſuſpectæ, quod cunctis à fertis diſtinguebatur: erat hordeacea farina, ſine oleo, ſine thure, unde plenus pugillus in altaribus adolebatur, & comedebatur reliquum à ſacerdotibus: atque hoc fertum zelotypiæ nominatur. Tertio loco ponetur fertum illud, quod ſuis quiſque victimis certi cujuſdam generis alioqui debitis adjungeret, neceſſe fuit, quod tranſlato per ſimilitudinem verbo fertum dicitur: ut ſi quis ſe ſacro obligaſſet illo, quod à gratiarum actione nomen habet, ſi voto ſe Nazaræi obſtrinxiſſet, & idem præſtitutos Nazaræatui dies compleviſſet, cum victima illa euchariſtica quæ vocatur, placentas azymas, & lagana azyma jungeret, item & cum ariete Nazaræi: id à Lege quidem non appellatur fertum: nec ve-

והראיה על זה שאם הביא הכהן תודה או איל נזיר על עצמו הוא יאכל החלות והרקיקים שמביא עמו כמו אלו היה של ישראל ואלו היה זה מנחה היה חייב לשרוף אותה כלה שנאמר וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל אבל רבותינו זכרונם לברכה קראוה מנחה בדרך העברה והחלק הב׳ היא המנחה שחייב בה הכהן גדול בלבד בכל יום או הכהן ההדיוט פעם אחת בימיו כשהתחיל לעבוד במזבח ומנחת הכהן גדול התמידית היא הנקראת חביתי כהן גדול והוא עשירית האיפה ומקריבין מחציתו עם תמיד של שחר ומחציתו עם תמיד של בין הערבים והיא נשרפת כלה שנאמר חק עולם ליהוה כליל תקטר וזאת המנחה גם כן נקראת מנחת כהן משוח לפי שנאמר בה אשר יקריבו ליהוה ביום המשח אותו ומה שחייב בה כל כהן הדיוט פעם אחת בימיו הוא שהכהן כשיגדל ורוצה להכנס בעבודה בתחלת מעשיו יביא שני עשרונים סלת ומקריב אותו מנחה נשרף כלו להיותו מנחת כהן ונרמז זה ממה שאמר הכתוב זה קרבן אהרן ובניו אשר יקריבו ליהוה וגומר הרי שכלל בפסוק הזה מנחת כהן גדול שמקריב בכל יום ומנחת כל כהן הדיוט כשנכנס לעבודה והכהן משעה שהיה חייב במצוות היה כשר לעבודה אבל אחיו הכהנים לא היו מניחין אותו לעבוד עד היותו בן עשרים שנה והחלק הג׳ היא המנחה הבאה בנדר ונדבה ונקראת מנחת נדבה והיא מה׳ אופנים הא׳ סולת בלולה בשמן בלבד ונקראת מנחת הסלת והב׳ מנחת מאפה תנור אם חלות ואם רקיקים והג׳

rò poteſt ullo pacto in numero fertorum duci: efficitur hoc inde, quòd ſacerdos ſi victimam euchariſticam immolaſſet, aut arietem Nazaræi ſacrificaſſet, adjunctas ei placentas atque lagana ipſemet comederet perinde, ut ſi ab Iſraelita fuiſſent aliquo: at hoc ſi revera fertum eſſet, igni cremari totum oporteret ex hoc edicto, quod *Lev. 6. 16.* proponitur, *Omne fertum ſacerdotis ſolidum eſto, ne comeditor:* maneat igitur illud, genus hoc à ſapientibus honoris cauſa nominandis tranſlato per ſimilitudinem verbo fertum appellari. Quartum erat fertum illud, quo pontifex maximus ſolus aſtringebatur in dies ſingulos, & ſemel in vita demum quilibet alius ſacerdos, tum videlicet, cùm divino miniſterio initiabatur, atque libamentum hoc quotidianum pontificis maximi illud eſt, quæ cruſtula ſummi pontificis paſſim appellantur: erat autem ſimilaginis id, quod Æphæ decuma capiebat, cujus dimidium cum matutino, & dimidium cum veſpertino ſacrificio jugi libabatur: totum, quantum erat, igni conſumebatur, ſicut edictum eſt, *Lev. 6. 15. Ritu perpetuo Deo totum adoleatur.* Idem hoc libamentum appellatur etiam ſacerdotis uncti fertum; quia enim hoc ſpectat id, quod ibidem *v. 13.* edicitur, *Quod offerent Deo quo die ungentur.* Et unuſquiſque ſacerdotum ſemel in vita libamento aſtringebatur: nimirum ſacerdos grandis jam adoleſcens cùm primùm ad rem divinam adminiſtrandam accedebat, ante omnia de ſuo fertum Deo offerebat, quod decumas ſimilaginis contineret duas: id adeo, quòd fertum erat ſacerdotis, adolebatur totum: indicat hoc idem ipſe Legis verſus, *Hoc autem erit libamentum & Aaronis, & ejus filiorum, quod offerent Deo,* & reliqua. hîc enim ſimul comprehenduntur quotidianum ſummi pontificis, & cujuſque ſacerdotis fertum illud, quod Deo tum offerebat, cùm ad rem divinam adminiſtrandam aggrediebatur. Jam quivis ſacerdotum ubi præceptis aſtringebatur, idem idoneus erat, qui rem divinam adminiſtraret; ſed fratres ejus ſacerdotes eum non ſinebant uſque, dum annos viginti natus erat. Quintum & extremum erat illud, quod ex voto, atque promiſſo offerebatur: id vulgò fertum voluntarium dicitur: id quintuplici varietate diſtinguebatur. Erat tum mera ſimila oleo ſubacta quod fertum ſimilaginis appellatur: tum panificium quoddam in clibano coctum, & idem in placentas aut lagana

gana

והג׳ מנחת על המחבת והד׳ מנחת על המרחשת ואיזה מין
מאלו שידור חייב להביאו וכן איזה שעור שנדר ובלבד שלא יהיה
פחות מעשרון סלת ואלו הד׳ מינים כלם צריכים שמן ולבונה
וכלם סלת ומקריבין ממנו על המזבח קומץ והנותר יאכלו הכהנים
ואותם המותרות נקראים שירי מנחות שהיו נאכלים לכהנים
וולתי אם היתה מנחת כהן שהיא נשרפת כלה והתבאר
מזה שכל המנחות היו סלת קמח חטים חוץ ממנחת הסוטה
ומנחת העומר שהיו משעורים וכן התבאר שלא היו שורפים אחת
מהמנחות האלה בכללותה וולתי מנחת הסוטה ומנחת הכהן
ומנחת הנסכים הבאה עם העולות והשלמים שנשרפים עמהם
ואפשר לומר שאלו הד׳ מנחות היו כנגד הד׳ ליחות שיש באדם
דם אדומה שחורה לבנה כי בהתגבר או בהתעפש אחת מהן
יחלש האדם וכאשר יסעדנו השם על ערש דוי ויקום ממטתו
לחיים ילבנו לבו להקריב קרבן ומנחה ליהוה ויקריב המנחה
הדומה ומתיחסת לסבת חליו כי מנחת הסלת היא דומה
ומתיחסת עם הדם לפי שהדם הוא הסלת מהליחות והנבחר
שבהם ומנחת מאפה תנור היתה דומה ומתיחסת אל האדומה
שהיא חמה ויבשה כטבע האש ומנחת מחבת היא דומה
ומתיחסת לשחורה שהיא יבשה וכמו שכתב רבי שלמה ירחי מחבת
כלי הוא שהיה במקדש שאופין בו מנחה זו על האור בשמן
והכלי אינו עמוק אלא צף ומעשה המנחה שבתוכו קשה
שמתוך שהוא צף השמן מתפשט בתוכו והאור שורף את השמן
ומנחת המרחשת היתה דומה ומתיחסת ללבנה שהיא לחה וכן
היתה מנחת מרחשת וכמו שאמרו כלי היה במקדש עמוק
ומתוך

gana diviſum: aliàs in patella frictum: aliàs cacabo inſervefactum. Quod igitur cunque horum quis voverat, id oportebat, ut ferret, & ferret ad eum modum, quem in ſponſione voti definierat, ſiquidem non minus decuma ſimilæ definierat. Jam ex his quatuor unumquodque requirebat oleum & thus: erat unumquodque ex ſimilagine: ex unoquoque plenus pugillus adolebatur, & comedebatur reliquum à ſacerdotibus: atque hoc illud eſt, quod paſſim dicitur reliquiæ fertorum à ſacerdotibus abſumendæ: verùm enim ejuſmodi fertum ſacerdos ipſe cùm ferret, id adolebatur totum. Unde cognoſcitur eſſe è medulla farinæ triticeæ ferta cuncta, præter unum à muliere de adulterio ſuſpecta, & alterum à manipulo novarum frugum, quæ erant è farina hordeacea: porro autem multis & variis è fertis totum adoleri nullum, præter mulieris de adulterio ſuſpectæ, ſacerdotis, & fertum libaminum ſive ſacrificiis ſolidis, ſeu ſacrificiis pacificis adhibendum, quod totum adolebatur utique. Quæ quatuor ferta ſic inter ſe differentia rectè, opinor, dixerim reſpondere illis, qui in homine inſunt quatuor humores, ſanguineus, rutilus, ater, & albus: quorum unus ſi redundet, ſi vitietur, ad languorem dederit hominem: is igitur ſi cum in lecto jaceret ægrotans à ſoſpite Deo reſpiceretur, & ſanus è morbo fieret, pro reddita ſibi ſalute clementi atque benigno Deo gratum animum præberet, ſacrificium ac fertum offerret, & offerret ejuſmodi fertum, quod repræſentaret cauſam atque rationem illam, quæ morbum ejus effecerat. Nempe fertum ſimilaginis exprimebat ſimilitudinem ſanguinis. Sanguis enim eſt humorum exquiſitiſſimus & quædam quaſi ſimilago: alterum autem fertum panificium illud in clibano coctum præſentabat ſimilitudinem humoris rutili, qui fervidus & ſiccus naturam ignis habet: frictum in patella fertum referebat humoris atri ſimilitudinem. namque patella, ſicut annotavit R. Salomo Jarchi, vas erat in templo, quo vaſe fertum igni ſubdito frigebatur: & erat hoc non depreſſum in altitudinem; ſed in latitudinem productum adeo, ut infuſum oleum dilataretur, inflammaretur, fertúmque præduraret: infervefactum cacabo fertum reſpondebat humori albo, ea re; quia ut hic eſt natura perquàm humidus, ſic & fertum iſtuc erat valde humidum. etenim vas illud, ut dicitur, profundum erat: ergo & oleum

ומתוך שהוא עמוק שמנו צבור בתוכו ואין האור שורף בתוכו לפיכך מעשה מנחה העשוי בתוכו רוחשין כל דבר רך על ידי משקה נראה כרוחש ומנענע עד כאן וזה היה הבדל עצמי בין ארבעת המנחות האלה ואמנם המנחה הה׳ היא מנחת הבכורים הנה התבארו מיני המנחות כלם והבדליהם כפי צורותיהם והוא מה שרציתי לבאר פה:

הפרק הג׳

בפועל הקרבנות

כשאני אומר במקום הזה פועל הקרבנות אין הכוונה בו על הכהנים המקריבים אותם ופועלים פועל ההקרבה על גבי המזבח אבל הכוונה היא על הבעלים הפועלים הקרבנות ומביאים אותם אם בנדר ונדבה שנדרו אותם ואם מפני העונות שעשו שחייבו הקרבנות ההם ולכן כפי זאת הבחינה נמצאים ארבעה סוגים מהקרבנות הא׳ הוא קרבן הצבור שישראל בכללותם מקריבים אותו והב׳ הוא קרבן היחיד שכל איש מישראל מקריב אותו והג׳ הוא קרבן הצבור הדומה לקרבן יחיד והד׳ הוא קרבן יחיד דומה לקרבן צבור וביאורם הוא כפי מה שאומר:

קרבנות הצבור שהוא המין הא׳ הם הנקרבים בכל יום ובכל שבת ובכל ראש חודש ובכל אחד ממועדי השם עליהם אין להוסיף ומהם אין לגרוע לדורי דורים והם כלם כמו שאזכור יא׳ מינים הא׳ הם התמידין הנקרבים בכל יום והם ב׳ כבשים עולות אחד בבקר ואחר בין הערבים והם הנקראים עולות התמיד בשם מוחלט והב׳ הוא

מוסף

oleum infuſum cogebatur, nec illud invadere flamma facilè poterat: quod igitur eo fertum parabatur, hoc commovebatur ita, ut ferè ſolent res liquoribus elixæ cieri & agitari. Id totum erat, quod inter hæc ferta quatuor differebat. Quintum erat fertum primitiæ fructuum. 'Ac de fertorum generibus, formis, & differentiis, quem locum in hoc capite tractare propoſitum erat, ſatis dictum eſt.

CAPUT TERTIUM.

Quænam eſſent cauſæ efficientes ſacrificia?

CAuſas efficientes ſacrificia nunc dico non rei divinæ adminiſtros ſacerdotes, qui faciebant ad aram, ſed homines rem divinam facientes, eos, qui victimas & cætera libamenta ad ſacrificia facienda præbebant, ſeu illi voto promiſſoque tenerentur, ſeu propter admiſſas in ſe culpas ſacrificiis eis aſtringerentur. Ad quem locum tractandum omnis ſacrificiorum ratio diſtribuetur in genera quatuor: unum erit ſacrificiorum publicorum illorum, quæ communiter fiebant ab univerſo Iſraelitarum cœtu: alterum ſacrificiorum privatorum, quæ ſingula ſingulorum erant Iſraelitarum propria ſuáque: tertium erit ſacrificiorum publicorum eorum, quæ reddebant ſpeciem ſacrificiorum privatorum: quartum contrà ſacrificiorum privatorum eorum, quæ immitabantur ſacrificia publica: quorum explicatio deinceps à me ſubjicietur.

Primum igitur genus eſt ſacrificiorum publicorum, quæ ſingulis diebus, & ſingulis ſabbatis, & ſingulis calendis, & ſingulis diebus feſtis, iíſque Deo ſacris præfinitò fiebant: nihil eis quidquam nec addendum, nec detrahendum unquam: omnino huic generi ſpecies ſubjectæ ſunt undecim, quas jam nunc ediſſeram. Ac prima quidem ſpecies eſt ſacrificiorum jugium. namque binis agnis ſacrificia ſolida quotidie fiebant duo, unum mane, & veſperi alterum: atque hæc illa ſunt, quæ propriè dicuntur ſacrificia ſolida jugia. Secunda ſpecies eſt ſacrificiorum

מוסף שבת שהיו מוסיפים על התמידין שני כבשים אחרים
עולות ממוסף השבת והיו מקריבין המוסף ההוא בין שני התמידין
רוצה לומר אחר תמיד של שחר וקודם תמיד של בין הערבים
והיו אם כן נקרבים ביום השבת מהתמידים ומהמוסף ארבעה
כבשים עולות והג׳ היה .קרבן מוסף ראש חדש שהיו מוסיפים
על התמידין הנזכרים פרים שנים איל אחד וכבשים בני שנה
שבעה כלם עולות ושעיר עזים אחד לחטאת והיו אם כן ביום
ראש חודש מהתמידין ומוסף היום יב׳ עולות ושעיר חטאת ואם
חל ראש חודש בשבת היו באותו יום יד׳ עולות ושעיר חטאת
והד׳ הוא קרבן חג המצות שבכל יום משבעת ימי החג היו
מקריבין מוסף על שני התמידין כמו מוסף ראש חודש רוצה לומר
פרים שנים ואיל אחד וכבשים שבעה ושעיר חטאת ואם חל
בשבת היו מקריבין גם כן מוסף השבת והיו אם כן כלם יד׳ עולות
ושעיר חטאת והה׳ הוא קרבן חנפת העומר שהיה עושה ביום
השני מחג המצות שהוא כבש אחד לעולה והו׳ הוא קרבן מוסף
יום עצרת חג השבועות והוא דומה בשוה למוסף ראש .חודש
בפרים שנים ואיל אחד כבשים שבעה כלם עולות ושעיר חטאת
הז הוא הקרבן שהיו מקריבים בזה יום חג העצרת עצמו עם שתי
הלחם שהוא פר אחד אלים שנים כבשים שבעה כלם עולות ושעיר
לחטאת ושני כבשים שלמים ואם חל עצרת ביום השבת היה בו
עוד מוסף שבת והיו אם כן כלם כו עולות ושני שעירים לחטאת
והח .הוא קרבן מוסף ראש השנה שהוא מוסף על התמידין ועל

מוסף

faciendorum inſuper ad ſabbatum: ſabbato videlicet extra ſacrificia jugia fiebant etiam binis agnis ſolida ſacrificia duo, quæ inter matutinum & veſpertinum ſacrificium juge media peragebantur: ad ſabbatum igitur fiebant agnis quaternis quatuor ſacrificia ſolida, quorum erant partim jugia, partim ejus diei ſacri præcipua. Tertia ſpecies erat ſacrificiorum illorum, quæ jugibus ante dictis adjungebantur ad calendas. calendis enim ad illa jugia juvenci duo, aries, & agni ſeptem addebantur anniculi, quibus omnibus ſolida fiebant ſacrificia: præterea autem & hircum, quo ſacrum piaculare fiebat: ita calendis, ſi calendarum præcipua ſacrificia ſacrificiis jugibus conjungas, fiebant ſacrificia ſolida duodecim, & unicum hirco piaculum. Quæ ſi calendæ in ſabbatum inciderent, priva ſabbati ſacra conficerentur etiam, ut ſimul unà fierent ſacrificia ſolida ſedecim, & hirco piaculum. Quarto loco ponamus id, quod ſacrificabatur ad Azymalia. Septem erant illæ continuæ feriæ, quarum ſingulis itidem, ut calendis præter jugia ſacrificia præcipua fiebant ſacrificia ſolida juvencis duobus, & ariete, & agnis ſeptem, & hirco ſacrum piaculare: tum ad harum eam, quæ incidebat in ſabbatum, ſabbati ſacra præcipua quoque fiebant: proin illâ feriarum ſacrificia fiebant ſolida quatuordecim, & hirco piaculare ſacrificium. Quintum obtinebit locum ſolidum illud ſacrificium, quod agno fiebat ad ſecundum diem azymaliorum, cùm obmoveretur Deo manipulus novarum frugum. Sexta fuerit ſpecies ea præcipua ſacra, quæ fiebânt ad ſolemnitatem illam, quæ Hebdomadalia dicuntur: hæc erant prorſus eadem, atque præcipua ſacrificia calendarum: ariete unico, binis juvencis, & ſeptenis agnis ſolida ſacrificia, & hirco ſacrificium piaculare fiebant. Septimùm ad hæc ipſa Hebdomadalia ſimul cum duobus panibus novis Deo tunc offerendis ſacrificabantur etiam juvencus, & arietes duo, & agni ſeptem, quibus omnibus ſolida ſacrificia fiebant, inſuper & hircus, quo fiebat ſacrum piaculare, præterea autem & alii duo agni, quibus ſacrificia pacifica fiebant: jam eadem ſolemnitas cùm incidebat in ſabbatum, ſabbati præcipua ſacrificia conjungebantur ſuperioribus ſic, ut ad eam fierent omnino ſolida ſacrificia ſex ſupra viginti, & binis hircis piacula duo. Octavùm ad primum anni diem præter jugia & præcipua ſa-

מוסף ראש חודש והיה מוסף היום פר אחד ואיל אחד כבשים
שבעה כלם עולות ושעיר עזים לחטאת ואם חל להיות ראש
השנה בשבת היו מקריבין עוד מוסף השבת והיו אם כן כלם
ביום הזה כג״ עולות וב׳ שעירי עזים לחטאת והט׳ הוא קרבן
יום הכפורים שמקריבין פר ואיל ושבעה כבשים כלם עולות
ושעיר חטאת כמו בראש השנה ומקריבין עוד שעיר חטאת
אחד חברו של שעיר המשתלח ואותו שעיר היה נשרף כמו
שמבואר בתורה ואיל אחד לעולה כאמור באחרי מות ואם
חל יום כפורים בשבת היו מקריבין התמידין ומוסף השבת
וקרבן יום הכפורים הם כלם טו׳ עולות ושעיר אחד לחטאת
והי׳ הוא קרבן היום הראשון מחג הסכות שמוסיפים בו על
התמידין פרים יג׳ אלים שנים כבשים יד׳ ושעיר לחטאת ואם
חל להיות בשבת היו לג׳ עולות ושעיר לחטאת וכן היה קרבן
כל אחד משאר ימי החג מהאלים והכבשים והשעיר אבל
הפרים היו הולכים ומתמעטים אחד בכל יום עד שהיו ביום
ז׳ פרים שבעה אלים שנים כבשים יד׳ כלם עולות ושעיר
לחטאת היא׳ הוא קרבן מוסף שמיני חג עצרת שהיה פר
אחד ואיל אחד כבשים שבעה כלם עולות ושעיר לחטאת
ואם חל בשבת היו עוד מוסף השבת עם התמידין ואמנם
סדר קרבנות אלו המוספים כך היו בראשונה היו מקריבים
תמיד של שחר ואם היה שבת מקריבים אחריו מוסף שבת

crificia calendarum etiam ob diei ſolemnitatem præcipuam ſacrificabantur juvencus, & aries, & agni ſeptem, & hircus: hoc uno piaculare; cæteris ſolida fiebant ſacrificia: ſi eſſet autem, ut primus anni dies incideret in ſabbatum, ſabbati præcipua ſacrificia ſuprà dictis adjungebantur: tum igitur ad hunc ſolemnem diem omnino fierent ſolida ſacrificia viginti tria, & binis hircis piacularia duo. Nonùm ſacrificabatur ad ſolemnem Expiationum diem juvencus, & aries, & agni ſeptem, quibus univerſis ſolida fiebant ſacrificia, & hircus, quo fiebat piaculum itidem, ut ad primum anni diem: porrò mactabatur & alius hircus hirci illius emiſſarii conſors, quo item fiebat piaculum: & hircus iſte poſterior ex edicto Legis igni conſumebatur totus: tum etiam fiebat ariete ſacrificium ſolidum, de quo præcipitur ea Legis diſtinctione, quæ *Levitici* è capite 16. 1. *Poſt mortem* inſcribitur. Jam ſi ſolemnis Expiationum dies incideret in ſabbatum, ſimul fierent & ſacrificia jugia; & præcipua ſabbati ſacrificia, & ſacrificia in ſolemnem Expiationum diem conſtituta, omnino ſolida ſacrificia quindecim, & hirco piaculum. Decimùm ad primam umbraculorum diem extra jugia fiebant etiam ſacrificia ſolida juvencis tredecim, duobus arietibus, & agnis quatuordecim, inſuper etiam hirco piaculum; & hæc eadem ſolemnitas cùm incideret in ſabbatum, tum eâ fiebant omnino ſacrificia ſolida tria & triginta, atque hirco piaculum: porrò autem ſingulis deinceps umbraculorum diebus totidem ſacrificabantur & arietes, & agni, ſimul & hircus: juvencorum autem gradatim fiebat deceſſio: diminuebatur ex eis in ſingulos dies unus: ut ſeptimo umbraculorum die mactarentur omnino juvenci ſeptem, duo arietes, atque agni decem & quatuor, quibus totidem fierent ſolida ſacrificia, inſuper & hircus unus, quo ſacrum piaculare fieret. Undecimùm ad octavam umbraculorum ſolemnitatem adeo præcipuam extra ſacrificia jugia mactabantur juvencus & aries, & agni ſeptem, cunctíſque fiebant ſacrificia ſolida, tum etiam hircus, quo fiebat ſacrum piaculare: quæ ſolemnitas cùm incideret in ſabbatum, ſabbati ſacrificia præcipua quoque jugibus addebantur. Atque ſacrificiis in illis hic ſervabatur ordo. Primum omnium ſacrificiorum ſacrificium juge matutinum excipiebant præcipua ſabbati, cùm

adeſſet;

ואם היה עם זה ראש חודש או מועד או שניהם יחד מקריבים אחריו מוסף ראש חודש אחר מוסף שבת ומוסף המועד אחר מוסף החדש ואם חל ראש השנה בשבת מקריבין תמיד של שחר ומוסף השבת אחריו ומוסף ראש חודש אחריו ומוסף ראש השנה אחריו ובאחרונה תמיד של בין הערבים כמו שיתבאר במסכת זבחים אלו הם קרבנות הצבור המוחלטים שהיו נקרבים תמיד מבלי תוספת ולא חסרון וכלם דוחים את השבת וכבר זכרתי שאין בקרבנות הצבור אשם כלל ולא שלמים אלא שני כבשים של עצרת בלבד ויש בקרבנות הצבור שני מיני חטאת רוצה לומר הנשרפת. כלה והנאכלת ממנה לכהנים והוא שעיר של יום הכפורים לבדו הנה זהו הסוג הראשון שהוא מקרבנות הצבור ;

קרבנות היחיד שהוא הסוג השני הנה הוא בחמשה מינים המין הא׳ שיהיה היחיד חייב קרבן על דבר שעשה או שדבר והב׳ שיהיה היחיד חייב קרבן על ענין מהענינים שיש בגופו והג׳ שיתחייב קרבן על ענין שהיה בנכסיו והד׳ שיתחייב קרבן בהגיע זמן ידוע והה׳ שהיחיד יתחייב עצמו בקרבן בנדבה או נדר שעשה עליו וביאור הענינים הוא כמו שאומר המין הא׳ שיתחייב היחיד קרבן על דבר שעשה או שדבר ענינו שכל העובר על כרת אחד מהכרתות שנזכרו בתורה בשוגג חייב להקריב קרבן אם נסתפק לו אם עבר עליו אם לא חייב אשם תלוי ואין כל הכרתות בדין הזה כי הנה מי שבטל לעשות

הפסח

adeſſet, ſacrificia: quòd ſi ſabbato haberentur etiam aut calendæ, aut feriæ quædam, aut ſimul utræque; præcipuis ſabbati ſacrificiis proxima erant calendarum præcipua ſacrificia, quæ proximè ſequebantur præcipua ſacrificia feriarum: ita ſi eſſet, ut primus anni dies in ſabbatum incurreret, primùm fieret ſacrificium juge matutinum, deinde ſacrificia præcipua ſabbati, tum ſacrificia præcipua calendarum, poſt ſacrificia præcipua diei ſolemnis, à quo annus inchoabatur, poſtremò ſacrificium juge veſpertinum, quemadmodum tractatu Talmudico de ſacris demonſtratur. Atque hæc erant ſacrificia publica certa, perennia, quibus nihil erat unquam nec addendum, nec adimendum, quorum ſingula ſabbatum elevabant. Etenim in ſacrificiis publicis, ut ante commemoravi, prorſus hoſtia pro delicto nulla fuit, neque porrò ſacrificia pacifica præter ea, quæ fiebant binis agnis ad Hebdomadalia duntaxat. Erat autem in publicis ſacrificiis ſacrificium piaculare duplex: unum quod igni cremabatur totum: & alterum cujus maxima pars ſacerdotibus comedenda: ſuperioris erat generis piaculare ſacrificium illud, quod ad ſolemnitatem Expiationum demum hirco fiebat. De primo genere, quod ad publica pertinebat ſacrificia ſatis dictum eſt.

Alterum genus erat ſacrificiorum privatorum; cui partes ſubjectæ quinque fuerant: erat una, ſi privatus homo ideo, quòd fecerat quidpiam, aut dixerat, ſacro aſtringeretur: altera, ſi privatus homo obſtringeretur ſacrificio propter cauſam, quæ in corpore hominis ipſo ineſſet: tertia, ſi privatus homo alligaretur ſacro ob cauſam aliquam, quæ in ejus re familiari extitiſſet: quarta, ſi privatus homo ſacro alligaretur propterea, quòd certum quoddam veniſſet tempus: quinta, ſi privatus homo ſacro ſe ipſe alligaſſet voto promiſſoque faciendo: quarum vide nunc ſodes explanationem. *Erat una, ſi privatus homo ideo, quòd fecerat quidpiam, aut dixerat, ſacro aſtringeretur.* Si quis enim feciſſet imprudens contra aliquod Legis edictum, quòd pœnam interminaretur exitium; is ſacro piaculari aſtringeretur: idémque cùm ambigeret, feciſſet contra; necne, ſacrificium pro delicto dubio ac ſuſpenſo faceret, oportebat: neque tamen erat eorum, quæ cum pœna ſanciuntur exitio, omnium eadem ratio. Si quis victimæ paſchalis immolationem

הפסח בזמנו או שלא נימול חייב כרת ואם עבר עליו בשוגג אינו חייב חטאת לפי שפסח ומילה הם מצות עשה והתורה לא חייבה להקריב חטאת אלא למי שעבר על מצות לא תעשה בשוגג שנאמר ועשה אחת מכל מצוות יהוה אשר לא תעשנה וכן המגדף את השם חייב כרת: אבל אם גדף בשוגג אינו חייב חטאת שנאמר לעושה בשגגה יצא מגדף שאינו עושה מעשה וכן המטמא מקדש וקדשיו רוצה לומר שיכנס למקדש או יאכל מן הקדשים בהיותו טמא אף על פי שהוא בכרת וחייב על שגגתו חטאת אינה חטאת קבועה כי התורה אמרה ואם דל הוא ואין ידו משגת וגומר אבל שאר הכרתות מהלו" שהם בתורה כלם כל העובר על אחת מהם בשוגג חייב חטאת ואם נסתפק לו אם עבר אם לא עבר חייב קרבן אשם תלוי אמנם מהו הקרבן שמקריבין על השגגה באלו הכרתות כתב המיימוני שיש חלוק בדבר כי אם היתה השגגה בעבודת אלילים מקריב השוגג עז בן שנתו לחטאת בין שיה'ה היחיד הוה מלך או הדיוט או כהן משוח ואם שגג בטומאת מקדש וקדשיו מקריב כבשה או שעירת עזים ואם דל הוא מקריב שתי תורים או שני בני יונה אחד לעולה ואחד לחטאת ואם אין ידו משגת מקריב עשירית האיפה כמו שביארו הכתוב אבל אם היתה השגגה בשאר העבירות אז יהיה חלוק בין השוגגים כי אם

היה

molationem tempore ſuo conſultò prætermiſiſſet, aut præputii circunciſionem; pœna erat exitium: idem hoc ſi neglexiſſet imprudens, ſacrificio piaculari non aſtringeretur; quia enim immolatio victimæ paſchalis, & præputii circunciſio jubendo ſanciuntur: ſacro autem piaculari, niſi qui contra vetitum aliquod per imprudentiam commiſerat, divina Lex aſtringebat neminem. Nimirum in hanc rem dicitur, *Lev.* 4. v. 13. *Et fecerit unum ex omnibus illis, quæ ne fierent à Deo ſancitum eſt.* Item ſi quis Dei numen maledictis violaſſet, pœna foret exitium: idem ſi feciſſet imprudens, ſacro piaculari non aſtringeretur. eſt enim *Num.* 15. 29. *Contra præceptionem aliquid facienti per errorem:* hìc autem excluditur impium in divinam majeſtatem maledictum, quod factum quidem certè nullum eſt. Quin etiam qui templum, ſacráque polluerat, is, inquam, qui cùm eſſet inquinatus in templum auguſtum introierat, ſacrúmve comederat per audaciam, exitio coerceretur, & lueretur imprudentia ſacro piaculari quidem: verùm enim huic imprudentiæ generi Lege conſtituitur ſacrum piaculare non illud ſtatum, ſed cum hac exceptione, *qui ſi tenuior eſt, & facultas ejus non ſuppetit*, & quæ ſequuntur. De cæteris autem triginta ſex Legis edictis exitium interminantibus, ſi quis contra unum aliquod feciſſet imprudens, ſacro piaculari aſtringeretur: ſin addubitaret utrùm contra quoddam eorum feciſſet, an non; opus eſſet, ut faceret ſacrificium pro delicto dubio ſuſtinendo. Quid veró? Quo tandem ſacrificio expiabatur imprudentia in his edictis cum exitio ſancitis? Majemonides quidem talem in rebus ipſis ponit varietatem, ut ſi deo vano cultum & honorem imprudens adhibuiſſet aliquis, piaculum faceret hirco anniculo; nec quidquam referret utrùm hic aliquis rex, an unus de multis eſſet, aut ſacerdos unctus: ſin autem per imprudentiam templum ſacráque polluiſſet, vel ove, vel caprâ piaculum faceret: qui ſi tenuior eſſet, immolaret binis aut turturibus aut pullis columbinis, quorum altero ſolidum, altero ſacrificium piaculare fieret: ſi verò nec hoc quidem facultates ſinerent, offerret decumam Æphæ ſimilaginis, ſicut explicatè declaratur in ſacris literis. At verò de cæteris erroribus cùm agitur, in errantibus vult hominibus eſſe differentiam: ut ſi

Mm imprudens-

היה היחיד איש אחד מן העם והוא שקראו הכתוב מעם הארץ
חייב שעירת עזים או נקבה מן הצאן לחטאת ואם היה נשיא או
מלך שנכלל בשם נשיא מקריב שעיר עזים ואם היה כהן משוח
ועם התנאים שהתבארו בשני מהוריות מקריב פר בן בקר לחטאת
ויהיה נשרף והוא אשר יקרא פר הבא על כל המצוות והו
דעת הרב המימוני אבל הרבי לוי בן גרשום בפירושו לתורה
כתב בחלוף זה שהענין בשגגת עבודת אלילים הוא כשגגת
שאר העבירות כלם ונראים דברי הרב הגדול מדבריו ומקרבנות
האדם היחיד שחייב בהם מפני שכבר עשה הוא קרבן אם בא
על שפחה חרופה בין בשוגג בין במזיד שחייב איל אשם והוא
הנקרא אשם ודאי ונקרא גם כן אשם שפחה חרופה וכן מי
שנהנה בשוה פרוטה מן הקדש שמעל וחייב איל אשם והוא
הנקרא אשם מעילות אם היה בשוגג אבל במזיד אינו
חייב בקרבן הזה לפי שהקדש אינו מתחלל במזיד אלא עומד
בקדושתו כמו שיתבאר בשני מקדושין וכן שבועת העדות
ושבועת הפקדון חייב קרבן אם שקר בין שיהיה בשוגג או
במזיד והקרבן שיהיה חייב בו הוא כמו המטמא מקדש
וקדשיו בשוה אך הקרבן שחייב בשבועת הפקדון מי שכופר
בו ונשבע עליו לשקר הוא איל אשם וכן מי שגזל ונשבע
ומשקר או יש לו נכסים משום אדם בין שיהיו משותפות

imprudentia eſſet unius de multis, qui ferè dicitur apud ſcriptores ſacros, unus de populo terræ, ſacrum piaculare fieret beſtiâ feminâ de pecore caprino aut oviarico: Sin eſſet imprudentia principis aut regis, qui comprehenditur etiam nomine principis, fieret hirco piaculum: ſin autem imprudentia foret ſacerdotis uncti, ac concurrerent omnes illæ conditiones, de quibus diſputatur capite ſecundo tractatus illius Talmudici, qui eſt de reſponſis & decretis ſenatus, ſacrificium piaculare fieret juvenco, qui cremabatur, & juvencus de cunctis officiis neglectis ſacrificandus vulgò vocabatur: ſic his de rebus ſentit Majemonides. Contra R. Levi Gerſomi filius commentariis ſuis in Pentateuchum pugnat in cultu vani numinis eandem, atque in cæteris noxiis eſſe imprudentiæ rationem: ſed illius viri doctrinâ excellentis, quàm hujus ſententia probabilior eſt. Et ſacrificiorum ab homine privato propterea, quòd fecerat quidpiam, debitorum è numero erat ſacrificium illud, quo aſtringebatur, qui cum ancilla deſponſata rem habuiſſet imprudens aut ſciens: jus erat hominem ariete facere ſacrificium pro delicto: atque hoc illud eſt, quod ſacrificium pro delicto certo dicitur: quod idem & ſacrificium pro delicto ancillæ deſponſatæ vulgò nominatur. Hoc numero ducendum & iſtuc: ſi quid Deo ſacrum, quod eſſet oboli, ſuum ad uſum tranſtuliſſet aliquis, ſacrilegio obſtrictus oportebat ariete faceret ſacrificium pro delicto, quod adeo ſacrificium pro delicto ſacrilegiorum appellatur: ſed hoc ſacrificium is demum faceret, qui ſacrum diminuiſſet imprudens: qui ſciens & prudens, non item. Sacrum enim non fiebat audaciâ profanum; ſed in ſua permanebat ſanctitate, quemadmodum diſſeritur capite ſecundo tractatus illius Talmudici, qui eſt de dicatione mulierum. Pertinet eòdem & ſacrificium, quo aſtrictus erat is, qui ſciens aut imprudens de teſtimonio, de depoſito jusjurandum falſum dederat. nam qui jusjurandum teſtimonii falſum dederat, eodem planè ſacro aſtringebatur, ac qui templum aut ſacra contaminaſſet: ad jusjurandum depoſiti quod attinet, ſi quis rem apud ſe depoſitam habuiſſet, atque repetitam abnegaſſet, & idem etiam abjuraſſet, ariete faceret ſacrificium pro delicto. Accedebat eò qui latrocinium abjuraſſet: immo enim qui quamcunque rem alienam habuerat, ſeu illam ex ſocietate reten-

או אבדה שמצא או גזל שגזל או הונאה שהונה במשא ומתן ונשבע על זה לשקר חייב איל אשם והוא הנקרא אשם גזלות בין שיהיה שוגג או מזיד הואיל ונשבע וכן כשעובר אדם על שבועת בטוי בשגגה חייב קרבן כמו המטמא מקדש וקדשיו אלו הם כל הקרבנות שחייב בהם היחיד על דבר שעשה או שדבר כשעובר עבירה בפועל או במבטא שפתים שהם כלם מזה המין הראשון והב׳ הוא הקרבן שיתחייב בו היחיד מפני ענין מהענינים שהיה בגופו והם ששה חלקים הא׳ הוא הזב או הזבה שבטהרתו מקריב שתי תורים או שני בני יונה אחד לעולה ואחד לחטאת והב׳ הוא המצורע וקרבנו שני כבשים אחד לעולה ואחד לאשם והוא הנקרא אשם מצורע וכבשה אחת לחטאת ואם היה עני מקריב ב׳ תורים או ב׳ בני יונה אחד לחטאת ואחד לעולה וכבש לאשם והג׳ הוא קרבן הנדה והוא כמו קרבן הזבה בשוה ב׳ תורים או ב׳ בני יונה אחד לעולה ואחד לחטאת והד׳ הוא קרבן היולדת כבש בן שנתו לעולה ובן יונה או תור לחטאת ואם היתה עניה מקרבת שני בני יונה אחד לעולה ואחד לחטאת והה׳ הוא קרבן הטמא למת אם הוא נזיר בין שנטמא בשוגג או במזיד וקרבנו כקרבן המצורע ב׳ תורים וב׳ בני יונה אחד לעולה ואחד לחטאת וכבש בן שנתו לאשם והו׳ הוא קרבן הגר שהגר אינו נכנס לדת האלהים להיות כישראל לכל דבר אלא בשלשה דברים

מילה

retentam, ſeu inventam caſu fortuito, ſeu per vim ereptam, ſeu in contrahendis negotiis dolo malo adeptam, eámque repetitam inficiatus inficiationem etiam perjurio confirmarat, cogeretur ariete facere ſacrificium pro delicto, id quod eam ob cauſam ſacrificium pro delicto rapinarum appellatur: & ubi quid abjuratum erat, nihil differebat inter audaciam & imprudentiam. Item & qui aliud agens juraſſet futile jusjurandum, & idem falſum, aſtringebatur ſacrificio eodem, ac qui templum ſacráve temeraſſet. Habes omnia ſacrificia, quibus aſtringebatur homo privatus propterea, quòd fecerat quidpiam, aut dixerat: planiùs dicam propterea, quòd maleficium operâ aut voce commiſerat, quæ univerſa ad primam partem pertinent. Pars altera fuit, ſi privatus homo obſtringeretur ſacrificio propterea, quòd in ejus ipſius corpore obortum eſſet aliquid: cadebat hoc in homines ſex: primùm in virum profluvio genituræ, mulierémque profluvio ſanguinis temeratam, qui cùm luſtrabantur, ſacrificabant par turturum, aut pullorum columbinorum, quorum uno fiebat ſolidum, & altero piaculare ſacrificium: deinde in affectum lepris, qui cùm convaluiſſet, agnos præbebat duos, unum ad ſolidum, & alterum ad ſacrificium pro delicto, id quod ſacrificium pro delicto leproſi dicitur, item & agnam ad piaculare ſacrificium: idem ſi præ rei familiaris anguſtiis non poſſet, turtures aut pullos columbinos præbebat duos, quorum uno piaculare fiebat, & altero ſacrificium ſolidum, & præterea agnum ad ſacrificium pro delicto: tum in mulierem menſtrualem, quæ itidem, ut mulier profluvio ſanguinis affecta, ſacrificabat par turturum, aut pullorum columbinorum ita, ut eorum altero ſolidum fieret, & altero piaculare ſacrificium: deinde puerpera faciebat agno anniculo ſacrificium ſolidum, & turture, pullóve columbino piaculare: quòd ſi facultates non paterentur, ferret pullos columbinos duos, unum ad ſolidum, & alterum ad piaculare ſacrificium. Poſt, ſi quis, Nazaræus cùm eſſet, ſeſe ſciens, aut imprudens funeſtaſſet, offerret æquè, ac ille, qui factus erat è lepris ſanus, par turturum, aut pullorum columbinorum, quorum altero ſacrificium ſolidum, & altero piaculare fieret, & agnum anniculum, quo fieret ſacrificium pro delicto. Poſtremò, ſi cultum divinum ſuſciperet extraneus homo, tribus omnino rebus ſimilis &

par;

מילה וטבילה וקרבן כי בשלשתם נכנסו ישראל לקבל התורה וקרבן הגר הוא שתי תורים או שני בני יונה שניהם עולות וכן אמרו בספרי פרשת שלח לך וכי יגור אתכם גר מה ישראל לא באו בברית אלא בג׳ דברים מילה וטבילה והרצאת קרבן אף הגרים כיוצא בהם אי מה ישראל בדם מילה וזבחים אף הגרים כן תלמוד לומר ועשה אשה צא ולמד איזהו מין דמים שכלו עולה לאשים ואין לך ממנו התר אי אתה מוצא אלא בעולת העוף רוצה לומר שאינך מוצא נכסים שיקחו בהם קרבן ואין כהנים נאותין בשום דבר מדמיהם אבל שורפים הכל על גבי המזבח וולתי עולת העוף בלבד לפי שעולת הבהמה ווכים בעורה הכהנים והמין הג׳ הוא מהקרבן שיתחייב האדם על איזה ענין שיהיה מנכסיו הוא כמו הבכור ומעשר בהמה ושניהם בקרבן דומים לשלמים אלא שמעשר בהמה אוכלין אותו הבעלים בירושלם כמו מעשר שני והבכור אם היה תמים מקריבין אותו ואוכלין אותו הכהנים כמו שהתבאר במסכת בכורות וכן אם יביא בכורים יקריב שלמים כמו שהתבאר שם והמין הד׳ שיתחייב קרבן בהגיע זמן ידוע אותו הזמן הוא שלש פעמים בשנה שבכל אחד מהם חייב כל איש מישראל להקריב ברגל קרבן עולה והוא הנקרא עולת ראיה

וקרבן

par cæteris Iſraelitis evadebat, præputii circuncisione, corporis lotione, & ſacrificio, uno & altero videlicet ſacrificio ſolido, quod fiebat duobus aut turturibus, aut pullis columbinis; quippe quòd iiſdem rebus ipſimet Iſraelitæ præparati ſunt ad accipiendam Legem divinam. id enim in eo libro, qui *Siphri* eſt inſcriptus ad diſtinctionem illam, cui titulus, *Mitte tibi viros, qui explorent*, his verbis diſſeritur. Quod autem *Num.* 15. 14. dicitur, *Tum ſi perigrinetur apud vos alienigena*, hujus ea vis eſt, quemadmodum fœdus cum Iſraelitis factum erat his tribus rebus, circuncisione præputii, corporis lotione, & religione ſacrorum; eodem modo fieri cum alienigena debebat etiam. Dices, cur non igitur ſicut cum Iſraelitis fœdus ſancitum ſanguine circuncisi præputii, & victimarum pacificarum; ita cum alienigena ſanciebatur? Quia dedocebant hoc verſus ſuperioris inſequentia verba, *Et facturus eſt ſacrum igni abſumendum*, quæ ſignificabant, ut talis homo immolaret quod igni abſumeretur totum ſic, ut nihil prorſus inde percipere fas eſſet: nihil autem erat ejuſmodi, niſi ſacrificium ſolidum, quod volucri fiebat; iterum dico, Si excipias ſacrificium ſolidum, quod volucri fiebat, non erat, ut quiſquam unquam ſumtum faceret in ſacrificium, quod in ara totum adoleretur ita, ut nec ulla commoditas inde veniret ſacerdotibus: ſacerdotes enim ſi ſacrificium ſolidum quadrupede fieret, corium ejus ſaltem auferebant. Tertia pars erat illud, ſi privatus homo alligaretur ſacro ob cauſam aliquam, quæ in bonis ejus exoriretur: talis erat primogenita, decumáque beſtia: quarum ambarum immolendarum erat ratio eadem, atque victimarum pacificarum, niſi quòd beſtia decuma comederetur Hieroſolymis à domino item, ut decumæ ſecundæ; & primogenita ſi ſana & integra foret immolaretur ac commederetur à ſacerdotibus, ſicut demonſtratur tractatu illo Talmudico, qui eſt de primitiis animantium: atque etiam, ſicut ibidem traditur, fructuum primitiæ cùm offerrentur, fiebat unà ſacrum pacificum. Quarta pars erat ſacrificiorum, quibus homo privatus aſtringebatur ad tempus conſtitutum: erant tria in anno ſtata tempora feriata, quibus ſingulis ſinguli Iſraelitæ ad diem maximè feſtum & Deo ſacrum juſſi fuerant primùm facere ſacrificium ſolidum, id quod dicebatur ſacrificium ſolidum ejus, qui ſeſe Deo in conſpectum

daret:

וקרבן שלמים והוא הנקרא חגיגה ועליו אמר הכתוב תחוג ליהוה אלהיך וקרבן שלמים הבא מלבד החגיגה הוא הנקרא שלמי שמחה ועליו הוא אומר ושמחת בחגך וכבר נזכרו דיני אלו הג׳ קרבנות ברבוי ומעוט ומי החייב בהם ואיך יתחייב בהם וזמן אותם הקרבנות בראשון ובשני ממסכת חגיגה ושלשתם חובה רוצה לומר הראיה והחגיגה והשמחה אמנם חגיגת יום יד׳ והם השלמים שמקריב אותם היחיד ביום יד׳ בניסן ערב הפסח שנאמר בהם וזבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר הם רשות כמו שהתבאר בששי מפסחים ואם הגמרא קראה לחגיגה קרבן צבור הוא לפי שההמון כלם מקריבין אותו אבל אני שמתי אותו פה בחלקי קרבן היחיד לפי שמקריב אותו כל אחד בפני עצמו ואינו דוחה לא את השבת ולא את הטומאה והמין הה׳ הוא הקרבן שחייב אדם עצמו בו בנדר ונדבה כמו שנדר נזירות לזמן ידוע שכאשר יכלה הזמן יקריב קרבן והוא כבש בן שנתו לעולה וכבשה בת שנתה לחטאת ואיל לשלמים ואמנם נדר הקרבן הפשוט הוא שיאמר הרי עלי עולה או הרי עלי שלמים אבל הנדבה היא שיכוין בעל הנדר לנדבת בעל חיים מיוחד ויניח ידו בו ויאמר הרי זו עולה או הרי זו שלמים וכבר נודע שההפרש בין הנדר לנדבה הוא שהנדרים חייב הנודר באחריותם ואין כן הנדבה וממה שאמרתי התבאר שאין אדם רשאי לידור ולא להתנדב חטאת ולא אשם אבל מביא בנדר ובנדבה עולה או שלמים בלבד.

daret : dein & ſacrificia pacifica, quæ ſacrificia ſolemnia vocabantur, quò ſpectat illud, quod præſcriptum eſt *Deut.* 16. 15. *Septem dies ſolemnes Domino Deo tuo agito:* tum præter ſacrificia pacifica illa ſolemnia, juſſi fuerant & alia facere ſacrificia pacifica, quæ vulgò dicebantur ſacra pacifica hilaritatis, de quibus ibidem verſu proximè ſuperiori verba habentur iſta, *Et hoc feſto ac ſolemni tempore lætator :* hæc autem ipſa ſacra ut ab aliis plura fierent, & ab aliis pauciora, item à quibus, quomodo, quando ea confici jus eſſet, primo & ſecundo capite tractatus illius Talmudici de ſacrificiis ſolemnibus copioſè diſputatur. Atque hæc tria fieri neceſſe erat, ſolida, inquam, ſacrificia eorum, qui Deo apparebant, ſacrificia pacifica ſolemnia, & ſacrificia pacifica hilaritatis : illud ſolutum erat & liberum, ut decima & quarta die menſis Niſan, pridie Paſchæ quiſque faceret ſacrificium pacificum ſolemne id, de quo ſcriptum legitur, *Deut.* 16. 2. *Igitur Domino Deo tuo Paſcha immolato oves, capras, & boves,* ſicut demonſtratur capite ſexto tractatus Talmudici, qui eſt de ſacris paſchalibus. Quod ſacrificium ſolemne ſi vocetur in Gemara ſacrificium publicum, cauſa & ratio eſt, quia fiebat ab univerſa multitudine: ego verò illud hîc adſcripſi privatorum ſacrificiorum numero, quippe quod & à ſingulis ſeorſim fiebat, nec ſabbatum elevabat, aut inquinamentum. Quinta pars erat ſacrificiorum illorum, quibus ſe ipſe homo privatus alligabat voto promiſſoque faciendo : ut ſi quis nazaræatum voviſſet in certum tempus, tempore exacto, faceret agno anniculo ſacrificium ſolidum, & piaculare ſacrificium ove annicula, & ariete ſacrificium pacificum. Atque ſimplex & abſolutum ſacrificii votum concipiebat qui universè diceret, recipio in me ſacrificium ſolidum, recipio in me ſacrificium pacificum: promiſſum autem faciebat qui animantem propriam quandam deligeret, ei manum imponeret, ſimul ita diceret, hac ego ſacrificium ſolidum, hac ego ſacrificium pacificum fieri volo : fuit igitur, ut alio loco jam expoſui, hoc diſcriminis inter votum, & promiſſum: qui teneretur illo, rei nuncupatæ damnum præſtabat ſcilicet: qui hoc; non item: nec verò cuiquam, ut ante demonſtravi, vel vovere licebat, vel promittere ſeu ſacrificium piaculare, ſeu ſacrificium pro delicto: ſacrificium ſolidum, atque pacificum demum ex voto,

מן העוף ומן הבהמה האמנם התבאר שאין שלמים באים מן העוף
הנה ביארתי כל קרבנות היחיד שהוא הסוג הב׳ והענין הכולל את
כלם הוא שאינן דוחים לא את השבת ולא את הטומאה:

והסוג הג׳ הוא קרבן צבור הדומה לקרבן יחיד והוא בששגגו בית
דין הגדול והתירו דבר שחייב על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת
קבועה ושגגו העם על פיהם ועברו כמו שהתבאר בהוריות שאז
חייבין בית דין חטאת ואם היתה שגגת עבודת אלילים יתחייבו פר
בן בקר לעולה ושעיר עזים לחטאת וזה הפר והשעיר חייבין
בו כל שבט ושבט ואלו השעירים נשרפים לפי שהם חטאת
הצבור ורחמנא צוה לשרוף את פר העלם ואמר חטאת הקהל הוא
ואמרו בספרא בנין אב לכל חטאת הקהל שישרפו אותו ואלו
שעירי חטאות נקראו שעירי עבודת אלילים לפי שבית דין
מביאין אותם על שגגת עבודת אלילים ואם בית דין שגגו
בשאר המצוות יהיה הקרבן שחייבין בו פר בן בקר לחטאת
וזהו הנקרא פר העלם דבר של צבור לפי שבתחלת הפרשה
נאמר ונעלם ממנו וקורין אותו במקצת מקומות פר הבא על
כל המצוות והתורה צותה שישרף וחייב בו, גם כן כל
שבט ושבט ולכן נמנה המין הזה גם כן בקרבנות הצבור
לפי שנאמר בו והקריבו הקהל ונאמר ועשו כל העדה וכפר הכהן
על כל עדת בני ישראל ונאמר ונסלח לכל עדת בני ישראל
האמנם נזכר בסוג הזה לפי שהוא דומה לקרבן יחיד

ואינן

promiſſoque fiebant : & illud quidem volucri pariter & quadrupede: hoc autem volucri, quemadmodum ſupra poſui, fiebat nunquam. Explicavi univerſa ſacrificia privata, de quibus erat genus alterum, quorum omnium una ratio communis erat, ut nec ſabbatum, nec inquinamentum elevarent.

Tertium genus complectebatur ſacrificiorum privatorum ea, quæ publicis ſimilia ſacrificiis erant. nam ſenatus ſupremus, ſi per errorem facere licere reſpondiſſet id, quod admiſſum per audaciam exitio, & per imprudentiam ſacrificio piaculari luebatur, ídque maleficium populus illius reſponſo & decreto in errorem inductus ſactitaſſet; non hic, quemadmodum traditur in tractatu illo Talmudico, qui *Reſponſa ſenatùs* inſcribitur; ſed ille ſacro piaculari aſtringeretur. Senatus igitur in dijudicando cultu vani numinis cùm erraſſet; error requirebat, ut juvenco ſacrificium ſolidum, & hirco ſacrum piaculare fieret, atque hoc ut fieret ab una quaque tribu. Hirci iſti vedelicet igni abſumebantur omnes; quippe cùm eſſent piaculum univerſorum: namque juvencus ob errorem ſacrificandus igni cremabatur juſſu Dei immortalis, & idem Dei immortalis oraculo piaculum Eccleſiæ nominabatur: atqui, ut dicitur in libro *Siphra* inſcripto, piaculorum, quæ ab univerſo cœtu fiebant, omnium erat communis iſta Lex, ea ut igni cremarentur. Atque hirci illi, quoniam iis piacularia fiebant propterea, quia ſenatus in decernendo de cultu vani numinis erraverat, hirci idololatriæ paſſim appellantur. Idem ille ſenatus ſi de cæteris officiis reſpondens erraſſet, error requirebat, ut juvenco ſacrum piaculare fieret: atque hic eſt iſte, qui juvencus ob errorem Eccleſiæ dicitur; quia enim in principio capitis, ubi ſancitur, uſurpatur hoc verbum, *per errorem:* & idem nonnunquam juvencus de cunctis officiis ſacrificandus appellatur: hic ut igni cremaretur, Lege ſancitum eſt, & ut ab una quaque tribu ſacrificaretur, jus erat: id adeo cauſæ eſt, cur hoc genus ſacrificiorum numeretur etiam in ſacrificiis publicis. etenim hoc de genere verba habentur iſta, *Lev.* 4. 14. *Eccleſia præbento.* & *Num.* 15. v. 24, 25, & 26. *Totus cœtus faciunto: ſacerdos autem univerſum Iſraelitarum cœtum procurato: ut univerſo Iſraelitarum cœtui remittatur:* verùm idem habetur in ſacrificiorum privatorum numero, quia ſacrificia privata

ואינו דוחה את השבת ולא את הטומאה :

והסוג הד׳ הוא קרבן היחיד הדומה לקרבן צבור והוא קרבן הפסח ששוחט כל אחד ביום יד׳ בניסן כמו שהתבאר בתחלת פסחים ומזה הסוג גם כן פר החטאת ואיל לעולה שמקריב כהן גדול ביום הכפורים שנאמר בזאת יבא אהרן אל הקדש וגומר ושרפת הפר הזה הוא דומה לקרבן הצבור לפי שהוא דוחה את השבת ואת הטומאה וכל שאין לו זמן קבוע אינו דוחה לא את השבת ולא את הטומאה ואל יטעה איתך ענין החגיגה שיש רשות להקריבה כל שבעת הימים וכן עצרת שלה תשלומין כל שבעה כמו שהתבאר במסכת חגיגה על כן אינו דוחה את השבת ולא את הטומאה וכשאתה מונה כל הקרבנות הנזכרים תמצא שאין בכל קרבנות הצבור נקבה בשום פנים אפילו ממה שדומה מהם לקרבן יחיד ואין מכל חטאות הצבור נשרפת אלא שעיר יום הכפורים חבירו של שעיר המשתלח ושעירי עבודת אלילים ופר העלם ושאר החטאות נאכלים לזכרים שבכהונה וכן תמצא שכל חטאת יחיד הוא נקבה זולת שלש חטאות שהם זכרים אף על פי שהם חטאת יחיד והמה השעיר שמקריב המלך אם שגג בדבר שחייבים על זדונו כרת ועל שגגתו חטאת קבועה ופר הבא על כל המצוות שמקריב אותו כהן משוח על שגגתו ופר יום הכפורים וכן יתבאר לך שאין שורפים מכל חטאות היחיד

אלא

imitabatur eatenus, ut nec ſabbatum, nec inquinamentum elevaret.

Venio nunc ad quartum genus ſacrificiorum, quò revocantur ſacrificiorum privatorum illa, quæ publicorum referebant ſimilitudinem: talis erat victima paſchalis, quam quiſque mactabat ad decimam & quartam diem menſis Niſan, de quo fuſè diſputatur in primo tractatu Talmudico, qui eſt de ſacris Paſchalibus: tale porrò cùm piaculum juvenco, tùm ariete ſacrificium ſolidum à ſummo ſacerdote faciendum ad ſolemnem Expiationum diem, de quo ſcriptum legimus *Lev.* 16. 3. *Hoc autem muneris ferat Aaron cùm introierit in ſanctuarium*, & reliqua: hujus enim juvenci exuſtio ſimilitudinem ſacrificii publici referebat, ut quæ ſabbatum, & inquinamentum elevaret: ſed cuicunque ſacrificio non erat præſtitutum tempus certum & ratum, id non elevabat neque ſabbatum, neque inquinamentum. Ac ne quem forte decipiat ratio ſacrificiorum ſolemnium, hæc obire per totam hebdomadam; immo enim ſacrificia ſolemnia, quæ ad Pentecoſten fieri jus erat, illa etiam ipſa per univerſam hebdomadam inſtaurare licebat ſic, ut docetur tractatu Talmudico de ſacris ſolemnibus: & eam ob cauſam nec ſabbatum, nec inquinamentum elevabant. Ex hac igitur ſacrificiorum commemoratione cognoſcitur omnino ſacrificium publicum beſtiâ feminâ fieri nullum: nec ejuſmodi quidem ſacrificium publicum, quod eſſet privato ſimile ſacrificio: de cunctis autem piacularibus publicis non exuri niſi hircum ſolemni Expiationum die ſacrificandum, conſortem illum hirci averrunci, qui publicitùs deducebatur in ſolas terras, & hircos idololatriæ, & eum, qui ob errorem ſacrificabatur, juvencum: cætera verò à viris ſacerdotibus comedi: cognoſcitur etiam cætera ſingulorum hominum ſacrificia piacularia beſtiis feminis: tria ſingulorum hominum piacularia fieri beſtiis maribus: nempe rex cùm per errorem id admiſerat, quod per audaciam exitio, & per imprudentiam factum ſtato luebatur ſacro piaculari, piaculum hirco faciebat: præterea autem erat juvencus de cunctis officiis ſacrificandus, quo expiabatur erratum ſacerdotis oleo inuncti: & ejuſdem juvencus, quo ad ſolemnem Expiationum diem faciebat ſuum ac ſuorum piaculare ſacrum. Porrò cognoſcitur nullum ſingulorum hominum piaculum.

אלא פר הבא על כל המצוות וכן אין בכל קרבנות היחיד חטאת ממין הפר זולתי פר הבא על כל המצוות ופר יום הכפורים ושניהם נשרפים כליל נמצא הדין העולה בידינו שכל חטאת היחיד תאכל והיא נקבה ולא תהיה ממין הבקר זולתי שעיר הנשיא שהוא זכר ופר הבא על כל המצוות ופר יום הכפורים שהם זכרים וממין הבקר ושניהם נשרפים והנה קראו אותו פר הבא על כל המצוות לפי שאמר בו הכתוב נפש כי תחטא בשגגה מכל מצות השם וגומר והו כלל כל הקרבנות שמקריבין על גבי המזבח והדברים המשותפים בכלם הם שאין מקריבין אותן בעלי מומים ושאין נקרבין אלא על ידי כהן שלם ותמים מכל מום ושאין מקריבין שום קרבן מהם אלא ביום שנאמר ביום צוותו את בני ישראל להקריב את קרבניהם וחכמינו זכרונם לברכה אמרו ביום ולא בלילה ושאין מקריבים שום קרבן מהם אלא במקדש יהוה הבנוי בירושלם במקום הרמוז אליו בהר המוריה וזהו כלל מה שרציתי לבאר פה:

הפרק.

culum exuri præter juvencum illum de cunctis officiis ſacrificandum: nec omnino ſingulorum hominum piacula fiebant unquam pecore bubulo, ſi excipias unum illum juvencum de cunctis officiis ſacrificandum, & alterum ſolemni Expiationum die mactandum, qui ambo exurebantur toti. Ex quibus univerſis intelligitur cuncta ſingulorum hominum ſacra piacularia comedi, tum ea fieri beſtiis feminis, nec fieri pecore bubulo: excipi autem ſacrificium piaculare principis, quod fiebat mari caprini pecoris: & juvencum de cunctis officiis ſacrificandum, item & juvencum die ſolemni Expiationum mactandum, qui cùm mares, tum bubuli pecoris erant, & exurebantur ambo. Jam nomen illud juvencum de cunctis officiis ſacrificandum duxerunt ex eo, quod in hanc rem edicitur *Lev.* 4. 1. *Si quis errore lapſus in eorum, quæ ſunt erga Deum, officiorum aliquo,* & cætera. Hæc erant univerſa, quæ in altaribus adolebantur, ſacrificia, quorum omnium erant communes iſtæ conditiones, ut nec ipſa vitiis temerata forent, nec adminiſtrarentur niſi à ſacerdotibus caſtis, puris, ſanis, ſynceris, & integris, nec unquam niſi interdiu fierent, id adeo, quòd eſt *Lev.* 7. 38. *Quo die præcepit Iſraelitis de ſacrificiis eorum faciendis*, quod ſapientes noſtri, quos honoris cauſa nomino, ita ſunt interpretati, de die ſacrificia facienda ſcilicet, de noctu non item: neque porrò fierent uſquam, niſi in templo auguſto, quod erat Hieroſolymis exædificatum in loco conſtituto ad montem Moriam. Hæc ediſſerere hoc capite volui.

CAPUT.

הפרק הד׳

בתכלית הקרבנות

דעת הרב המורה בפרק לב׳ חלק ג׳ הוא שהקרבנות לא צוה אותם יתברך על הכונה הראשונה אלא שכאשר שלח משה רבינו עליו השלום לתתנו ממלכת כהנים וגוי קדוש ושלמים בידיעתו כמו שביאר ואמר אתה הראית לדעת וגומר וידעת היום והשבות אל לבבך וגומר ולהנתן לעבודתו כמו שאמר ולעבדו בכל לבבכם ועבדתם את יהוה אלהיכם וגומר והיה המנהג המפורסם בעולם כלו שהיו אז כל העמים רגילין בו והעבודה הכוללת לבני אדם לאלהיהם היא להקריב מיני בעלי חיים להיכלות ההם שהיו שם הצלמים ולהשתחוות להם ולקטר לפניהם והעובדים הפרושים שמה בהיכלות ההם הנעשים לכוכבים היו כהניהם לא גזרה חכמתו לצוות אותנו שנניח מיני העבודות ההם כלם ולבטלם כי אז לא יעלה בלב לקבלו לפי שטבע האדם הוא תמיד נטה למורגל ויהיה דומה זה כאלו יבא נביא בזמננו זה שיקרא אנשים לעבודת השם יתברך ויאמר השם צוה אתכם שלא תתפללו אליו ולא תצומו ולא תבקשו תשועתו בעת צרה אבל תהיה עבודתכם מחשבה מבלתי מעשה שאין ספק שלא יקבלו זה ממנו מפני המורגל ובעבור זה השאיר השם מיני העבודות ההם והעתיקם מהיותם לנבראים ולענינים דמיוניים שאין

אמתות

CAPUT QUARTUM.

De ſacrificiorum fine.

EXpoſuit hanc ſententiam maxima vir auctoritate Majemonides in eo libro, qui *Doctor Perplexorum* inſcribitur, capite ſecundo & triceſimo tertiæ partis, divina ſacrificiorum præcepta non eſſe conſilii primùm intenti: ſed cùm legaretur Moſes, hominum homo beatiſſimus, qui ſacerdotale regnum conſtitueret, & ſanctitate vitæ, atque naturæ divinæ cognitione gentem excolleret, quemadmodum diſertè dicitur *Deut.* c. 4. v. 35. *Quæ tibi viſa data ſunt, uti cognoſceres*, & cætera, & v. 39. *Noſcito igitur hodie, & in animum inducito*, & quæ ſequuntur, atque illam propriam cultui divino dicaret, ſicut apertè declaratur *Deut.* 11. 13. *Et colatis illum (Deum) toto pectore, & animo*; & antea quoque, *Exod.* 23. 25. *Dominum Deum veſtrum colitote*, & cætera; tum per omnes omnium orarum gentes fuſam iſtam eſſe conſuetudinem, ut ſuis quæque diis cultum hunc & honorem communiter adhiberent, in fanis ac delubris ut ſimulacra mactandis animantibus & odoribus incendendis venerarentur, ſimul ut fanis atque delubris illis deſtinarent, & addicerent certos homines falſorum numinum ſacrificos: nec eſſe viſum menti ac rationi divinæ præcipere nobis, ut iſtas cerimonias & ſacrorum religiones protinus averſantes tolleremus. neque enim ut ejuſmodi præceptum faceſſerent adduci potuiſſe homines, quorum ingenium à natura ita comparatum eſt, ut ſemper redeat ad id, quod olim conſuevit: hoc perinde futurum eſſe, ut ſi vates his temporibus veniret, qui homines ad religionem erga Deum Optimum Maximum excitaturus ita prædicaret, Deus edicit vobis, ne preces illi fundatis, neu jejunium inſtituatis, neu afflicti calamitate opem ejus poſcatis; atque ut veſtra erga illum religio tota ſit in animi cogitatione, nec ulla adhibita actione; à quo audiendo communis vitæ ratio profectò deterreret homines. Id ſcilicet eſſe cauſæ, cur ſapientia divina cerimonias iſtas ſervarit, eáſque naturis creatis, ac ſimulacris fictis, atque adeo

אמתות להם וצוה לעשותם לשמו יתברך ולכן צוה לבנות לו
היכל ועשו לי מקדש ומזבח לשמו מזבח אדמה תעשה לי ושיהיה
הקרבן לו יתברך אדם כי יקריב מכם קרבן ליהוה ושישתחוו לו
ויקטירו לו והזהיר שלא לעשות דבר מאלו הדברים לזולתו זובח
לאלהים יחרם לא תשתחוה לאל אחר והגיע בזאת התחבולה
האלהית שנמחה זכר עבודת אלילים ונתקיימה הפנה הגדולה
באומתנו ממציאות השם ואחדותו ולא ברחו הנפשות ולא השתוממו
בבטול העבודות שהורגלו בהם וזהו דעת הרב בדבריו והרבי
משה בן נחמן כתב שאלה הדברים הם דברי הבאי יעשו שלחן
השם מגואל שאיננו רק להוציא מלבן של רשעים וטפשי עולם
שגעון העבודת אלילים והכתוב אומר כי הם לחם אשה יהוה ונ
נח בצאתו מן התיבה הקריב קרבן וירח יהוה את ריח הניחח
ולא היו אז בעולם אנשים עובדי עבודת אלילים להתרחק מהם
והבל הביא גם הוא מבכורות צאנו ומחלבהן וישע יהוה להבל
ולא היה עדיין עבודת אלילים בעולם כלל ובלעם אמר את שבעת
המזבחות ערכתי ואעל פר ואיל במזבח ולא היה דעתו לשלול
אמונות רעות שלא נצטוה בכך ולשון הקרבנות את קרבני
לחמי לאשי ריח ניחוחי וחלילה שלא יהיה בהם שום תועלת
ורצון רק שוללות העבודת אלילים מדעת השוטים אלה
הם דברי הרבי משה בן נחמן כנגד דברי המורה. וכבר
התחכם הנרבוני להשיב על כל זה בפירושו לאותו פרק הנזכר

באמרו

vanis ademtas hujus univerſi parenti afferri juſſerit: hinc ut Deo templum ædificaretur, datum eſſe præceptum, quod eſt *Exod.* 25. 8. *Et mihi faciant ſanctuarium*: ut illi ſtatueretur altare, de quo dicitur *Exod.* 20. 21. *Altare cæſpititium mihi facito*: ut ei fieret ſacrificium, de quo *Lev.* 1. 2. *Quiſque ſacrificium Domino cùm faciet è vobis*: ut ei ſe abjicerent, atque proſternerent, ei cremarent odores: tum Legem interminari, ne quiſquam quidquam horum niſi præpotenti Deo faceret, his verbis, *Exod.* 22. 19. *Qui ſacrificat diis, morte plectitor*: illis autem cap. 34. v. 14. *Namque magnopere tibi cavendum, ne tete projicias ante deum alienum*, & hac divinâ ſolertiâ nefaſtas ſimulacrorum cerimonias eſſe deletas omnes ex animis noſtrorum, & iiſdem inſitam hanc religionis ſtirpem, exiſtere Deum unum ſolum: nec uſu veniſſe, ut cerimoniarum uſitatarum everſione ſubita ſtupentes animi à caſto & puro numinis æterni cultu refugerent. Hæc Majemonides diſputans de ſacrificiis. Clamat contrà R. Moſes Nachmanides iſtam eſſe profanam ſententiam, quæ menſam Dei ſordibus fœdatam velit, cùm tueatur hunc demum ejus eſſe finem, ut evelleret ex animis hominum ſceleratorum & amentium inſanum illum ſimulacrorum cultum: aſt in oraculis divinis ſacrificia paſſim dici, *Dei dapes igni cremendas.* etenim à Noa, inquit, ſimul ac egreſſus erat ex arca factum eſt ſacrificium, cujus odorem Deo gratiſſimum fuiſſe ſacræ literæ teſtantur, cùm tamen nulli tum eſſent homines numinis alieni cultores, qui à tam perverſa & impia religione deterrerentur: Abel etiam, addit, primitias ſui pecoris opimas Deo obtulit, & reſpexit eum Deus: atqui cultus alieni numinis nondum in terris extiterat: pergit idem urgere: Balaamus dicit Deo ſe ſeptem ei ſtatuiſſe altaria, atque in eorum ſingulis ſingulos buculos & arietes ſacrificaſſe: at huic quidem certè non erat propoſitum pravas extinguere religiones, nec id illi præceptum erat: denique Deus de ſacrificiis paſſim ita loquitur, *Sacrificium meum, dapes meæ igni mihi ſacro conſumendæ, odor ille mihi quàm ſuaviſſimus*: improbum eſt igitur exiſtimare Deo ſacrificiis præcipiendis nihil aliud eſſe quæſitum, niſi ut ex inſipientium animis idololatria deleretur. Ita R. Moſes Nachmanides refutat Majemonidem. R. Moſes enim Narbonenſis commentariis ſuis in allegatum caput hiſce

באמרו שלא אמר הרב הנזכר שצוה השם על הקרבנות על
הכוונה השנית להרחיקם מהעבודת אלילים אבל אמר שהעבודה
המורגלת לנחשב באלוה היה הקרבן ושלא גזרה החכמה האלהית
להניחו לגמרי מפני ההרגל שהיו מורגלים בו ואין דברי הנרבוני
אמתיים ולא מספיקים בדתר הזה אבל אמתת הענין הוא שהרב
המורה סובר שהתפלה והתחנה והתלמוד תורה דברי הצומות
וצעקתם ציצית ותפילין מזוזה ודומיהם מהעבודות עם האמונות
האמתיות הם המצות שצוה אותם הקדוש ברוך הוא על הכוונה
הראשונה ולכן היו בכל מקום ובכל זמן אמנם הקרבנות לא היו
כן כמו שאמר השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר
תראה ולא גם כן בכל זמן אבל צוה ליחד בית אחד במקום אשר
יבחר השם ושלא יקריבו בזולתו וגם שלא יקרב איזה איש שיזדמן
אלא מזרע אהרן הכהן וכל זה מורה היות הכוונה האלהית
למעט זה המין מן העבודות ושלא נצטוו אם כן הקרבנות על הכוונה
הראשונה כתפלות ושאר המצות עוד מצא הרב ראיה לדעתו מדברי
הנביאים שהיו מוכיחים לישראל על רוב השתדלותם בקרבנות
באמרם שאינם מכוונים בעצמם כמו שאמר שמואל הנביא החפץ
ליהוה בעולות וזבחים כשמוע בקול יהוה וישעיהו אמר למה
לי רוב זבחיכם יאמר יהוה וירמיה אמר כי לא דברתי את
אבותיכם ביום הוציאי אותם מארץ מצרים על דברי עולה וזבח

כי

rationibus & argumentis omnibus pro ſua prudentia occurrit; & vult neutiquam hoc à Majemonide poni rationem ſacrificiorum à Deo inſtitutam eſſe propter aliud, eo videlicet conſilio, ut avocarentur homines ab idololatria; illud autem ſtatui, quòd moris eſſet, ut quidquid pro Deo habebatur, coleretur ſacrificiis; idcirco prudentiæ divinæ non eſſe viſum imperare noſtris, ut omnino rationem uſitatam mutarent, quippe cùm vis diuturnæ conſuetudinis eſſet ſanè quàm magna: ſed nec vera dicit Narbonenſis, nec ea, quibus argumentationes contrariæ diluantur: hæc eſt igitur rei veritas: princeps doctrinæ Majemonides exiſtimavit preces, obſecrationes, meditationem Legis, jejunia, ſupplicationes, fimbrias, phylacteria, ſchedas ſacras ædium poſtibus infigendas, & alias harum ſimiles cerimonias & religiones ſanctas à Deo propter ſe eſſe conſtitutas; has adeo omnibus & locis & temporibus vigere: non autem eſſe hujuſmodi jura ſacrificiorum, de quibus ſcriptum legitur, *Deut.* 12. 13. *Tu verò caveto, ne quo tibi cunque loco viſum fuerit ſolida ſacrificia facias*, & eadem nihilo magis quovis tempore fiebant. immo enim juſſerat Deus unicam ædem ad ſacrificiorum ſolemnia obeunda deſtinari in eo loco, quem ipſemet electurus eſſet: idémque ſanxit, ut omnino extra hanc ædem ſacrificia nulla fierent: tum ut in illa ipſa æde quæ fierent adminiſtrarent non primi quique homines; ſed Aaronis ſacerdotis ſtirpe generati. Quæ omnia ſatis apertè declarant id à Deo agi, genus hoc cerimoniarum ut imminueretur: quod cùm ita ſit, conſequens eſt illud, jura ſacrificiorum non item; ut venerationem Dei, cæteráque pietatis officia propter ſe ſancita eſſe. Præterea autem Majemonides ſacrarum literarum peritiſſimus invenit ſententiæ ſuæ confirmationem in vatum libris, ubi ſæpenumero reprehenditur Iſraelitarum nimium illud ſacrificiorum faciendorum ſtudium, quod verò eſt dicere ſacrificia per ſe, ſua vi, ſua ſponte, ſua natura non eſſe recta & laudabilia. Videas enim apud Samuelem vatem, l. 1. c. 15. v. 22. *Anne tam placent Jehovæ ſolida & pacifica ſacrificia, quàm ei dicto audientem eſſe?* Et apud Eſaiam, c. 1. v. 11. *Quò mihi tot ſacrificia veſtra dicit Dominus?* Item apud Jeremiam, c. 7. v. 22, & 23. *Neque enim edixi, præcepique majoribus veſtris, cùm eos ex Ægypto educerem, nec de ſolidis, nec de pacificis*

ficis

כי אם את הדבר הזה צויתי אותם לאמר שמעו בקולי והייתי לכם
לאלהים ואסף המשורר אמר לא על זבחיך אוכיחך ועולתך לנגדי
תמיד לא אקח מביתך פר ונומר ועוד אומר שמצא הרב סיוע לדבריו
בדברי חכמינו זכרונם לברכה אומרו בסוף מנחות כל העוסק בתורה
אינו צריך לא חטאת ולא עולה ולא אשם ולא מנחה ובפרק אלו
הם הגולין כי טוב יום בחצריך מאלף טוב יום שאתה יושב ועוסק
לפני מאלף עולות שעתיד שלמה בנך להקריב על גבי המזבח
ובאלה שמות רבה סדר ואתה תצוה פרשה וזה הדבר אשר תעשה
להם לקדש אותם לכהן לי קחו עמכם דברים ארחץ בנקיון כפי
לשמיע בקול תודה לפי שיאמרו ישראל הנשיאים היו חוטאים
ומביאים קרבן ומתכפרים הכהן המשיח חוטא ומביא קרבן
ומתכפר לו אנו מה נעשה שאין לנו להביא קרבן אמר להם
הקדוש ברוך הוא דברים אני מבקש מכם ולא קרבן ואני מוחל
על כל עונותיכם שנאמר קחו עמכם דברים לכך אמר ארחץ
בנקיון כפי לא להקריב קרבן אלא לשמיע בקול תודה
שאני מודה לך על דבר תודה וכן באותו מאמר שהביא
הרבי משה בן נחמן מספרי ובסוף מנחות אמר רבי שמעון
בן עזאי בא וראה מה כתוב בפרשת קרבנות שלא
נאמר

ficis ſacrificiis : ſed hoc eis præcepi, ut mihi marem gererent ita, ut Deus illis eſſem. Ad eundem modum canit poëta divinus Aſaphus, *Pſal.* 50. 8, & 9. *Non ego te propter ſacrificia tua pacifica, & ſolida jugiter facienda mihi reprehendam: Neque juvencos ex ædibus tuis accipiam*, & reliqua. Ego verò invenio etiam Majemonidæ ſententiam iſtam comprobari decretis ſapientum, quos honoris cauſa nomino. Eſt in tractatu Talmudico de ſertis, in extremo, qui animum adjungit ad Legis ſtudium, is non indiget nec ſacrificio piaculari, nec ſolido, neque porrò hoſtia pro delicto, neque ſerto: & in tractatu Talmudico de verberibus, capite ſecundo, cujus initium, *Iſti verò exulabant*, in undecimum verſum *Pſalmi* 84. *Melior eſt enim dies unus in atriis tuis, quàm mille*; ſcribitur hoc edixiſſe Davidi regi Deum, malo te vel unum diem in conſpectu meo ſedentem, atque numen meum ſtudiosè contemplantem, quàm mille ſacrificiorum ſolidorum, quæ Salomo ex te natus olim unà in altari novo facturus eſt. Et in eo libro, qui *Explicatio copioſa Exodi* inſcribitur, in ea diſtinctione, cui titulus, *Tu verò præcipito*, commate illo, cujus initium ducitur ab primo verſu cap. 29. Exod. *Hoc igitur tum facito, cùm inauguraveris eos, qui ſacerdotio meo fungentur*, poſt allegatum verſum tertium ex capite quarto decimo Oſeæ, *Concipite verba vobiſcum cogitantes*; tum etiam partem ſexti & ſeptimi verſus ex *Pſal.* 26. *Lavabo innocentiâ manus meas .... ut laudes voce canam*, hæc ediſſeruntur: Iſraelitæ dicebant, principum peccata ſacrificio faciendo expiantur: item & ſacerdotis uncti culpa piaculari ſacrificio luitur: quid autem nobis fiet ſi peccaverimus, qui non habemus quod faciamus ſacrificium? His Deus Optimus Maximus verba veſtra volo, non ſacrificia, & omnia peccata vobis condonabo: nimirum hoc illud eſt, quod ſcriptum videmus, *Concipite verba vobiſcum cogitantes*: & eam ob rem ſcriptum legitur, *Lavabo innocentiâ manus meas*, non ut ſacrificium faciam; ſed, *Ut laudes voce canam*, quod eſt, ut ego te laudem ea re, quia feci contra Legem. Eódem valet etiam (quanquam hoc ipſum urget R. Moſes Nachmanides) quod & in eo libro, qui *Siphri* appellatur, & in extremo codice Talmudico de ſertis commemoratur à R. Simeone Aſai filio ita dictum. Annotandum, quod in copioſa ſacrificiorum deſcriptione nuſquam occur-

נאמר בהם לא אל ולא אלהים אלא להשם בן ד׳ אותיות
השם המיוחד שלא ליתן פתחון פה לבעל הדין לחלוק שמא
תאמר לאכילה הוא צריך תלמוד לומר האוכל בשר אבירים
לא אמרתי לכם זבחו כדי שתאמרו נעשה רצונו לא לרצוני
אתם זובחים אלא לרצונכם שנאמר לרצונכם תזבחו. והרבי
משה בן נחמן הביא התחלת המאמר הזה והשמיט סיפו לפי
שהוא מסכים מאד עם דעת הרב המורה ומה שאמר רבי
שמעון בן עזאי. שלא נאמר בקרבנות שם אל ולא אלהים
אלא בן ארבע אותיות מסכים גם כן לדברי הרב שבעבור
שהיו הקרבנות להרחיקם מעבודת אלילים להקריבם לעבודת
השם הנכבד לכן לא נאמר בהם לא אל ולא אלהים שהם
שמות כבר יאמרו על שרי מעלה אלא השם המיוחד אליו יתברך
לומר שאליו היו מקריבים ולא לעבודת אלילים וכן בפרק
כל האסור אמר טוביה בר מתניה אמר רבי יאשיהו מה הוא
תשמרו להקריב לי במועדו לי ולא לאדון אחר ומי זה הוא
האדון שמקריבין לו הוי אומר זה עבודת אלילים הלא כל
המאמרים האלה מסכימים מאד לדעת הרב המורה בקרבנות
ויותר מהמה תראה במאמר אחד שאמרו בויקרא רבא
בסדר אחרי מות פרשה איש איש אשר ישחט וזה לשונו רבי
פנחס בשם רבי לוי אומר משל לבן מלך שלבו היה גס עליו

והוא

occurrit nec Dei nomen illud, quod fortitudinis vim continet, nec illud, quod dignitatis; ſed ineffabile nomen Τετραγραμμάτον, quod eſt Dei proprium: id eò factum, ut calumniatori controverſiæ locus ne relinqueretur: tum ſi quis ſic exiſtimaret Deum indigere cibo, dedocet eum hoc verſus decimus & tertius Pſalmi quinquageſimi, *Egóne taurina carne veſcar?* Quæ rogatiuncula hanc vim & ſententiam habet, non ego vobis pro imperio dixi, *ſacrificate:* diceretis, nos Dei voluntatem exequimur: nunc verò ſacrificatis non ad meam; ſed ad voluntatem veſtram: nimirum hoc illud eſt, quod ſcriptum legitur *Lev.* 22. 29. *Voluntate veſtra ſacrificatote.* R. Moſes Nachmanides enim hujus diſputationis initium protulit; ſed finem ſilentio præteriit: aſtutè; quia vidit cum Majemonidæ ſententia congruere. Quin etiam quod principium dedit R. Simeon Aſai filius, in prælonga ſacrificiorum deſcriptione nunquam reperiri Dei nomen, quo fortitudo, quo dignitas notatur, illud quoque facit cum Majemonide. nam ſacrificiorum jura cùm eſſent præſcripta eo conſilio, uti fictorum à numinum cultu ſacrilego homines abducti allicerentur ad puram & caſtam Dei immortalis religionem, non uſurpantur in eorum præſcriptione nomina Dei illa, quæ fortitudinem & dignitatem declarant, quippe quæ eadem tribuuntur etiam claris viris, qui honoribus utuntur: ſed uſurpatur vocabulum Dei præpotentis proprium, quo manifeſtum fieret rerum creatori, non numini commentitio ſacrificari. Conſimiliter in tractatu Talmudico de beſtiarum conſecratarum mutatione, capite quinto, cujus initium, *Quidquid interdictum eſt,* R. Tobias Matenæ filius hoc auditum à R. Joſia prodit: quod eſt *Num.* 28. 2. *Curatote mihi offerendum ſtato tempore*, id hanc vim habet, offerendum mihi ſcilicet; alii domino non item. Quid? Eſtne dominus alius, cui ſacrificetur? Verò: eſt Deus alienus. Ergo omnes hæ diſputationes cum Majemonidæ ſententia de ſacrificiis maximè conveniunt: multò etiam magis illud, quod in eo libro, qui *Explicatio copioſa Levitici* appellatur, diſtinctione illa, quæ *Poſt mortem* inſcribitur, commate eo, cujus initium ducitur à verſu tertio capitis 17. Lev. *Quicunque de gente Iſraelitica mactarit*, his ipſis verbis ſcriptum legitur. R. Phineas auditum ex R. Levita ſimile poſuit. Cujuſdam regis filius animo obſequens

זהוא למור לאכול נבלות וטרפות אמר המלך יאכלם על שולחן זה תדיר ומעצמו הוא נוור כן לפי שהיו ישראל להוטים אחר עבודת אלילים והיו מביאים קרבנותיהם לשעירים באסור ופורענות באה עליהם אמר הקדוש ברוך הוא יהיו מקריבים קרבנותיהם לפני באהל מועד והם נפרשים מעבודת אלילים הדא הוא דכתיב איש איש מבית ישראל אשר ישחט וגומר והמאמר הזה מורה בביאור שהיה דעתם זכרונם לברכה בענין הקרבנות כדעת הרב המורה ואין לומר שהפרשה ההיא בלבד תדבר מהשלמים כי היא בכל הקרבנות תדבר כמו שאמר למען אשר יביאו בני ישראל את זבחיהם אשר הם זובחים על פני השדה והביאום ליהוה וגומר ולא יזבחו עוד את זבחיהם לשעירים אשר הם זונים וגומר ואליהם תאמר איש איש מבני ישראל ומן הגר אשר יגור בתוכם אשר יעלה עולה או זבח ואל פתח אהל מועד לא יביאנו לעשות אותו ליהוה ונכרת האיש ההוא מעמיו ואחר זה צוה על ענין הדם באמרו ואיש איש מבית ישראל אשר יאכל כל דם הרי לך מבואר שהפרשה תכלול עולה זבח וכל מיני הקרבנות ושלא אמר הכתוב ולא יזבחו עוד את זבחיהם לשעירים בבחינת הדם בלבד אלא בבחינת כל הקרבנות ותמהתי מהרב הנחמני שהיה הגמרא לפניו כשלחן ערוך איך לא ראה המאמר הזה כי הוא מסכים לדברי הרב המורה הנה התבאר שמן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים ומדברי רבותינו זכרונם לברכה בהרבה מקומות יש סיוע גדול לדברי הרב המורה ואינם בזה דברי הבאי אלא דברי קדושה והנה אדם ובניו הקריבו קרבנות לחשבם שבהם היו עובדים אלהים כי בשרפם על המזבח החלב והכליות מהקרבן היו כאלו הקריבו קרבם וכליותיהם עצמם שהם כלי המחשבה וכן הכרעים כנגד ידיהם ורגליהם של המקריבים והיו זורקים את דם הקרבנות

במקום

veſci morticinis & affectis animantibus conſuerat: rex edicere, ſemper apponantur hæc in menſa mea, filius eis per ſe ipſe abſtinebit: haud abſimiliter inflammatis ad cultum ſimulacrorum Iſraelitis, ne dæmonibus nefaria ſacrificia facerent, & juſtis inde pœnis multarentur, Deus Optimus Maximus edixit, ut in tabernaculo fœderis ſui ſibi ſacrificia facerent, & ſic ipſi per ſe ſimulacrorum à cultu diſcederent. huc enim ſpectat illud, *Quicunque de gente Iſraelitica mactarit*, & quæ ſequuntur. enimverò locus hic dilucidè demonſtrat ſapientum honoris cauſa nominandorum ſententiam de ſacrificiis eandem eſſe, atque Majemonidæ. Nec verò putandum in eo Legis capite de ſolis ſacrificiis pacificis agi: agitur de cunctis ſacrificiis. namque dicitur v. 5. *Quam ob rem Iſraelitæ ducunto victimas, quas paſſim per agros antea mactarant, ducunto illas domino*, &c. & v. 7. *Neve deinceps dæmonibus ſacra ſua faciunto, quibúſcum quaſi ſcortabantur*, &c. atque v. 8, & 9. *Edicito illis, quiſquis cùm Iſraelis è familia, tum ex alienigenis apud ipſos degentibus ſolidum ſacrificium fecerit, aut pacificum; Nec victimam adduxerit ad oſtium tabernaculi fœderis, ut ibi mactaretur Domino, is è populi ſui communitate exterminabitur.* tum in ſequenti verſu præterea de ſanguine ſeparatim ſancitur in hunc modum. *Item quiſquis Iſraelitarum genere natus* ········· *quidquam ſanguinis guſtarit.* Perſpicuum eſt igitur caput hoc comprehendere ſolida, & pacifica ſacrificia, & cuncta ſacrorum genera, tum autem edictum illud, *Neve deinceps dæmonibus ſacra ſua faciunto* ſpectare non modò ſanguinis, ſed omnino omnium ſacrificiorum rationem: quo magis ego miror R. Moſem Nachmanidem, qui Talmudem univerſum in promptu habebat, non vidiſſe locum illum eſſe Majemonidæ ſententiæ conſonum. Demonſtratum eſt hoc quidem & Lege divina, & vaticinis libris, & hagiographis, inſuper etiam multis ac variis ſapientum decretis probari Majemonidæ ſententiam, proindéque tantum abeſſe, ut profana ſit, ut potiùs ſanctitate conjunctiſſima ſit. Adamus autem, & ejus liberi ſacrificia fecerunt putantes his faciendis Deo ſe cultum & honorem adhibere. nam adolebant in altaribus adipem, & renes hoſtiarum pro renibus & præcordiis ſuis conſilii ſedibus: item & illarum crura pro ſuis manibus & pedibus: itémque reſpergebant illarum ſanguinem

במקום דמם ונפשם ומודים לפניו יתברך שכן ראוי שישפך דם המקריב וישרף גופו על חטאתם לולי חסד השם שלקח ממנו בתמורה וכופר הקרבן ההוא שהיה דמו תחת דמו ונפשו תחת נפשו וכבר זכר זה גם כן הרב הנחמני ואמנם נח הקריב קרבן לזאת הסבה בעצמה שהקריבו אדם גם שראה דור המבול פרוצים בעבודת אלילים מימי אנוש שנאמר ותשחת הארץ לפני האלהים ולכך הקריב קרבנותיו לגבוה להתרחק מעבודת אלילים ואמנם בלעם לא בנה שבעה מזבחות להתרחק מעבודת אלילים אלא למה שאמרו במדבר סיני רבא וזה לשונם ולמה בנה שבעה מזבחות כנגד שבעה מזבחות **שבנו** שבעה צדיקי עולם מאדם ועד משה ונתקבלו ואלו הם אדם הבל נח אברהם יצחק יעקב ומשה ואמנם מה שאמר הרב הנחמני שיש בקרבנות אשה ריח נחח ליהוה ונקראו לחם אלהיהם אין ספק שישיב עליהם הרב המורה על פי דרכו ושרשיו שדברה תורה כלשון הרגיל אצל המקריב קרבנות ויורה עליו אמרו ולא יזבחו עוד את זבחיהם לשעירים ואין להקשות ממה שאמר כי מעלו אבותינו ועשו הרע בעיני יהוה גם סגרו את האולם ויכבו את הנרות וקטורת לא הקטירו ועולה לא העלו בקדש לאלהי ישראל כי הנה לא היתה תלינתו ממה שלא העלו עולה להיותה מכוונת מצד עצמה אלא לומר שבמרד ובמעל מלכי יהודה החטאים בנפשותם להמשכם אחר עבודת אלילים סגרו דלתות האולם ובטלו העבודה כלה כאלו פרקו מעליהם עול התורה והמצות האלהיות ובמדרש שיר השירים אמרו הנך יפה רעיתי

פרנסתי

loco ſanguinis & vitæ ſuæ, confitentes coram juſto rerum æ-'
ſtimatore Deo verum eſſe ſacrificantium ipſorum ſanguinem '
profundi, corpus adoleri pro peccatis ſuis: ſed, quæ benigni- '
tas ejus eſt, piaculum fieri ſuccedaneâ beſtiâ, cujus beſtiæ ſan- '
guis & vita vitam & ſanguinem ſacrificantis redimat: quod '
ipſum etiam à R. Moſe Nachmanide commemoratum eſt. Et Noa quidem ſacrificium fecit eandem ob cauſam, atque Adamus: præterea autem viderat ab Enoſſi tempore uſque ad diluvium homines erupiſſe in ſacrilegum cultum ſimulacrorum, id quod dicitur *Gen.* 6. 11. *Cæterùm orbis terrarum erat conſceleratus in Deum:* fecit igitur ſacrificia ſupremo Deo ea mente, ut abſterreret ſuos ab impia veneratione ſimulacrorum. Jam verò Balaamus ſtatuit ſeptem altaria non eam ob rem, ut ſimulacrorum tolleret ſuperſtitionem; ſed cauſa fuit ea, quæ commemoratur in libro, qui *Explicatio copioſa Numerorum* inſcribitur: in hoc igitur ita ſcriptum eſt. Cur excitavit iſte ſeptem altaria? Nempe ut æmularetur altaria ſeptem Deo grata & accepta, quæ ſeptem inſignes pietate viri excitarant; Adamus, Abelis, Noa, Abrahamus, Iſaacus, Jacobus, Moyſes. Quod autem urget R. Moſes Nachmanides in literis ſacris ſacrificia paſſim dici *rem divinam igni ſacro abſumendam, odorem Deo jucundiſſimum, dapes Dei*, ad hæc haud dubiè Majemonides ex inſtitutis ac principiis ſuis reſponderet literas ſacras loqui ad conſuetudinem eorum, qui ſacrificia faciebant: id autem eſſe verum facile cognoſcitur ex illo verſu, *Neque deinceps dæmonibus ſacra ſua faciunto.* Nihilo magis huic ſententiæ repugnat id, quod dicitur 2 *Paral.* c. 29. v. 6, & 7. *Nam patres noſtri à præſcriptione rationis averſi Dominum ultrò offenderunt* .... *Occluſerunt etiam veſtibuli fores, lucernas extinxerunt, nullum in ſacrario Iſraelitarum Deo nec ſuffimentum incenderunt, nec ſacrificium ſolidum fecerunt.* neque enim rex ſanctiſſimus Ezechias queritur non eſſe facta ſolida ſacrificia, quæ forent ſuopte nomine recta & laudabilia; ſed Judææ reges ſuperiores per extremam ſceleratorum animorum contumaciam ad idololatriam deficientes obſeraſſe fores ſacrarii, & excuſſo Legis atque divini imperii jugo omnem religionem in Deum ſuſtuliſſe. Dicitur in allegorica quadam expoſitione *Cantici canticorum*, ad verſum 14. cap. 1. *O formoſa tu amica mea: amica:*

פרנסתי כביכול אמר הקדוש ברוך הוא לישראל אתם מפרנסים ·
אותי שנאמר את קרבני לחמי יכול לפניו אכילה ושתיה תלמיד
לומר לאישי אתם נותנים אותו אם כן למה נאמר לחמי
לומר אף על פי שאתם נותנים לאישים מעלה אני עליכם כביכול
כבני אדם המפרנסין לאביהן והנה המאמר הזה מורה הוראה
מוחלטת שהוא יתברך בלתי צריך להקרבת קרבן ושענין אמרו
לאישי הוא כמו שפירשו החבר למלך הכוזר שכאשר שאלו איך
אמר הכתוב בו יתברך את קרבני לחמי בהיותו משולל מכל
גשמות ואינו כח בגשם השיבו החבר שאמרו לאישי מתיר כל ספק
רוצה לומר שלא היה הקרבן לגבוה אלא לשתאכלנו אש המזבח
ועל האישים ההם שהיו עורכים לשרוף את העולות אמר
הכתוב לאישי כי הם לשון אש ממש ועליהם אמרו מאמר הזה
אף על פי שאתם נותנים לאישים מעלה אני עליכם כבני
אדם שמפרנסין לאביהם והנני מודיעך סברת הרב ודעתו
בדבר הזה באמרו שהיו הקרבנות על הכוונה השנית ולא אמר
שלא יהיו על הכונה הראשונה כי זה הלשון מורה שיש שתי
כיונות בקרבנות כוונה ראשונה וכוונה שנית והנה הכוונה
הראשונה בה היא כדי להתקרב אדם לאלהיו ולהכנע לפניו
ויאמין במציאותו ואחדותו והשגחתו שהיא הכוונה אשר
בעבורה הקריבו אדם ונח קרבנותם והכוונה הזאת הראשונה
לא יכחיש הרב שתמצא במצות הקרבנות כי הנה בעצם
וראשונה על זה נתכוונו האמנם להיות השלמות האנושי

דבק

amica mea, immo altrix mea : nempe hoc Deus omnipotens Iſraelitis dicit, vos me alitis, atque hoc eſt illud, quod ſcriptum legitur *Num.* 28. 2. *Sacrificium meum, dapes meas.* Quid? Deus cibis & potionibus veſcitur? Nihil minus: nam additur, *in ignem meum*, quod eſt, in ignem mihi ſacrum porriciendas. Quorſum igitur ſpectavit Deus cùm ait *dapes meas?* Nempe ut ſignificaret illud, cùm in ignem mihi ſacrum libamenta porriciatis, nihilo minus tamen id gratiæ appono vobis, quàm ſi mortales immortalem me patrem veſtrum aleretis. Hîc ſanè quàm apertè declaratur nullatenus à Deo ſacrificia requiri: verbis autem illis, *in ignem mihi ſacrum porriciendas* vim & ſententiam hanc eſſe ſubjectam, quam eruditus quidam Judæus olim expoſuit regi Coſroi: cui percunctanti quemadmodum in literis ſacris *ſacrificia mea*, *dapes meas* diceret Deus, qui mens intelligitur ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, reſpondit eruditus ille Judæus, hoc quod additur proximè ſuperioribus verbis, *in ignem mihi ſacrum porriciendas* tollit omnem obſcuritatem & dubitationem: namque vis ejus eſt, ſacrificium non cedit Deo, ſed igni in altaribus ardenti: ſic eſt, ad ignem, qui ad adolenda ſacrificia ſolida in altaribus exſtruebatur, ad illum ſpectat quod in literis ſacris pronunciat Deus, *in ignem mihi ſacrum porriciendas*, proptereáque vocabulum ignis proprium uſurpatur: hinc dictum illud, cùm in ignem mihi ſacrum libamenta porriciatis, nihilo minus tamen id gratiæ appono vobis, quàm ſi mortales immortalem me patrem veſtrum aleretis. Commodum igitur erit planiſſimè nunc explicare Majemonidæ hac de re ſummi viri mentem atque ſententiam. is enim ſacrificia conſilii ſecundò intenti eſſe dicit; non negat autem eadem eſſe conſilii primùm intenti, quæ enunciatio ſignificat ſacrificiorum eſſe finem duplicem, primum & ſecundum. Ac primus quidem erat eorum finis, ut ad Deum accederet homo, ut ſummiſſus, inquam, homo crederet eſſe Deum unum rebus humanis conſulentem ac providentem: & hoc ſanè quidem cauſæ fuit, cur Adamus & Noa ſacrificia facerent: nec verò Majemonides eſt is, qui neget ad hunc primum finem ſacrificiorum conſtitutionem eſſe relatam; quia enim propter id ſacrificia maximè primóque conſtituta ſunt. Quoniam autem natura hominis abſolutè perficitur

דבק בנפשו והוא כפי האמונות והדעות האמתיות ראה הרב המורה שהכוונה הראשונה הנזכרת יותר תמצא בתפלה ובהשכלה והידיעה האמתית ובשאר המצות המכוונות לזה התכלית והכוונה ממה שתמצא בהקרבת חלב ודם ושרפת גופי הבעלי חיים ועל כן אמר הרב שצוה הקדוש ברוך הוא במצוות הקרבנות להשגת הדבוק האלהי וידיעתו באמת מפני שהיו כל בני אדם מורגלים בעבודות הקרבנות ותהיה קשה עזיבת המורגל בהחלט אבל צוה שיעשו אותם לגבוה כי בזה יגיעו אל הכוונה הראשונה מהשגת האמונות האלהיות והדבוק בשם יתברך ויתרחקו מדרכי עבודת אלילים הנה אם כן שתי כוונות נמצאו בקרבנות כפי הרב המורה הראשונה והיא אשר שער בלבד הרבי משה בן נחמן והשנית ושתיהם כיון יתברך בזאת המצוה וכאשר תבין זה על אמתתו לא ישאר מקום אל ספקות הרבי משה בן נחמן ולא צורך אל תרוצי הנרבוני וזהו מה שראיתי להליץ בדבר הזה ואמנם הרבי לוי בן גרשום בפרשת צו השתדל לתת טעמים בקרבנות אבל ראיתי אני בהם חולשה רבה ודוחקים גדולים ולכן נתרחקתי מהם וראיתי אני בדברי אחד מן האחרונים דעת אחר בתכלית הקרבנות והוא שתכליתם בלבד היה כדי שיתקרב האדם בלבד אל האלהי והנה הקרוב או שיהיה כקרוב המלאכים וכנגד זה באה העולה שהיא כלה כליל לגבוה ואם שיהיה כהתקרבות השמים אליו יתברך וכנגד זה בא החטאת והאשם שהכהן המחטא יאכל אותה ואם שתתקרב כקרוב השכל האנושי כולל השלמויות וכנגד זה היו השלמים וככה יביאו קרבנות ההם לרמוז שאף על פי שאנחנו נהיה חמריים ישגיח בנו השם ויקבל קרבנותינו וגם זה איננו שוה לי׃

ואמנם

ficitur animi bonis, hoc eſt, rectis perſuaſionibus, atque ſententiis veris & honeſtis, vir doctrinâ præſtans Majemonides ſic exiſtimavit, primum finem paulo ſupra commemoratum in ratione precum, inveſtigatione, perſpicientiáque veri multo magis elucere, quàm in animantium ſanguine reſpergendo, adipe ac corpore adolendo. Quapropter hoc vult clariſſimus Majemonides, nullam aliam ob cauſam jura ſacrificiorum eſſe divinitùs ſancita, quibus pareretur conjunctio hominum cum natura divina rite cognita; niſi quia tum omnes homines erant aſſueti religione ſacrificiorum, & arduum eſt in primis, ac difficile conſuetudinem inveteratam penitus amittere: hinc eſſe ſancitum de ſacrificiis Deo ſupremo faciendis, ut hoc pacto homines ducerentur ad illud, quod divina mens primum intenderat, conſilium, infinitæ naturæ ſuæ notitiis imbuere mortales, religione cerimoniiſque ſibi conjungere, ab impio ſimulacrorum cultu avertere. Quod cùm ita ſit, in conſtitutione ſacrificiorum ex ſententia doctiſſimi Majemonidæ finem reperire licet duplicem: primum, quem ſolum percepit R. Moſes Nachmanides: & ſecundum; quorum ad utrumque præceptionem ſacrificiorum retulit Deus Optimus Maximus. Quæ ſi rectè intelligantur, nec R. Moſis Nachmanidæ quæſtionibus & dubiis locus relinquetur, nec R. Moſis Narbonenſis ſolutionibus uſus erit. Hæc mihi viſum eſt in defenſionem hujus ſententiæ dicere. Porrò R. Levi Gerſomi filius commentariis ſuis in Legem, ea diſtinctione, quæ *Præcipito* inſcribitur, magno ſanè conatu cauſas ſacrificiorum affert; ſed adeo debiles, adeo contortas, ut nihil ſupra: itaque ab his ego receſſi. Vidi etiam apud recentiorem quendam ſcriptorem hanc ſententiam de fine ſacrificiorum: ſacrificiis id agi demum, ut ad Deum homines accederent: & accederent ad Deum aut ſic, ut angeli, quod efficeretur ſacrificiis ſolidis, quæ Deo adolebantur tota; aut ut cœli templum, id quod efficeret cùm ſacrificium piaculare, tum ſacrificium pro delicto, quod à ſacerdote, qui maleficium admiſſum procurabat & expiabat, comedebatur; aut ut menti & rationi divinæ proxima accedit humana intelligentia, qua virtutes continentur, id quod efficeretur ſacrificiis pacificis; & hoc pacto ſacrificiis ſignificari, nobis ut terrenis ac concretis, tamen conſulere Deum, & ſacra noſtra reſpicere: nec id quidem mihi probatur.

 Ego

ואמנם דעתי בזה שאין ראוי לתת תכלית אחד בכל מיני הקרבנות
כי הנה הצורות ימשכו אחריהם התכליות וכהיות צורות הקרבנות
מתחלפות יהיו בהכרח תכליותיהם גם כן מתחלפים ומי יתן ידעתי
השלמים למה היה חלק מהם נשרף על גבי המזבח וחלק מהם
נאכל לכהנים והשאר כלו נאכל לבעלים ואמנם בחטאת ובאשם
לא היה דבר מהם נאכל לבעלים אלא קצתם נשרף על המזבח
וקצתם נאכל לכהנים אבל העולה היתה כלה נשרפת ואין לבעלים
ולא לכהנים חלק נאכל ממנה כלל והחלופים האלה אי אפשר
שלא תהיה להם סבה הכרחית קיימת עוד תשוב תראה שהעולה
והשלמים כל אחת נקרבת עמו מנחה מסולת בלול בשמן ולבונה
ויין לנסך כי אי אפשר להעלות עולה ולא שלמים אם לא
יקריבו עמהם מנחת הנסכים ואמנם החטאת והאשם לא יקריבו
עמהם מנחת הנסכים לא סלת ולא לבונה ולא יין ולא שמן ומה
יהיה סבת כל זה על כן אמרתי שהם שלשת מיני הקרבנות הא'
הוא קרבן עולה ומנחתו ונסכו והב' הוא החטאת והאשם כי שניהם
באים כאחד על חטאת אם לא שהחטאת הוא על חטא ידוע שחטא
בשגגה והאשם הוא הבא על הספק אם חטא ואם לא חטא ואין
עמהם לא נסכים ולא מנחה כמו שאמרתי והשלישי הם שלמים
ומנחתם ולכך ראוי לשער בהם שלשה תכליות תכלית אחד למין
אחד והנה תכלית העולה הוא לדבק הנשמה השכלית עם בוראה
יתברך ובבחינת הנפש והשארותה היה העולה לרמוז שכמו שהבעל
חי ההוא במותו היה נקרב על מזבח השם והיה נדבק אל
האש ומתאחד עמו ועולה ריח נחח ליהוה כן האיש המקריב או
הצבור אחרי מותם יעלו אל האלהים בהר יהוה ומקום קדושתו

וידבק

Ego verò ſic in animum induxi meum, non convenire finem unum ſtatuere communem omnibus ſacrificiorum generibus. finis enim congruebat cum ratione ſacrorum & forma: quæ cùm eſſet multiplex & varia, conſentaneum erat eorum finem etiam eſſe varium. Quòd utinam ſcirem quid eſſet, quòd ex ſacrificio pacifico pars ſuper altaribus adoleretur, pars à ſacerdotibus comederetur, & reliquum à domino: ex hoſtia autem piaculari, tum ex hoſtia pro delicto nihil quidquam comeſſet dominus; ſed in altaribus adoleretur earum aliquid, reliqua comederentur à ſacerdotibus: ſolidum autem ſacrificium nulla comederetur ex parte nec à domino, nec à ſacerdotibus; ſed totum adoleretur in altaribus. non poteſt enim, quin eſſet harum differentiarum neceſſaria, firma, ſtabiliſque cauſa. Præterea autem videre eſt ſacrificio tam ſolido, quàm pacifico conjungi ſertum è ſimila oleo ſubacta, thus, & vinum ad libandum; nec omnino ſine ſerto libaminum unquam fieri ſacrificium ſolidum, aut pacificum: rurſumque tum ſacrificium piaculare, tum ſacrificium pro delicto fieri ſemper nec ullo adhibito ſerto libaminum, planiùs dicam, ſemper ſine ſimila, ſine thure, ſine vino, ſine oleo. His ego cauſis & rationibus adductus ſum, ut crederem genera ſacrificiorum eſſe tria: quorum unum erat ſacrificium ſolidum cum ſuo ſerto atque libatione: alterum verò ſacrificium piaculare, ſimul & ſacrificium pro delicto. namque pariter ambo ob peccatum fiebant cum hoc uno diſcrimine, quòd piaculare ſacrificium fiebat cùm certò ſciretur imprudenter eſſe peccatum; ſacrificium autem pro delicto cùm ambigeretur, peccatum eſſet, necne: tum autem neutri horum, ut ante dixi, nec libatio, nec ſertum adhibebatur: & tertium genus erat ſacrificium pacificum conjunctè cum ſerto ſuo: quo poſito, ponere triplicem finem, ſuum cuique generi, commodum erit. Finis igitur ſacrificii ſolidi fuit illud, ut homo mentis oculos ad vim & naturam divinam ſui procreatricem adjiceret, & intelligeret immortalem eſſe ſuum ipſius animum. Nempe ſignificabat ſacrificium ſolidum ut animal ſecundum jugulationem altaribus divinis admittebatur, ubi admotum igni & adjunctum expiraret odorem Deo multo ſuaviſſimum; ſic ejus, aut eorum, à quibus hoc ſacrum conficiebatur, poſt mortem animos ad Deum pervolaturos in locum celſum & auguſtum, ibique di-

וידבק ויתאחד תחת כסא כבודו כי אש אוכלה הוא והנפש תעלה
ריח נחח ליהוה ולכן נקראת עולה לפי שתורה על נפש האדם
העולה היא למעלה והיתה נשרפת כלה כליל לגבוה על מזבחו
לרמוז שהרוח השכלי ישוב אל האלהים אשר נתנו ומפני זה אמרו
רבותינו זכרונם לברכה אין העולה באה אלא על הרהורי הלב ואמר
רבי לוי מקרא מלא הוא שנאמר גבי איוב והעלה עולות מספר
כלם כי אמר איוב אולי חטאו בני וברכו אלהים בלבבם רצו בזה
שהמקריב עולה הנה הוא מסיר מתוכו מוטה וכל אמונה רעה
והרהור רע כאלו יאמר שובי נפשי למנוחייכי ובעבור זה היה
העולה תמיד זכר תמים כי הצורה נמשלה לזכר והחומר לנקבה
כמו שזכר הרב המורה וסמך ידו על ראש העולה לרמוז שתעלה
על מזבח העולה במקומו ויזרקו עליו את דמו כמו שרמו ונפשו תדבק
שמה ולהיות קרבן העולה בבחינת הנשמה השכלית שהיא עצמות
האדם אמר הכתוב אדם כי יקריב מכם קרבן ליהוה רוצה לומר
שמהם ועצמותם יהיה הקרבן ההוא ואמר גם כן לרצונו לפני יהוה
רוצה לומר שיקריב האדם את עצמו ורצונו וחפצו לפני יהוה כאלו
המקריב מודה חיוב הקרבת עצמו בכל כחות נפשו לעבודת בוראו
ושכל מאויו וחפצו הם לדבקה בו ולעלות אל מזבח קדשו הרוחני
כמו שיעלה אותו העולה על מזבח בית מקדשו בארץ כי בזה
יתרצה

vinæ majeſtatis, qui vorax eſt ignis, ſolio appoſitos, adjunctos odorem ſpiraturos Deo longè jucundiſſimum. Ergo ſacrificium hoc notabatur vocabulo, cujus vis eſt ſublime ferri; quia enim ſignificabat hominis animum intelligentiæ compotem, qui corporis vinculis relaxatus ſuâ naturâ ſublime fertur. Adolebatur autem Deo totum in altaribus ei dicatis, quod indicabat animum remeaturum ad Deum, à quo homini datus erat: dictum eſt igitur à ſapientibus noſtris honoris causâ nominandis, ſacrificium ſolidum non niſi de cogitationibus animi fiebat: immò verò idem hoc, ſicut R. Levi quidam annotavit, in literis ſacris planè dicitur. eſt enim apud *Jobum*, 1. 5. *Et fecit ſacrificia ſolida, quorum numerum æquavit cum liberis. Jobus enim ſecum cogitabat, forte liberi mei peccarunt, & animo maledixerunt Deo:* ex quo intelligitur, quòd qui ſacrificium ſolidum faciebat, hærentem intus in animo labem elueret, perſuaſionem impiam, cogitationem pravam; & ſecum ita quaſi loqueretur, redi anima mea ad quietem tuam: atque hac de cauſa animans, quo ſacrificium ſolidum fiebat erat mas integer, quippe quòd forma maris eſt inſtar, feminæ materia, quemadmodum à principe doctrinæ Majemonide proditum eſt. Porrò homo manus imponebat capiti animantis, quo conficiebat ſacrum ſolidum, ut fateretur victimam illam vicem obire ſuam, pro ſe mactari, & illius ſanguinem inſpergi altaribus, ubi ſanguinem & vitam ſuam profundi jus erat. Quod autem ſacrum ſolidum deſignabat mentem & rationem, in quo ſumma eſt hominis, idcirco de hoc ſcriptum legitur, *Lev.* 1. v. 2. *Quiſque ſacrificium Domino cùm faciet è vobis*, cujus vis, ut ſacrificium illud eſſet non modò ex ipſis, ſed etiam ex eo, quod in ipſis infinita præſtantia præcelleret. Eodem modo quod dicitur in ſequenti verſu, *Ad voluntatem ſuam ante Dominum*, ſignificabat illud, ut homo corpus, voluntatem, & ſtudium ſuum ſacrificaret ſummo rerum Domino, id eſt, ut, qui faciebat ſacrificium, fateretur jus eſſe bona corporis & omnes animi ſui virtutes deſtinari ad colendum & venerandum Creatorem ſuum, ut hoc unum cuperet, hoc unum ſtuderet ſe conjungere Deo, & in ejus aram aſcendere, illam cœleſtem ſic, tanquam victima, quâ ſacrificium ſolidum fiebat, tunc ipſum in terris aſcendebat in aram ejus auguſti Templi, quòd eo demum modo

ſervus

יתרצה עבד אל ארוניו ויעשה נחת רוח לפניו כמו שאמר ונרצה לו לכפר עליו והיה התועלת גם כן בקרבן העולה המכינו אל הדבקות הרוחני להוריד על נפשו שפע ודבקות אלהי ומפני זה הקריבו קין והבל קרבנות ואמרו רבותינו זכרונם לברכה שאדם הראשון גם כן הקריב עולה ונח גם כן בצאתו מן התיבה העלה עולה וכן אברהם יצחק ויעקב ומשה הקריבו עולה במזבחותיהם כדי שיבואם השפע האלהי ונבואתו ובלעם מפני זה ערך מזבחותיו והעלה פר ואיל במזבח ואמר לבלק התיצב על עולתך ואלכה אולי יקרה יהוה לקראתי כי חשב שבסבת העולות ההן תבואהו הנבואה ואמנם המנחה והנסך הבא עם העולה היה לרמוז הדבקות וההשארות יגיע לנפשו העולה היא למעלה מפני הסבות המביאות אותו אליו האחד מצד היותו אדם כי הנשמה השכלית תוכה אל ההשארות והדבוק העליון לא צורת שאר הבעלי חיים הבלתי מדברים ולרמוז לזה היה הקמח סולת מן החטים מאכל החי המדבר בלבד ושני עדים יש בדבר הזה הא׳ עומר השעורים הנקרב ממחרת הפסח לרמוז שעדיין לא באו לשלמות האנושי עד סוף הספירה שמקריבים שתי הלחם מהחטים ויקבלו את התורה והב׳ מנחת הסוטה הבאה מהשעורים וכמו שאמרו רבותינו זכרונם לברכה היא עשתה מעשה בהמה וכולי הא למרת שהחטה והסלת שלהם באים לסימן מאכל אדם כי על כן הקפידה התורה באמרה סולת חטים תעשה אותם ולפי שהאדם לא יזכה אל ההשארות והדבקות בהיותו אדם בלבד אלא בהיותו שלם במושכלות

ובמדות

ſervus ſceleratus ſummum Dominum placatum efficere poterat: nimirum hoc eſt illud, quod dicitur verſu proximo inferiori, *Ut hoc ei gratum ſit ad expiandum illum.* Quod ſacrificium ſolidum cùm fingeret hominem ad amorem & ſtudium rerum cœleſtium, tum præcipuè deducebat in animum ejus inſtinctum & inflatum divini Spiritus. Quamobrem à Caino & Abele hujus generis ſacrificia facta ſunt: item & princeps hominum auctoribus ſapientibus noſtris hujus generis ſacrum fecit. Noa quidem egreſſus ex arca ſolidum fecit ſacrificium: præterea autem Abrahamus, Iſaacus, Jacobus, & Moſes in iis, quæ Deo ſtatuerant, altaribus ſolida ſacrificia fecerant, ut divini numinis afflatum, & vim vaticinandi conſequerentur: itaque Balaamus cùm altaria multa conſtruxiſſet, & in ſingulis eorum ſacrum ſolidum juvenco & ariete conſeciſſet, tum regi Balaco ita dixiſſe dicitur *Num.* c. 23. v. 3. *Tu tuis ſolidis aſſiſte ſacris, ego ſecedam, ſi forte mihi Deus occurrat:* ſcilicet ſacrorum ſolidorum à ſe factorum gratiâ putarat viſum ſibi datum iri vaticinum. Quod autem addebatur hoſtiæ ſolidæ fertum & libamen, id admonebat hominem de fine bonorum, quem in altiſſimo divinæ naturæ domicilio adepturus eſſet ejus animus his rebus: primùm ob id ipſum, quòd eſſet humana forma rationis compos & particeps, quæ immortalis eſt, & ſocietate Deo conjungitur ſcilicet, forma cæterorum animantium ratione carentium non item: indicabat hoc medulla farris triticei, quod eſt ſolius animantis ratione utentis pabulum: namque teſtimonio ſunt duæ res: una manipulus hordei, qui poſtridie Paſchæ libabatur ideo, ut ſignificaretur Iſraelitis necdum abſolutam exiſtere naturæ humanæ perfectionem: quæ completo dierum numero, ubi Legem divinam acceperant, cùm adeſſet, tum verò panes è tritico libabant duos. Altera res erat fertum à muliere adulterii ſuſpecta item hordeaceum, de quo ſapientes noſtri honoris cauſa nominandi, hæc vixit more pecudis, noſti reliqua: unde patet ſimilam è tritico libatam, quæ ſignificaret id quod eſſet homini ad veſcendum aptum; adeóque tam expreſsè divinâ Lege caveri, *Exod.* 29. 2. *Ea (cruſtula) triticea è ſimila facito.* Quoniam verò nemo homo humanitatis ſolius ergo finem bonorum adepturus eſt, niſi idem veris divinæ naturæ notitiis excultus ſit, & optimis

moribus

ובמדות המשובחות כי הם סלם לעלות בהם אל ההצלחה האחרונה
לכן צוה שיהיה סולת בלול בשמן כי השמן מורה על
השכל והוא השמן זית זך כתית למאור ושיהיה עליה לבונה
שריחה טוב רמז למדות המשובחות שריחם ושמם הטוב נודף
ומלבד המנחה הזאת הרומזת לאדם השלם במושכליו ומדותיו
צוה שיקריבו גם כן יין לנסך והוא בא לרמוז אל השלמות
המיוחד האמתי המגיע לכל איש ישראל מצד התורה לפיכך
רמו הנביאים את האומה הזאת לכרם כמו שאמר כי כרם
יהוה צבאות בית ישראל וביחזקאל מה יהיה עץ הגפן מכל
עץ הזמורה וכדברי המשורר הבט משמים וראה ופקוד גפן זאת
ולהיות העולה והמנחה מורים על הרמז הנכבד הזה מהשארות
נפש כל איש ישראל ודבוקו באלהיו היה ראש הקרבנות והנכבד
שבהם התמידין שבכל יום ומנחתם ונסכיהם ועליהם נאמר
בסדר ואתה תצוה וזה אשר תעשה על המזבח כאלו לא
היה תכלית ענין המזבח וכוונתו כי אם להקריב עולת התמידין
בלבד וצוה שיקריבו אותה שתי פעמים ביום בבקר ובערב
כדרך הסעודות הבאות ערב ובקר כי כן ראוי שיבא הלמוד למזון
הנפש באלו העתות גם שמראת הערב והבקר תיישיר את הנפש
לדעת את יהוה באמצעות תנועת השמש בזריחת הבקר וביאת
הערב כמו שיתבאר בסדר פנחס וכן המוספים היו כלם עולות
ומנחתם ונסכיהם להיותם מורים על הדבוק שיזכו אליו בני
ישראל במועדיהם על ידי אותם העולות וכמו שיתבאר שמה
ואמנם.

moribus moratus, quarum veluti ſcalarum gradibus ad ſummum bonum aſcenditur; idcirco præſcriptum erat, ut ſimila ſubigeretur oleo, quod erat ſymbolum ingenii luce cœleſti colluſtrati, præſertim putum & purum illud oleum olivarium ad illucendum expreſſum: item ut ſuperadderetur etiam thus odoratum, quod deſignabat mores probos clariſſimi nominis odore fragrantes. Jam præter hoc fertum, quod ſignificabat hominem intelligentiis divinis, & moribus integris ornatum, edictum erat, ut adjungeretur ſacrificio ſolido vinum ad libandum: id indicabat quam Iſraelitarum quiſque præcipuam habebat à Lege divinitùs data præſtantiam excellentem: ex quo gentem noſtram cum vinea contulerunt vates, ut videre licet apud *Eſaiam*, 5. 7. *Nam vinea Jehovæ exercituum eſt domus Iſraelitica:* & apud *Ezechielem*, 15. 2. *Quid eſt lignum vitis præ cunctis lignis? Palmes*, &c. & apud Pſalmiſtam, *Pſal.* 80. 15. *Vide de cælo, reſpice, tuere vineam iſtam.* Quoniam igitur ſacrificium ſolidum & ejus fertum Iſraelitis reconditum illum ampliſſimúmque ſignificabat ſtatum, æternitatem animorum, ac conjunctionem cum natura divina, apud eos in honore erat ante omnia ſacrificium ſolidum illud juge ac quotidianum unà cum ferto atque libamine ſuo. nam in hoc ſacrificium capite *Exodi* undetrigeſimo, quod caput continetur ea Legis diſtinctione, *Quæ tu verò præcipito* inſcribitur, in illud ſacrificium *v.*38. dicitur, *Et hoc eſt, quod facietis ad aram*, perinde quaſi ara conſtituta fuerit eo conſilio, ut illud juge ſacrificium ſolidum demum in ea fieret: jam hoc juge ſacrificium ſolidum ut bis in die fieret, ſancitum erat, mane & veſperi. namque binæ fere ſunt hominum in ſingulos dies epulæ, veſpertinæ atque matutinæ: par erat igitur inſtitui hanc conſuetudinem, ut iiſdem temporibus ſuo pabulo paſcerentur animi: ſimul ipſa noctis & diei viciſſitudo trahebat animos ad cognoſcendam vim & naturam divinam, cùm cernerent ratum ſolis curſum, ortum & occaſum: ſed his de rebus plura diſputabuntur in ea Legis diſtinctione, quæ *Phineia* inſcribitur. Porrò autem omnibus diebus feſtis & ſolemnibus præcipua ſacra ſolida conſtituta fuerant ſuis & fertis & libationibus aucta, quæ ſignificarent Iſraelitas dies ſolemnes ſacris ſolidis faciendis celebrantes merituros, ut conjuncti naturæ divinæ ævo ſempiterno beati fruerentur, ſicut idoneo loco oſtendetur. Nonnunquam

ואמנם המקריב מנחת עולה מבלי נסך וזבח היה תכליתו בקרבנו תכלית העולה עצמו כמו שזכרתי בבחינת נשמתו ומפני דלותו אי לשאר הסבות נסתפק עם המנחה הנה התבאר מזה כלו תכלית העולה הנקרבת להשם ומנחתה ונסכה ולכן לא היו הבעלים ולא הכהנים אוכלים ממנה דבר לפי שהיתה כנגד הנשמה השכלית המיוחדת לבוראה שאין ביצירתה ובריאתה חלק לבעלים ולא לכהנים אלא ליהוה לבדו ואמנם שאר הדברים שזכר הכתוב בעולת הבקר ובעולת הצאן ובעולת העוף ומנחתם יתבארו בפירוש הפרשה׃

והחטאת והאשם שניהם היו באים על חטא כמו שביארתי כי החטאת הוא כשיזדמן האדם שחטא בשגגה והאשם בהיותו מסופק אם עבר על אותה מצות לא תעשה אם לא עבר ואתה תראה שאין בעולה ולא בשלמים ולא במנחה הבדל מהמקריבין כי שוה הוא הדין שיקריב אותם המלך או שיקריב אותם ההדיוט מעם הארץ אבל בחטאת יש הבדל גדול בין השוגגים הבעלים המקריבים כי אם היה השוגג כהן משוח והוא הכהן גדול היה מקריב פר בן בקר על שגגתו והיה נשרף כלו כמו העולה ולא היו נבדלים אלא כשהעולה היתה נשרפת כלה על גבי המזבח ואמנם פר כהן משוח היו האמורים שלו נשרפים על גבי המזבח ושאר הפר כלו היה נשרף מחוץ למחנה וגם היה הבדל אחר ביניהם והוא שדם העולה לא היה נכנס פנימה להזות על הפרוכת ועל מזבח הקטורת ואמנם דם פר הכהן המשוח היה נכנס פנימה בהזאה שבע פעמים לפני יהוה ואל פני פרוכת הקדש ואם היה החוטא השוגג כל עדת ישראל היו מקריבים פר בן בקר והיה דינו בכל.

etiam ſacri ſolidi fertum Deo quis obmovebat ſine libamine, ſine victima: omnino hoc munuſculum offerenti conſtitutus erat finis idem, quem dixi fuiſſe ſacrum ſolidum facientis; ſcilicet immortalitatem animi noſcere: ſed ob pauperiem, aut aliam quandam cauſam homini fertum ſolum offerre ſatis erat. Ex his omnibus ſic expoſitis intelligitur, quam ob rem Deo ſacrum ſolidum fieret, idémque ferto augeretur atque libamine, tum cognoſcitur & illud, nihil inde nec domino, nec ſacerdotibus eſſe comedendum, quia enim ſpectabat ad animum unius effectoris ſui Dei proprium, ut cujus origo atque molitio nullatenus ad dominum aut ſacerdotes; ſed ad Deum unum ſolum tota pertinebat. Porrò quæ divina Lege commemorantur de ſacris ſolidis ſeu pecore bubulo, aut oviarico, ſeu volucri faciendis, déque fertis eorum, atque libaminibus, hæc in explicandis divinæ Legis verbis ſingulatim explicabuntur.

Jam verò cùm piaculare ſacrificium, tum ſacrificium pro delicto, ſicut demonſtravi, fiebant ambo de peccatis. illud enim faciebat qui per imprudentiam à ſe peccatum, certò ſciebat: hoc autem qui ambigebat adverſum aliquod vetitum feciſſet, an non: atque vides in ſacris ſolidis & pacificis ac ſertis nihil differre inter eos à quibus fiebant, prorſus in illis æquabile jus regis & unius de multis eſſe deſcriptum: de ſacrificio piaculari non erat ita: multum intererat inter eos, quorum imprudentia ſacro piaculari luebatur: ſacerdos unctus, qui idem pontifex maximus nominatur, cùm erraverat, errati piaculum fiebat juvenco, quod non ſecus, ac ſacrificium ſolidum, igni totum abſumebatur: id diſcriminis erat inter hoc & illud: ſacrificium ſolidum cremabatur totum in altari: aſt de ſacerdotis uncti juvenco adolebantur in altari exta ſola: reliquus juvencus totus cremabatur extra caſtra: præterea autem inter ſe diſcrepabant hac alia re: non inferebatur in adyta templi victimæ ſolidæ ſanguis, quo conſpergeretur velum & altare ſuffimenti; ſanguis autem juvenci illius, quo imprudentia ſacerdotis uncti expiabatur illatus in occulta ac remota templi ſpargebatur ſepties ad auguſtam Dei ſedem verſus, & ſepties ad velum verſus, quod velum templum diſcriminabat. Item & univerſus Iſraelitarum cœtus cùm peccarat per errorem, errati piaculum faciebat juvenco: omnino in hoc ratio tenebatur

בכל הדברים כדין קרבן פר הכהן המשיח ואם נשיא יחטא שהוא כולל למלך ולשופטים יקריב שעיר עזים זכר אמנם לא יובא את דמו להזות אל הפרוכת פנימה ולא היה נשרף ממנו אלא האמורים בלבד והנותר ממנו היה נאכל ואם החוטא השוגג היה הדיוט מעם הארץ או ששמע קול אלה ולא הגיד או איש אשר יגע בכל דבר טמא או בטומאת אדם או לבטא בשפתים היה קרבן כל אחד מאלה נקבה מהכבשים או שעירה מהעזים וראוי שיבוקש הסבה התכליתיית בדברים האלה רוצה לומר מאיזו בחינה נדמה פר החטאת של הכהן המשיח עם העולה תמימה ולמה נמצא יתרון בעולה שהיה נשרפת כלה על גבי המזבח ואין בן פר החטאת שהיה נשרף מחוץ למחנה ונמצא יתרון אחר בפר החטאת שהיה נכנס דמו אל הקדש פנימה ואין בן דם העולה והב׳ למה היה קרבן שוגג הכהן גדול וקרבן הקהל גם כן פר בן בקר אמנם קרבן שוגג הנשיא היה שעיר עזים זכר לא פר בן בקר ובכלל שהנה יפלו בזה שאלות ראוי שנתעסק בתשובתם והתירם והם אלו שאזכור פה בסדר ·

שאלה הא׳ למה זה היה חטאת הכהן גדול וחטאת הקהל גם כן פר בן בקר נשרף כלו כמו העולה שהיא כלה כליל לגבוה ומה הדבר אשר ביניהם אשר בעבורו השתוו העולה והחטאת ·

שאלה הב׳ אם היה החטאת הזה שוה במדרגה לעולה איך היה נכנס דם החטאת הזה פנימה להזות על פרוכת הקדש ועל מזבח הקטורת ולא היה כן דם העולה ·

שאלה הג׳ אם היה החטאת הזה למעלתו נכנס דמו פנימה למה לא היה פר החטאת כלו נשרף על המזבח כמו העולה אבל היו אמוריו נשרפים על המזבח ובשר הפר כלו היה נשרף מחוץ למחנה כמו שצותה התורה :

שאלה

batur eadem, atque in juvenco piaculari ſacerdotis uncti. Cum peccaverat errore princeps, quod nomen & regi conveniebat, & *judici, piaculare ſacrificium faciebat hirco: hujus ſanguis non inferebatur in adyta templi, adolebantur exta ſola, reliqua comedebantur. ſi verò per imprudentiam aliquid in ſe admiſerat unus de multis; ſi adactus jurejurando de re quapiam, cujus eſſet conſcius, teſtimonium non dixerat, ſi quid immundum attigerat, aut ſeſe funeſtarat, ſi futile jusjurandum juraret, quidquid horum admiſerat, ſacrificium piaculare faciebat beſtiâ feminâ de pecore oviarico vel caprino. Convenit igitur harum rerum inveſtigare cauſam ultimam, & ſcire primùm juvencus ille piacularis ſacerdotis uncti cur aliquatenus æquaretur cum ſacrificio ſolido; tum hanc rem præcipuam haberet ſacrificium ſolidum, ut adoleretur in altari totum, cùm juvencus ille piacularis ureretur extra caſtra? Rurſúmque cur præcipuè juvenci piacularis ſanguis inferretur in templi penetralia, ſanguis victimæ ſolidæ non inſerretur? Deinde cur imprudentia ſummi pontificis & univerſi cœtus cùm luebatur, piaculum fieret juvenco; & principis imprudentia cùm luebatur, piaculare ſacrum fieret non juvenco, ſed hirco? Cadunt in hanc rem bene multæ quæſtiones ejuſmodi, quas explicare quidem & dijudicare conſentaneum eſt. Quapropter hîc eas ordine ſubjiciam.

** Judicem intelligit eum, quem rectè, opinor, prætorem, ſeu potiùs dictatorem latinè dixerim, cujus unius dominatu tenerentur omnia.*

Prima quæſtio eſt, cur juvencus ille piacularis cùm pontificis maximi, tum univerſi cœtus cremaretur totus ſic, uti ſacrificium ſolidum, quod omnino adolebatur Deo? Quid tandem eſſet eorum commune, propter quod inter ſe ratione quadam æquarentur?

Altera quæſtio eſt, cur ſi hoſtia piacularis illa erat ejuſdem gradus, atque victima ſolida, illius ſanguis in templi penetralia illatus aſpergeretur velo, quo diſcernebatur templi pars illa ſancta quæ dicitur, & altari ſuffimenti, non idem hoc victimæ ſolidæ ſanguine fieret?

Tertia quæſtio eſt, juvencus iſte piacularis, cujus ob præſtantiam excellentem ſanguis in adyta templi inferebatur, cur non adoleretur in altari totus itidem, ut ſacrificium ſolidum; ſed ejus exta duntaxat adolerentur, caro autem univerſa cremaretur extra caſtra, quemadmodum à Lege edicitur?

Quarta

שאלה הד׳ מה גרע חטאת הנשיא שלא היה פר בן בקר כחטאת כהן גדול והסנהדרין והיה בלבד שעיר עזים זכר בהיות המלך מעלתו גדולה מהסנהדרין ומכהן גדול:

שאלה הה׳ למה בשעיר חטאת הנשיא לא היה דמו נכנס פנימה להזות כמו שהיה בכהן גדול והסנהדרין האם מפני שהוא שעיר הנה בשעיר יום הכפורים נאמר והביא את דמו אל מבית לפרוכת ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר:

שאלה הו׳ למה זה היה חטאת הכהן גדול והסנהדרין כלה נשרפת וחטאת הנשיא לא היה כן כי היה בלבד שורפים ממנו האמורים והנותר היה נאכל לכהנים:

שאלה הז׳ למה בהיות השוגג החוטא הדיוט מעם הארץ היה קרבנו שעירת עזים נקבה ולא זכר והנה חטאת הכהן גדול והקהל והנשיא כלם היו זכרים אם פרים ואם שעירים:

שאלה הח׳ למה לא היה נכנס דם החטאת ההדיוט פנימה להזות על פני הפרוכת ולא היתה נשרפת חטאתו כחטאת הכהן גדול והקהל:

שאלה הט׳ למה זה בנפש כי תחטא ושמעה קול אלה ושאר הדברים והטומאות אשר זכרה תורה נאמר והביא את אשמו ליהוה על חטאתו נקבה מן הצאן וגומר והכתוב קורא זה אשם וקרבן האשם הוא איל לא כבשה ולא שעירת עזים ואף שיהיה חטאת למה לא היה שעיר זכר:

שאלה הי׳ למה זה בכל מצות החטאת שזכרה תורה לא נאמר ואם לא תגיע ידו די שה אלא באחרונה הזאת שהביא קרבן הדל

שיהיה

Quarta quæſtio, quid eſſet, quòd principis diminueretur ſacrum piaculare, quod non item, ut ſummi ſacerdotis, & ſenatus ſupremi juvenco; ſed hirco vili fiebat, cùm alioqui regis eſſet dignitas dignitate ſupremi ſenatus, ſummíque ſacerdotis ſuperior?

Quinta quæſtio, cur illius, qua principis erratum luebatur, hoſtiæ piacularis ſanguis in penetralia templi non inferretur? An quia hircus eſſet? At de hirco, qui ſacrificabatur ad ſolemnem Expiationum diem, dicitur *Lev.* 16. 15. *Et inferat intra velum ejus ſanguinem, quo ſanguine faciat ſic, ut fecit ſanguine juvenci?*

Quæſtio ſexta, cur hoſtia piacularis & ſummi ſacerdotis, & ſupremi ſenatus tota cremaretur, ſecus eſſet de principis hoſtia piaculari, cujus adolebantur exta, reliqua comedebantur à ſacerdotibus?

Quæſtio ſeptima, cur unus de multis, cùm peccarat imprudens, ſacrum piaculare faceret caprâ, beſtiâ feminâ, non autem mari; contráque ſummus ſacerdos, univerſus cœtus, & princeps pariter omnes piacularia facerent beſtiis maribus, ſeu illis juvencis, ſeu hircis?

Quæſtio octava, cur ejus, qua privati hominis imprudentia luebatur, hoſtiæ piacularis ſanguis non inferretur in occulta & remota templi ad aſpergendum velum, neque ipſa cremaretur ut ſummi ſacerdotis, & cœtus univerſi hoſtia piacularis?

Quæſtio nona, cur cùm ſancitur, *Lev.* 5. 1. *Si quis eſſet, qui peccatum hoc commiſiſſet, ut adactus jurejurando*, & quæ deinceps ſequuntur de cæteris rebus & inquinamentis; atque verſu poſt ſexto edicitur, *Adducito victimam Domino ob peccatum quod commiſit, beſtiam feminam, aut de pecore oviarico*, &c. ibi victima אשם apelletur, quo ſere nomine notatur hoſtia pro delicto, quæ nunquam nec ovis, nec capra; ſed aries fuerit? Et ſi ſit eò loci hoſtia piacularis, cur non hircus definiatur?

Quæſtio decima, quid ſit, quòd in omnibus, quæ Lege ſanciuntur, hoſtiis piacularibus nuſquam afferatur hæc exceptio, *Extra quàm ſi facultates ejus non ſinant eum agno ſacrificium facere*, niſi in hac una poſteriori, ubi homo tenuior, jubetur

שיהיה שתי תורים או שני בני יונה ואם לא תשיג ידו להם שיביא עשירית האיפה והיה ראוי להיות הדין הזה כולל ושוה בכל חטאת :

ונראה לי כפי הסברא הישרה ושרשי התורה להשיב על זה הוא שהקדוש ברוך הוא רצה להזהיר את ישראל שלא יחטאו לפניו ולא יעברו על מצותיו לפי שפעמים ישגו בני אדם ויעשו מה שלא היתה כוונתם לעשות רצה יתברך להענישם בדבר מממונם כדי שיתפעל רוחם ונפשם בו וישארו נזהרים ולא ישגו עוד ולזה חייב לחוטא בשגגה שיביא קרבן חטאת שהוא עונש ממון כדי שיכין דרכיו ויזהר בכל כחו שלא יפול בשגגה עוד וגם קרבנות הטמאים לזה התכלית היו רוצה לומר להזהירם מהטומאות כי רובם יבואו לאדם בסבת עצמו ולא יאונה לצדיק כל און ונגע לא יקרב באהלו והצדיק הוא הזהיר והזריז ולכן הנזיר היה מביא קרבן על טומאתו מאשר חטא על הנפש רוצה לומר שלא שמר נפשו כראוי ועל זה אמרו רבותינו זכרונם לברכה זריזות מביא לידי זהירות והירות מביא לידי טהרה טהרה מביאה לידי קדושה והיה גם כן לזה התכלית קרבן הזב והמצורע ובועל הנדה וטמא מת ואוכלי בשר החזיר השקץ והעכבר וכל שכן שהיה ראוי להזהיר בשוגגות ממצות לא תעשה שזדונם כרת כדי שלא יבא האדם לעשותם ויאמר הלא שוגג אני ולפי שהחטא הוא קטן או גדול בערך החוטא היה הכהן גדול ששגג בהוראה והתיר לעם דבר האסור

אם

betur offerre binos aut turtures, aut pullos columbinos, & ſi nec id quidem præ rei familiaris anguſtiis poſſit, decumam Æphæ ſimilaginis? Rectius enim videri omnino hoſtiis piacularibus omnibus commune jus & æquabile conſtitui.

Ad ea igitur omnia hoc, ut mihi quidem videtur, poteſt ſecundum rectam rationem, Legíſque divinæ principia reſponderi. Quoniam ſuis Iſraelitis Deus Optimus Maximus interminatus erat, ne peccarent in eum adverſum ejus edicta facientes, & noverat non ita rarò venire uſu, ut à præſcriptione homines aberrarent omnia alia cogitantes, voluit illos diminutione bonorum multari, qua multa animi atque mentes eorum commoverentur ſic, ut deinceps ſtudioſiſſimè curarent, ne quid per errorem delinquerent. Hinc eum, qui peccarat imprudens damnavit ſacrificio piaculari, quo rei detrimento cogeretur vias ſuas obſervare diligenter omnes, & quantum poterat vigilare, ne quid maleficii poſthac per imprudentiam admitteret. Et inquinatorum hominum ſacrificia finem habuerunt eundem, uti ſcilicet caverent ab inquinamentis, quæ pleraque illis ſuâ culpâ obveniebant. nulla enim juſto pernicies intervenit, nec ulla labes in ejus accidit tabernaculo: juſtum autem hîc accipi volo cautum & ſtrenuum hominem. nam qui Nazareatu ſungebatur ob inquinamentum corporis ſui ſacrificium faciebat ideo, quod, ſicut dicitur *Num. 6.* 11. *In corpore peccarat:* id autem hoc valet, quòd non pro eo, ac debebat ſuum ipſius corpus caſtum & purum ſervarat: ex quo dictum eſt à ſapientibus noſtris honoris causâ nominandis, diligentia cautionem, cautio puritatem, puritas ſanctitatem parit. Namque hunc eundem finem habuit ſacrificium ejus, qui fluxione genituræ temeratus, qui lepris affectus erat, qui cum muliere menſtruali rem habuerat, qui funeſtatus erat, qui ſuillam, animantem humi ſerpentem, murem guſtarat. Atque cautio erat etiam multo major, ne quid per imprudentiam committeretur contra vetita illa, quibus conſultò proditis pœna conſtituta fuerat exitium, ſumma erat, inquam, cuique adhibenda cautio, ne quid adverſum hæc faceret, tum deinde diceret, incogitans ego feci. Cùm autem habita ratione errantis, erratum majus aut minus eſſet, ſi ſummus ſacerdos erraſſet in jure reſpondendo, multitudini rem Lege interdictam

אם למעוט ידיעתו או לקוצר עיונו גדול עונו מנשוא יען וביען
שפתי כהן ישמרו דעת ותורה יבקשו מפיהו כי מלאך יהוה צבאות
הוא והוא בהוראתו מלבד שחטא בעצמו החטיא את הרבים ולכך
זכרה תורה ראשונה חטאתו כי הוא הגדול שבחטאות ומפני שכפי
שורת הדין היה ראוי שיהיה ענשו במיתה והשרף גופו ואיבריו אשר
חטאו והרוח תשוב אל האלהים אשר נתנה כיון שלא חטאה
במתכוין אלא בשגגה לכן חייבתהו התורה שיביא פר בן בקר
תחת עצמו וסמך ידיו עליו לרמוז שהוא תמורתו ויזה מדמו על
פני פרוכת הקדש ועל מזבח הקטורת לבקש סליחה וכפרה לפני
האלהים היו אימורי הפר נקרבים על המזבח לרמוז על נקיות דעתו
וכוונתו בחטא ההוא ולכך נקרבו שמה קרביו להורות שהיתה נקיה
כוונתו והיה גופו נשרף מחוץ למחנה כפגר מובס כנגד גופו אשר
חטא החטא ההוא הנה אם כן לא היה קרבן החטאת הוה
שוה לקרבן העולה כי הוא היה רמז לשכר ולדבוק הרוחני ולכך
היתה העולה כלה נשרפת על מזבח השם אמנם חטאת הכהן גדול
היה רמז לעונש שהיא ראוי לו כפי שגגתו כי שגגת תלמוד עולה
זדון ולכך היה המעט ממנו נשרף על המזבח ורובו נשרף מחוץ
למחנה וזו היא תשובת השאלה הראשונה שלא היתה חטאת הכהן
גדול במדרגת קדושה שוה אל העולה התמימה לפי שקדושתם
נערכות כפי מקומות שרפתם ואחרי שהעולה היתה נשרפת
במקום קדוש על מזבח השם מבואר הוא שהיה זה לה
מדרגה עליונה על חטאת הכהן גדול הנשרפת מחוץ למחנה
ולשאלה

ſacere licere decreviſſet, quòd illam non ſatis ſciſſet, aut parum conſideraſſet, ſanè quàm magnum erat ejus erratum, & ad ignoſcendum perdifficile, quippe quòd, ut eſt apud *Malachiam*, cap. 2. v. 7. *Debent ſcientiam cuſtodire labra ſacerdotis, cujus ex ore quærenda Lex, propterea quòd internuncius eſt Dei exercituum*, & ille perperam decernendo non modò ipſemet erraſſet; ſed errore ſuo alios implicuiſſet innumeros: adeóque delictum ejus ut maximum omnium primum à Lege commemoratur. Summum igitur jus erat eum morte multari, tum corpus ejus igni conſumi totum, animum ad Deum, à quo datus erat, remeare, quando ſeſe maleficio obſtrinxèrat non conſultò & cogitatò, ſed per imprudentiam: verùm enim pro ſua ‘ benignitate Deus Lege ſanxit, ut ſacrificaret vice ſua juven- ‘ cum, & huic manus imponeret, quod commoneret eum ju- ‘ vencum ei ſuccedaneum eſſe ſubditum, tum ut hoſtiæ piacu- ‘ laris ſanguine propitiatorium ſanctum reſpergeret, & altare ‘ ſuffimenti, quod ſignificaret veniam & pacem à Deo petendam: jam hujus hoſtiæ piacularis interanea in altari adolebantur, quod ſignificaret mentem illius eſſe puram & vacuam ab iſto peccato, hac de cauſa, inquam, ibi adolebantur hoſtiæ piacularis interanea, ut indicarent inſontem eſſe pontificis mentem: corpus autem extra caſtra cremabatur ſic, tanquam cadaver projectum, ut ſignificaret pontificis corpus inquinatum eſſe maleficio. Quod cùm ita ſit, piaculare ſacrificium iſtud non fuit par & æquale ſacrificio ſolido. hoc enim ſignificabat æternum illud præmium, animum hominis cum natura divina conjungendum, & eam ob rem adolebatur in altari Dei totum: illud autem pontificis ſacrificium piaculare repræſentabat pœnam ejus imprudentiæ debitam; quia enim imprudentia doctoris pro audacia ducitur, & ea de cauſa quàm parva pars ejus in altari, longè maxima cremabatur extra caſtra: hoc igitur ad quæſtionem primam reſpondeo pontificis maximi piaculare ſacrificium ſacrificio ſolido neutiquam eſſe par gradu religionis: nempe ſacrorum religio judicabatur è locis, ubi conficerentur ac conſumerentur igni: cùm igitur ſacrificium ſolidum adoleretur in altari Dei quàm auguſtiſſimo loco, perſpicuum eſt multis partibus majorem habuiſſe religionem, quàm ſacrificium piaculare pontificis maximi, quod extra caſtra combureretur.

ולשאלה הב׳ אומר שלא הצריכה התורה להזות מדם החטאת בקדש פנימה אלא לבקש כפרה וסליחה על החטא החמור שיחטא הכהן גדול או הקהל ולכן בפרשת אחרי מות בעבודת יום הכפורים צוה שמדם הפר ודם השעיר יזה על פני הכפורת ונאמר וכפר על הקדש מטומאות בני ישראל ומפשעיהם לכל חטאתם וכן אמר והקריב אהרן את פר החטאת אשר לו וכפר בעדו ובעד ביתו הרי שלא היתה הזאת הדם פנימה אלא לדם החטאת לבקש סליחה וכפרה אבל העולה שלא היתה בה חומרת חטאת ולא היו צריכים בה לכפרה רבה לא היה צורך להכניס ולהזות דמה פנימה וכן לשאלה הג׳ אומר שהיתה חטאת הכהן גדול נשרפת מחוץ למחנה ולא על גבי המזבח לעונש על שגגתו ואמנם חטאת הקהל היה ככה גם כן בהכנסת הדם לפנים ושרפת החטאת לפי שחטא השגגה בדברים שזדונם כרת ועל שגגתם מביאים חטאת הוא יותר נערך כמו שאמרתי בכהן גדול שיורה משפטיו ליעקב ותורתו לישראל וכן בסנהדרין שהם מורי התורה ומלמדים גם שהיתה שגגתם יותר מוקשת לפי שהעם חטא על פי דבריהם והיו אם כן חוטאים ומחטיאים את הרבים וכן היה דינם של הסנהדרין בענין החטאת שוה בשוה עם חטאת הכהן גדול ולשאלה הד׳ אומר שלא היה חטאת הנשיא פר בן בקר כי אם שעיר לפי שהוראת התורה ומשפטיה לא היה מוטל על הנשיא או המלך כמו שהיה מוטל על הכהן גדול והסנהדרין ולכך לא היה חטאו בשגגה כל כך נערך כחטאתם והיה הנשיא חוטא אבל לא מחטיא את אחרים ככהן גדול וכסנהדרין ומפני זה לא היה קרבן חטאתו פר כמו הם אבל היה

בלבד

bureretur. Ad ſecundam quæſtionem dico nullam aliam ob cauſam Lege ſancitum, ut hoſtiæ piacularis ſanguis diſpergeretur in occultis & remotis templi, niſi ad procurandum & expiandum grave pontificis maximi peccatum aut conſilii publici. namque Legis diſtinctione, quæ *Poſt mortem* inſcribitur, *Levitici*, inquam, capite 16. quod eſt de die Expiationum ſancto habendo, poſtquam edictum eſt, ut juvenci hircique ſanguine propitiatorium aſpergatur, ſtatim additur *v.* 16. *Ac ſanctuarium expiato ab inquinamentis Iſraelitarum, & ſceleribus, cunctiſque peccatis*; & undecimo ante verſu dicitur in eandem ſententiam, *Tum juvencum ſuum piacularem ſacrificet, eóque ſeipſe domúmque ſuam expiet.* Unde cognoſcitur in templi penetralibus non eſſe reſpergendum, niſi ſanguinem hoſtiæ piacularis ad veniam & impunitatem à Deo petendam: ſacrificium autem ſolidum cùm non fieret gravi de peccato aliquo; nec expiaretur eo multum, ſanguinem ejus in adyta inferri, ibíque diſpergi non neceſſe erat. Idem ad quæſtionem tertiam reſpondeo pontificis maximi piaculare ſacrificium idcirco eſſe non ſuper altari, ſed extra caſtra crematum, ut ejus erratum hac ignominia coerceretur. Atque de hoſtia piaculari publici conſilii eodem modo & ſanguis inferebatur in adyta templi, corpúſque comburebatur. Nimirum in quibus maleficiis audacia coercebatur exitio, in his, ut ante poſui, multo minus ferenda erat ſummi ſacerdotis imprudentia, cujus erat jura ſancta Jacobæis, & Iſraelitis Legem divinam explicare: quod idem dicendum de ſenatu illo maximo, qui Legem divinam tuebatur & exponebat: præterea autem erat talis illorum imprudentia hoc pejor, quòd ex ipſorum auctoritate rem nefaſtam faceret populus, ut ſeſe pariter & innumeros alios implicarent maleficio: quapropter in hoſtia piaculari publici conſilii tenebatur ratio eadem, atque in ſummi ſacerdotis. Ad hoc autem, quod quarto loco quæſitum erat, cur piacularis hoſtia principis eſſet non juvencus, ſed hircus, reſpondeo; quia Legem explicare, jus exponere non tam officium erat principis, quàm ſummi ſacerdotis, ſenatûſque: qua de cauſa hujus erratum errato illorum non exæquabatur: porrò non fundebatur in multitudinem principis error item, ut pontificis maximi & ſenatus: ideóque piaculum illius non itidem, ut horum juvenco; ſed

hirco

בלבד שעיר עזים להורות על שגגתו מבלי חכמה ודעת ולהיות שגגתו קרובה לשגגת ההדיוט מעם הארץ היה חטאת שניהם קרובים זו לזו הנשיא היה מביא שעיר מפני כבודו והעם הארץ שעירה הנכנעת ונכבשת לשעיר וכן אומר בתשובת השאלה הה' שלא היה דם שעיר חטאת הנשיא נכנס פנימה להוות בקדש כמו שהיה בחטאת הכהן גדול והסנהדרין מפני קלות חטאו שהיה כשגגה היוצאת מלפני השליט לקוצר חכמתו וידיעתו בדיני התורה והכנסת הדם פנימה היה מיוחס אל הכהן הגדול ולקהל לכפר על הקדש מטומאות בני ישראל ומפשעיהם לא לאדם אחר וכן אומר בשאלה הו' שהיתה חטאת הכהן גדול והסנהדרין כלה נשרפת מפני חומרת שגגתם המחטיאה את הרבים אבל שגגת הנשיא לקלותה לא היתה נערכת כל כך ולכן לא היתה חטאתו נשרפת כלה ולשאלה הז' אומר שהיתה חטאת השוגג מעם הארץ שעירת עזים נקבה לא זכר לרמוז שלהיותם חמריים הדיוטים וגסים בטבעם נפלו בזאת השגגה כי הנה הנקבה רומז אל החומר כמו שזכר הרב המורה הנה הכהן גדול והסנהדרין והנשיא מפני כבודם לא רצה הכתוב לחייבם בקרבן נקבה כדי שלא לפרסם שהיו חמריים וגסים בטבעם ובזה גם כן אשיב לשאלה הח' שלא היה נכנס דם חטאת ההדיוט פנימה מפני מעוט ענינו כי לא היה נכנס שמה אלא דם חטאת הכהן גדול והקהל מפני גודל ערכם ולזה בעצמו לא היתה נשרפת חטאת ההדיוט כלה לפי ששגגתו

לא

hirco ſolummodò fiebat, id quod oſtendebat inſcientem atque imprudentem peccaſſe principem: ut igitur erratum principis non multum diſtabat ab errato unius de multis; ſic etiam non multum differebat inter utriuſque piaculare ſacrificium: fiebat illius hirco propter imperii dignitatem; & hujus caprâ, quæ ſummittitur hirco, atque ſubigitur. Quod quinto loco quæſitum eſt ſimiliter diſſolvo, de principis hirco piaculari ſanguinem in templi penetralia non inferri, ut ejus aſperſione locus auguſtiſſimus expiaretur, id quod fiebat in hoſtia piaculari cùm pontificis maximi, tum ſupremi ſenatus; propterea videlicet, quia levius erat ejus maleficium, profectum, ut dicitur, ab imprudentia dominatoris, qui fere Legis intelligentiam, & peritiam juris non aſſequebatur. nimirum id erat, quod ex ſummi ſacerdotis, publicíque conſilii piacularibus hoſtiis præcipuè ſanguis inferretur in occulta & remota templi ad expiandum ſanctuarium ab inquinamentis Iſraelitarum & ſceleribus; nec ex hoſtia piaculari cujuſquam præterea. Conſimilis eſt ad quæſtionem ſextam reſponſio, piaculum pontificis maximi, ſenatûſque cremari totum ob graviſſimum illorum errorem, qui multitudinem abducebat ad nequitiem. erratum verò principis nomine levitatis non eſſe curæ ita magnæ, & eam ob rem non cremari totum ejus piaculum. Septimum quæſitum cur unus de multis cùm peccarat imprudentiâ, piaculum ejus fieret caprâ, beſtiâ feminâ potiùs, quàm mari, hoc reſponſum habet: ſignificabat homines idiotas inſtar craſſæ concretæque materiæ naturâ rudes & agreſtes in errores ejuſmodi plurimùm incidere. nam femina, quod annotavit vir doctiſſimus Majemonides, materiæ ſymbolum eſt: honoris igitur causâ pontifex maximus, ſenatus, & princeps à Lege non alligabantur piaculari hoſtiâ feminâ, ne palàm fieret tardum, hebes, obtuſum eorum eſſe ingenium. Quod idem & octavæ quæſtioni reſpondendum non illatum in occulta & remota templi ſanguinem hoſtiæ piacularis ejus, qua luebatur erratum unius de multis; quia enim parum momenti & ponderis habebat. neque enim eò ferri, niſi ſanguinem ex hoſtia piaculari pontificis maximi, publicíque conſilii, propter ſummam eorum auctoritatem: & ob eam ipſam rem hominis idiotæ piaculare ſacrificium non exuri totum, quòd imprudentiâ commiſſum ab eo peccatum

לא נערכה לחטא גדול כי ההדיוט לא היה מחטיא את אחרים וכן
אומר אל השאלה הט' שמה שנאמר ונפש כי תחטא ושמעה קול
אלה ונומר כלו הוא במה שחטא בדברים שוכר בשגגה ואין
הפרשה הזאת מדיני האשם כי היא אחריה אבל נאמר כאן והוא
טמא ואשם והוא ידע ואשם והיה כי יאשם והביא את אשמו ליהוה
להגיד שאחרי ששגג הרגיש עצמו שנגע בטומאה ושהיה בזה אשם
והאשים עצמו וכן פירשו הרבי משה בן נחמן וכתב שלדעתו שם
אשם מורה על דבר גדול שהעניש אותו יתחייב להיות שמו נאבד
והוא מלשון האשימם אלהים ······ תאשם שומרון כי מרתה
באלהיה וחטאת מורה על דבר נטה בו מן הדרך והוא מלשון אל
השערה ולא יחטיא והנה אשם גזלות ואשם שפחה חרופה בעבור
שהם באים אף על המזיד יקרא קרבנם אשם וכן אשם הנזיר אבל
אשם מעילות אף על פי שהוא בשוגג בעבור שהוא בקדשי השם
יקרא הקרבן אשם ונראה לי שהחטאת הוא בערך המצווה
שכל מי שעבר עליה בשגגה הוא חוטא בעבור שלא נשמר כראוי
מהעבירה ההיא כי אם היה נזהר לא היה עובר בשוגג על
העבירה ובערך השם יתברך יקרא אשם כלומר שאינו פטור מפני
היותו שוגג כי על כל פנים יאשם ולכך אמר ונעלם ממנו והוא
ידע ואשם ובמקום הזה האשם הוא במקום חטאת אבל
אין זה אשם תלוי שזוכר הכתוב אחר זה כי הוא נקרא אשם
בבחינה אחרת כמו שאבאר ואמנם אמרו אחר זה ואם

peccatum non putabatur adeo magnum; quippe qui cæteros non implicaret maleficio. Ad quæſtionem nonam dico, quæ ſanciuntur, *Lev.* 5. 1. *Si quis eſſet, qui peccatum hoc commiſiſſet, ut adactus jurejurando*, & reliqua prorſus omnia ſpectare peccatum in rebus commemoratis imprudenter commiſſum; nec omnino de ratione ſacrificii pro delicto agi hoc paragrapho, ſed inſequenti demum: & verbum אשם quod hîc habetur verſu ſecundo, repetitur tertio, & deinceps uſurpatur ſæpiùs, ac variè flectitur, hoc ſibi velle, hominem, qui inſciens inquinamentum contigerit, factum reſciſſe, erratum agnoſſe, culpam in ſe admiſſam fateri. R. Moſes Nachmanides enim locum iſtum ſic interpretatur: is igitur ſcribit verbum אשם ſuo quidem judicio valere *pœnâ teneri de commiſſo quàm flagitioſo, quod nec appellari ullo nomine liceat.* in hanc enim ſententiam accipi *Pſal.* 5. 11. *Suorum illos ſcelerum damna Deus* ················ ··· Et *Oſeæ* 14. 1. *Deteſtabile ſcelus fecit Samaria, quæ defecit à Deo ſuo:* verbum autem חטאת ejus eſſe rei proprium, in qua facienda decedas de via, quam vim & ſententiam haberet *Judicum* c. 20. v. 16. *Ut ne pilum quidem aberrarent.* Ergo de rapina, déque flagitio in ancilla deſponſata commiſſo ſacrificium, quoniam fiebat etiam tum, cùm audaciâ peccatum erat, verbo אשם appellari: ſimiliter & ſacrificium de labe Nazaræatus inquinati faciendum: omnino piaculum unum eſſe, quod in imprudentia modò cùm haberet locum, tamen apellaretur nomine אשם: id ſcilicet, quod fiebat de diminutione rei Deo ſacræ. Ego verò ſic exiſtimo, referri ſacrificii piacularis nomen iſtud חטאת ad eum, qui edicto tenebatur aliquo: contra hoc per imprudentiam feciſſe, id propriè peccaſſe fuit; quia enim ne claudicaretur in officio, non ſatis magna cura adhibita fuerat: ſi fuiſſet, nihil adverſum edictum imprudenter factum eſſet: & hoc ipſum ratione Dei dici אשם quod valet, ſi quis imprudens faceret adverſum edictum Dei, tamen eum non impune eſſe, pœna tamen obligari: itaque *Lev.* 5. 3. ſcriptum videmus, *Et hoc imprudens, tum rem reſciverit, in noxia eſto:* atque hoc loco poni pro חטאת verbum אשם: neque verò eſſe ſacrificium pro delicto dubio ſuſpendendo, de quo paulo poſt in literis ſacris ſancitur, quod alia de cauſa vocatur אשם, ſicut inferiùs explicabitur. Quod autem verſu poſt ſeptimo dicitur, *Extra*

In ſuperiori editione hebraica allegatur hîc in eandem ſententiam alius verſiculus ויאשמו נאות מדבר Et reos ſe facient incolæ deſerti: *ſed talem in literis ſacris verſum reperire nuſquam licet: nollem* Abarbanelis *errorem propagatum, nec locum non notatum.*

לא תשיג ידו אין ספק שלא יפול בחטאת הכהן גדול ולא בחטאת הקהל ולא בחטאת הנשיא כי אי אפשר שלא תשיג ידיהם די קרבנם אבל בחטאות ההדיוטים אומר אני שאינו בלבד על המין הזה מהחטאת אבל הוא כולל כל מיני החטאת אשר זכר מהם כי אחרי שפירש מיני החטאת כלם נתן משפט כולל לכלם והוא שאם יהיה המקריב דל ולא תשיג ידו להביא כבשה או שעירה שאז יביא שתי תורים או שני בני יונה ואמר ליהוה להגיד כי שניהם יהיו נשרפים על המזבח ולא יהיה לכהן חלק בהם האמנם אמר אחד לחטאת ואחד לעולה בהיות העולה דבר נבדל מהחטאת ושאין לו צורך במקום הזה הוא להגיד שהיו בזה שתי בחינות האחת מצד השוגג אשר שגג ולזה היה אחד לחטאת ובחינה אחרת מצד כוונתו שהיתה רצויה ונקיה ולכך להורות על נקיון נפשו נעשה האחד עולה כי הנה כשהיה מקריב כבשה או שעירת עזים היה חלק ממנה נשרף על המזבח והם האמורים וחלק נאכל לכהנים אבל בהיות קרבנו שתי תורים או שני בני יונה שהיו שוים בענינם לא היה מקום לעשות חלק מהם קדוש מהאחר כיון ששניהם היו שוים והיו נשרפים אלא שיהיה האחד חטאת והוא היה הנעשה בראשונה והאחד עולה שאחרי כפרת חטאתו דבקה נשמתו באלהים וזכר הכתוב שאם לא תשיג יד המקריב גם לשתי תורים או לשני בני יונה יביא את קרבנו עשירית האיפה וכדי לעשות הבדל בקרבנו צוה וקמץ הכהן ממנה מלא קומצו את אזכרתה והקטיר המזבח באופן שיהיה חלק נשרף ממנה על המזבח והנותר יאכלו הכהנים וממה שאמר הכתוב אחר כל זה וכפר עליו הכהן על חטאתו אשר חטא

מאחת

quàm ſi facultates ejus non ſinant eum agno ſacrificium facere, haud dubiè non ſpectat nec piaculum pontificis maximi, nec conſilii publici, nec principis, qui quidem certè nunquam eò redigi poterant, ut nec haberent quod ad ſacrificium piaculare ſuum faciendum ſuppeteret: dicitur ergo in ſacrum piaculare privati hominis, & dicitur non in hoc poſtremi piacularis ſacri genus tantum, ſed in omnia omnino privatorum piacularium genera ſuperiùs jam expoſita. nam expoſitis omnibus idem universè conſtituitur jus iſtud, ſi tenuior eſt expiandus homo, ſi non habeat rei ſatis ad faciendum ove caprâque piaculum, is offerat duos aut turtures, aut pullos columbinos: additur autem verbum *Jehovæ*, quo declaratur adolendos eſſe ſuper altari ambos, ſacerdoti nihil inde quidquam impertiendum. Et quod ſequitur, *Unum ad piaculare, & alterum ad ſolidum ſacrificium,* quamvis ſacrificium ſolidum à piaculari differat, nec ullatenus hîc neceſſarium eſſe videatur, id indicat una & altera ratione hominem ejuſmodi conſiderari, ut per errorem maleficium admiſerat, quam ob cauſam volucrium unâ ſacrum piaculare faciebat, & ut mentem gerebat caſtam & puram, ad quam mentis integritatem teſtandam, altera volucri ſolidum faciebat ſacrificium. ſicut enim ovis aut capra cùm ſacrificaretur, hoſtia bipertitò dividebatur, exta ſuper altari adolebantur, & comedebatur à ſacerdotibus reliquum; ita cùm fieret ſacrificium duobus aut turturibus, aut pullis columbinis omnino omni ratione æqualibus inter ſe & paribus, non efficiebatur alter altero ſanctior quidem, quando ex æquo adolebantur ambo: verùm enim diſtinguendi gratiâ altero ſacrum piaculare conficiebatur, id quod primum fiebat: altero autem ſacrum ſolidum, ut poſt expiationem peccati hominis animus Deo conjungeretur. Tum verò Legis edicto ſanciebatur, ut ſi homini expiando nec id quidem rei foret, qua comparare par turturum vel pullorum columbinorum poſſet, piaculum faceret decumâ Æphæ ſimilaginis: quod ut ſacrificium etiam haberet varietatis aliquid ibidem v. 12. præcipiebatur iſtud, *Ex ea ſacerdos plenum pugillum ſuum exemtum in monimentum adoleto ſuper altari*, ut partim ſuper altari adoleretur, partim à ſacerdotibus comederetur. Quod autem ſubjicitur huic eidem preſcriptioni v. 13. *Et ſacerdos expiato peccatum ab eo commiſ-*

מאחר מאלה מורה הוראה אמתית שמה שאמר ואם לא תשיג ידו חוזר על כל מיני החטאת כמו שזכרתי ולא על זה בלבד וזו היא תשובת השאלה העשירית ואמנם בסדר שלח לך אנשים באר פרשה אחרת וכי תשגו ולא תעשו ואמרו זכרונם לברכה שבחטאת העבודת אלילים הכתוב מדבר שחייב לסנהדרין בפר בן בקר אבל הכהן גדול והנשיא וההדיוט מעם הארץ כלם מקריבים בשורה בחטא עבודת אלילים שעיר עזים אחד לחטאת לפי שבכל אחד מהעבירות יוכל כהן גדול או שאר העם להיות שוגג אבל בענין עבודת אלילים שאסורו מפורסם וכל ישראל שמעו בסיני אנכי ולא יהיה לך היה ראוי שיהיה ענשם וקרבנם שוה כי לא היה דבר זה ראוי להיות נעלם מאחד מהם הנה זה הוא מה שראוי שיאמר בענין החטאת:

ואמנם האשם כבר יפלו במה שכתבה התורה בענינו שאלות:

שאלה הא' למה חייבה בקרבנו איל תמים והנה בחטאת עם הארץ לא חייבו אלא כבשה או שעירת עזים והאשם אין הבדל בינו ובין החטאת כי הוא למי שיודע שעבר בשגגה על אחד מהכרתות והאשם הוא למי שאינו יודע בודאי אם עבר אם לא עבר והוא מסופק בדבר ויקרא אשם תלוי והרי הוא אם כן מטבע החטאת ויותר נקל ולמה הצריכו איל תמים:

שאלה הב' למה צותה התורה באיל שיהיה נערך כמו שאמרה בערכך כסף שקלים בשקל הקדש ולא תמצא כן בחטאת:

ואומר

ſum in horum aliquo, id verò declarat apertè illam exceptionem, *Extra quàm ſi facultates ejus non ſinant*, &c. non ad hoc ſolum, ſicut ante demonſtravi, ſed omnino ad omnia genera piacularium pertinere. Atque hæc eſt explicatio ejus, quod decimo loco quæſitum eſt. Porrò de noxia imprudenter admiſſa præcipitur *Num.* 15. 22. *Si quando per imprudentiam non feceritis officia*, &c. ſapientes igitur honoris causâ nominandi voluerunt ibi de cultu vani numinis agi, propter ejus generis erratum ſenatum illum ſupremum cogi ſacrificium piaculare juvenco facere; pontificem autem maximum, & principem, & unum de multis hominem æqualiter pecore caprino. nam in cæteris noxiis ſuus erat ſummi pontificis error, & cujuſque de populo: erratum in aliena religione, cujus interdictio adeo nota, adeo manifeſta fuerat omnibus, poſtquam omnis Iſraelitarum gens audierat ad Sinam vocem illam Dei præpotentis, *Ego ſum Dominus Deus tuus. Nullus alius tibi præter me Deus eſto*, ab omnibus æquo & pari piaculo lui conveniebat, quia enim oportebat ejus rei imprudentem & ignarum eſſe neminem. Atque hæc de ſacrificio piaculari dicta ſint.

Et quod divina Lege ſancitur de ratione ſacrificii pro delicto ſuas habet quæſtiones.

Quæritur primò quid eſſet, quòd ſacrum hoc quiſque lectiſſimo ariete, & ſacrum piaculare ove, capràque facere unus de multis juberetur? Nihil enim aliud intererat inter ſacrificium pro delicto & ſacrificium piaculare, niſi quòd hoc fieret ab homine, qui certum ſciebat ſe per imprudentiam commiſiſſe contra præceptum aliquod, cujus pœna erat exitium: illud autem fieret ab eo, qui non certò ſciebat, ſed ambigebat utrùm adverſum ejuſmodi edictum feciſiſſet, necne feciſſet; unde vocabatur etiam ſacrificium pro delicto dubio & ſuſpenſo: erat igitur ejuſdem generis, atque ſacrum piaculare, & eo levius: quid igitur erat cauſæ, cur id ariete lecto fieri juberetur?

Quæritur deinde cur ejus, quo fiebat ſacrificium pro delicto, arietis æſtimationem haberi divina Lex voluerit, id quod dicitur *Lev.* 5. 15. *Æſtimetur argenti ſiclis ſacri ponderis*, & nihil ſimile fieri voluerit in beſtia, qua conficiebatur piaculare ſacrum?

ואומר בתשובתם שהחטאת נקראת חטאת לפי שהחוטא יודע
שחטא ושגג בדרך הישרה בעברו על אחת ממצוות יהוה:
והאשם נקרא כן לפי שאינו יודע אם חטא אם לא ולכן הוא
מאשים את עצמו איך עבר רוח מאתו ולא ידע אם עבר על
המצוה ההיא אם לא או שלא ידע מהו האסור והמותר
אם שגג בו ומזה הצד נקרא אשם תלוי לפי שהוא תלוי ועומד
אם עבר אם לא עבר ולא נקרא זה אשם תלוי מאותה בחינה
שזכרתי למעלה שנקרא האשם אשם כי שם נקרא בערך השם
יתברך וכאן נקרא אשם בערך עצמו שהוא מאשים עצמו בעבור
שלא ידע אם עבר אם לא והיתה מחכמת חכמינו זכרונם
לברכה שקראו לאשם האמתי זה אשם תלוי כדי להבדילו
מהאשם קראו הכתוב על דרך העברה את האשם בשם אשם
והנה הביא הכתוב מהאשם התלוי מינים ראשונה נפש כי תמעול
מעל וחטאה בשגגה מקדשי השם רוצה לומר שנהנה מן הקדש
בשגגה שלא היה יודע שהוא קדש אבל לא נתברר אצלו אם
עבר בזה אם לא וחיבתו התורה שיביא את אשמו ליהוה איל
תמים מן הצאן והיה זה מפני שהוא היה סבור שאין עליו
עונש כלל כי לא נודע שחטא ואף שיודע שחטא היה החטא
בשוגג ומפני זה ראוי שיפטר מן העונש בהחלט ולכך כדי להסיר
מחשבתו זו ממנו החמיר הכתוב עליו יותר מראי בענשו
והצריכו איל תמים מן הצאן לא כבשה ולא שעירת עזים
ולפי שלא יבקש איל פחות להקריבו חייבו שיהיה בערך כסף
שקלים רוצה לומר שיביא אותו בכסף מלא ולפחות יהיו שני
סלעים כי שקלים מעוט רבים שנים הרי שיביא שני שקלים

Ad hæc ego ſic reſpondeo. Sacrificium piaculare ita appellabatur, quia peccato qui alligatus erat, ſciebat ſe incogitantem peccaſſe, de via recta deceſſiſſe prodendo aliquo Dei præcepto: rurſum ſacrificium pro delicto dicebatur quod ab eo fiebat, qui incertus erat peccaſſet, annon; adeóque ſibi diſplicebat animo tam omiſſo fuiſſe, ut ne hoc quidem teneret adverſum aliquod divinum feciſſet, necne; nullóve pacto fas & nefas internoſceret, in quo ſe erraſſe ſuſpicabatur: ex quo nominabatur etiam ſacrificium pro delicto ſuſpenſo; quia enim pendebat animi & addubitabat homo maleficium commiſiſſet, an non commiſiſſet. Nec verò id dicebatur ſacrificium pro delicto ſuſpenſo ob eam rem, quam ante commemoravi cauſam eſſe nominis אשם: illud ratione Dei vocabulum iſtuc habebat: hoc autem ratione hominis, qui ſe ipſe arguebat ideo, quòd neſciret culpam commeruerit, necne: ſapienter igitur doctores noſtri honoris causâ nominandi, vocarunt ſacrificium pro delicto ſuſpenſo, cujus eſſet vocabulum hoc proprium, ut ita diſtingueretur ab eo, quod in literis ſacris tranſlato per ſimilitudinem verbo appellabatur ſacrificium pro delicto. Jam hoc capite Legis varia ponuntur maleficiorum genera, quorum causâ ſacrificium pro delicto ſuſpenſo faciendum erat. Primum illud v. 15. *Si quis hanc ſibi labem intulerit, imprudens rem Deo ſacram diminuerit:* id autem hanc habet ſententiam, ſi quis temerè ſacrum legerit, id eſſe ſacrum ignorans, nec de facto quidem quidquam comperti, ſed ſuſpicionem meram habeat: talem hominem Lex volebat Deo facere ſacrificium pro delicto, & id lecto de grege ariete. Sic erat enim, is fere in animum inducebat ſe pœnâ teneri nullâ, cùm non conſtaret factum à ſe maleficium; & ſi conſtaret, per imprudentiam quidem certe factum eſſet: quapropter jus & bonum eſſe, dari ſibi impunitatem: igitur ad evellendam ex animo ejus hanc opinionem Lex ei pœnæ plus ſolito conſtituebat, ac volebat, ut ſacrificaret lectum de grege arietem, non ovem, non capram: ſed verò malignus homo ne deteriorem ſacrificio deligeret arietem, hunc æſtimari argenti ſiclis Lex divina jubebat: nempe volebat hanc victimam pleni & integri eſſe pretii, ſiclorum minimè duorum, cùm hoc verbo *ſiclis* in multitudine poſito non poſſent pauciores ſignificari duobus: & erat penes ipſum aut dare argenti ſiclos

duos

כסף בשקל הקדש או שיביא איל שיהיה ערכו שוה שני סלעים
כסף והיה זה לפי שהאלים במדבר היו ביוקר מאד וכן חייבו
שארת אשר חטא מן הקדש ישלם וכדי שלא יקל בערכו כדי
להמעיט השלומים צוה ואת חמישיתו יוסף עליו ונתן אותו לכהן
כי כיון שהוא אכל מקדשי יהוה המיוחדים לכהנים היה ראוי
שישלם לכהן מה שלקח קרן וחומש וכן אם נפש תחטא ועברה
על אחת מכל מצוות יהוה אשר לא תעשנה בשגגה. כלומר
שבא ספק לידו ולא ידע אם עבר עליו אם לא כגון שיהיה
לפניו חלב ושומן ואכל אחד מהם ולא ידע אם אכל החלב
או השומן הנה הוא שלא נזהר במאכלו לדעת אם אכל אסור
או מותר יביא גם כן איל תמים נערך כמו שזכר למעלה ואז
יכפר עליו הכהן על שגגתו אשר שגג אבל זה יהיה כשהוא
לא ידע אם עבר ושגג אם לאו כי אם היה יודע זה היה קרבנו
חטאת ולא אשם והנה אמר על זה אשם הוא אשום אשם
ליהוה להגיד שזהו אשם תלוי בעצמו לפי שהוא אינו יודע
אם חטא אם לא אבל בערך השם יתברך שהכל גלוי
וצפוי לפניו היה אשם ונאשם באמת על חטאתו ונסלח לו
וכן הביא בפרשה בפני עצמה נפש כי תחטא ומעלה מעל
וכחש בעמיתו בפקדון או בגזל ושאר הדברים שזכר ואין
דבר מהם בשגגה אלא במזיד ועליו אמר והיה כי יחטא
ואשם רוצה לומר כאשר ישית אל לבו שחטא לאלהיו
ויאשם את עצמו כבעל תשובה גמורה שאז ראוי לו שישיב
את הגזלה או הפקדון או את האבדה וישלם הכל ראשונה
הקרן והחומש ולא יתן זה לכהן אלא לאשר הוא לו יתננו

ביום

duos ponderis ſacri, aut tantidem arietem adducere; erant enim in ſolitudine percari arietes. Idem coactus Lege reſtituebat quod de ſacro interceperat: quod ne vilius haberet, quò penderet minus, edictum eſt v. 16. *Inſuper etiam quintam partem addito, & eam ſacerdoti dato:* quando interverterat rem divinam, quæ propria fuit ſacerdotum, ſacerdotibus eam reddebat, & reddebat ſortem & acceſſionem, id quod æquitatis erat. Deinde ſequitur genus iſtuc v. 17. *Si quis in ſe delictum admiſerit, adverſum edictum aliquod Dei nefaſtum quid fecerit inſciens*, quod etiam ſic accipiendum, ſi quis, data occaſione ancipiti, incertus eſſet, utrùm admiſiſſet in ſe delictum, an non admiſiſſet: ut ſi appoſita pinguedine & adipe, comediſſet harum alteram, & neſciret utram: iſte, quoniam non ſatis diligenter curarat, ut noſſet qua tandem eſca veſceretur, interdicta, an conceſſa, is quoque lectum adduceret arietem habita æſtimatione ſic, ut ante dictum eſt, quo ſacrificando ſacerdos imprudentiam ejus expiaret: ita res erat, ſi de facto dubitaret: ſin autem exploratè cognoſceret ſe deliquiſſe per imprudentiam, ſacrificium piaculare faceret, non ſacrificium pro delicto. Talem igitur in hominem dictum eſt v. 19. *Hoc erit hominis ſacrificium pro delicto dubio, reus, reus eſt Dei:* cujus vis eſt, ipſi quidem homini dubium & incertum eſſe delictum, quippe cùm neſciret, utrùm commiſiſſet, an non commiſiſſet illud: Sedenim judicio Dei, cui omnia manifeſta ſint & aperta, eum planè convictum eſſe maleficii, quod tamen illi remitteretur. Tum hoc eodem capite v. 21. ſeparatur ac diſtinguitur genus iſtuc, *Si quis in ſe delictum admiſerit, & Deum temnens depoſitum aut creditum abnegarit, aut ſocio quid eripuerit,* & reliqua deinceps poſita. nam hîc agitur non tam imprudentia, quàm audacia: ſequitur autem v. 23. *Si erit, ut deliquerit, culpámque contraxerit*, quod vim continet iſtam, ſi erit, ut in animum induxerit ſuum à ſe læſum eſſe numen ſanctè colendum, & ſemet ipſe maleficii redarguerit ſic, uti ſolet quiſquis affectu pœnitentiæ ſyncero commovetur; tum oportere rem ereptam, depoſitam, caſu fortuito inventam reſtitueret, & primùm exolveret totum caput, & addendam ei quintam partem; quod quidem non reddebat ſacerdoti; quia enim nominatim edicitur v. 24. *Rei domino reddito quem ad*

ביום אשמתו רוצה לומר ביום אשר האשים את עצמו ושב בתשובה ועל האשם אשר היה עליו מפני שבועת השקר אשר עשה יביא איל תמים אל הכהן כי להיותו חוטא במזיד הכביד את קרבנו באיל תמים ובזה הותרו שתי השאלות אשר שאלתי באשם:

ואמנם תכלית זבח השלמים יתבאר אחר שתדע שהשלמים היו באים אם לזבח תודה ואם בנדר ונדבה כמו שיתבאר בפרשת צו וענין שני המינים האלה הוא שפעמים היו מקריבים שלמים לתת הודאה לשם יתברך על מה שגמלם ברחמיו וכרוב חסדיו ועל הטובה שהיטיב עמהם אם בירושת הארץ ונחלתה ואם בשאר הניסים ועל זה נאמר אם על תודה יקריבנו והוא המין האחד והמין השני שהוא בנדר ונדבה ענינו תפלה לשם שיחנם ויברכם בתבואותיהם ועניניהם בעתיד ויריק עליהם ברכה עד בלי די הנה אם כן היה המין הראשון הודאה על העבר והמין השני תפלה על העתיד ולכן בבואם אל המקדש להודות ליהוה חסדו ונפלאותיו יעשו זבח משפחה ויקריבו על גבי המזבח להודות ליהוה על כל הטובה שהיטיב עמהם אם היו אותם השלמים לקרבן תודה והיה חלק המזבח החלבים והכליות והיותרת אשר על הכבד ומן הכבשים עוד האליה לפי שהקרבים הם רמז למחשבות וכן הכליות כאלו יאמר המקריב אשפוך את נפשי לפני יהוה וגם כן להיות הדברים ההם היותר שמנים שבגוף שישרפם האש יותר בנקלה וגם לסבה אחרת והיא לפי שהחלב לא היה לבעלים ולא לכהנים לאוכלה ולא הכליות והכבד שהם מזון

diem noxiam ſuam procurabit: id eſt, cùm ſuam ipſe noxiam confitebitur, & ad bonam frugem ſeſe recipiet: idémque propter admiſſum in ſe delictum, quia inficiationem rei alienæ falſo jurejurando obfirmarat, ad ſacerdotem adduceret lectum de grege arietem. nam oportere eum, qui per audaciam deliquerit, ſacrificium facere animante pretioſo, lecto videlicet ariete.

Habes explicationem duarum quæſtionum, quas de ſacrificio pro delicto propoſueram.

Qui verò finis eſſet ſacrificiorum pacificorum mox oſtendemus: ſed pauca quædam ante dicenda ſunt. Fiebant ſacrificia pacifica vel pro gratiarum actione habenda, vel pro voto promiſſóque exolvendo, de quo pluribus agemus alio loco. Sacrificiorum igitur iſtorum genera fuerant duo: interdum ejuſmodi ſacrificia faciebant Deo Optimo Maximo gratias agentes pro ſingulari ejus in ſe benignitate ac clementia, tot & tantis ejus & tam eximiis in ſe beneficiis, poſſeſſione terræ promiſſæ, miríſque rebus ſuâ causâ factis: hoc videlicet eſt illud, quod dicitur *Lev.* 7. 12. *Si pro gratiarum actione ſacrificium hoc fecerit:* & hoc erat eorum genus unum. Alterum genus inſtar voti erat atque promiſſi, quo utebantur ad obteſtandum Deum, uti volens & propitius ipſis eſſet in poſterum, eorum fruges atque fructus augeret, cuncta ſuſcepta ſecundaret, vitam omnium bonorum copiâ & affluentiâ beatam redderet. Primum igitur genus erat grata prædicatio acceptorum antea bonorum: & alterum erat obſecratio ſupplex, qua uterentur ad impetrandas in poſterum res optatas. Ergo convenientes in templum auguſtum, qui bonitatem Dei laudibus efferrent, gentilitium faciebant ſacrificium: ſacrum, inquam, pacificum illud euchariſticum faciebant ad aram Deo gratias referentes de univerſis beneficiis ab eo acceptis: ex quo ſacrificio impertiebant altari victimæ præcordia, adipem, renes, reticulum jecoris, & de pecore oviarico præterea caudam: præcordia videlicet & renes cùm ſymbola conſiliorum eſſent, perinde fuit quaſi rem divinam faciens diceret, effundam animam meam ad Deum: præterea autem aræ potiſſimum admovebantur pinguiores iſtæ corporis partes, ut quæ properantiùs inflammarentur: atque etiam alia cauſa ſuberat, ut adeps, renes, & jecur ne comedendum eſſet nec ſacrificii dominis, nec ſacerdotibus; quia enim his uti

רע ונשאר אם כן הבשר הטוב למאכל לכהנים וכבר יתבאר וזה
יותר בפירוש הפרשה ואחרי תתם חלק המזבח יתנו חלק הכהנים
שיודו עמו ובעדו אל השם על הניסים ועל הפורקן שעשה להם
ושאר הקרבן יאכלו הבעלים וישמחו בכל הטוב ואם היו השלמים
בדרך נדר ותפלה על העתיד יתנו גם כן קצת מהם על גבי המזבח
וקצתם לכהנים כדי שישאו בערם רנה ותפלה אל השם שיצליח
קנינם והשאר כלו יאכלו וישתחוו כל דשני ארץ ויתענגו על רוב
שלום ובעבור שהיו הצלחות הקנינים והתבואות בארץ ישראל
במרעה הצאן ובעבודת האדמה אשר עקרה הוא הלחם והיין
והשמן שבהם צוה השם את הברכה לכן היו השלמים ההם
מהבעלי חיים ההם מן הבקר מן הכשבים ומן העזים והמנחה
מסולת החטים ומהשמן ומן היין שהם המשקים היותר משובחים
הנה התבארו תכליות השלמים כפי מיניהם ולמה היה מנחת
הנסכים עם השלמים תמיד ומפני זה אמר בהם אם זכר אם נקבה
תמים יקריבנו כי לא חששה התורה שיהיו השלמים מזכר כמו
שחששה שיהיו בעולה ולא שיהיו מנקבה כמו שצותה בחטאת לפי
שלא היו מורים השלמים על מה שתורה העולה ולא החטאת אבל
יורו על רוב השמחה והטוב ולכן נקראו שלמים לפי שהם בבחינת
השלום שבא על המקריב או שמתפלל אל השם שישפות שלום
לו והנה היה חלק הכהן החזה והשוק לפי שהם מהאיברים
היותר נבחרים שבגוף כי החזה הוא היותר ערב באכילה ואחריו
השוק והנה בפרשת צו אמר הכתוב בתורת זבח השלמים אם על
תודה יקריבנו שיביא על זבח התודה חלות מצות בלולות בשמן
ורקיקי מצות וגומר על חלות לחם חמץ ושיאכל בשר הזבח

pro eſca minimè conducit: remaneret autem in ſacerdotum eſcam optima caro: ſed hac de re plura dicentur in explanatione Legis. Poſt datam altari juſtam partem, pars ſua dabatur ſacerdotibus, qui pro ſacrificii dominis & conjunctè cum eis magnificarent Deum Optimum Maximum, propter inopinatam ac mirificam opem & ſalutem ab eo latam: reliquo ſacrificio veſcebantur domini de bonis ſibi divinitùs impertitis lætitiam ſanctam agitantes. Eodem modo ſacrificium pacificum via & ratione voti promiſſique cùm facerent in poſterum, partem ejus altari tribuebant, partem ſacerdotibus: & hi cùm illis unà canebant, pſallebant, Deum precabantur, uti patrimonium eorum fortunaret: reliquum enim omne comedebant ipſi divites terræ ſimul Deum auguſtè venerantes, & pace multa fruentes. etenim res & quæſtus omnes Iſraelitarum, dum regionem ſuam tenebant, erant in paſcendis gregibus, & cultu terræ panem, vinum, oleum potiſſimum fundentis, aſpirante divinâ providentiâ: quocirca ſacrificia pacifica ſua ſuis faciebant pecoribus, bobus, ovibus, capris, & iiſdem adjungebant ferta, far triticeum, & exquiſitiſſima liquorum vinum & oleum. Demonſtratum eſt igitur quem quodque ſacrorum pacificorum genus finem haberet, & quam ob cauſam his iiſdem ferta ſemper adjungerentur. Jam de hoc ſacrificio dicitur *Lev.* 3. 1. *Seu mas ſit, ſeu beſtia femina, ſana & integra mactetur.* non requirebat enim divina Lex, ut ſacrificium pacificum ſic, tanquam ſolidum, animante mari fieret: neque porrò ut æquè, ac ſacrificium piaculare fieret beſtiâ feminâ: neque enim ſacrificium pacificum idem, quod ſolidum, vel piaculare ſignificabat: indicabat magnam animi lætitiam, & rerum omnium abundantiam: & verò dicebatur pacificum, quia fiebat cauſa & ratione pacis, quam aut jam adeptus erat is, qui rem divinam faciebat, aut à Deo per immolationem exquirebat. Impertiebatur ſacerdoti de victima pacifica pectus & armus, quæ partes corporis ſunt optimæ: ſuaviſſimum eſt guſtui pectus, & ſecundum hoc armus: atque *Lev.* 7. ubi Lex explicat de ratione ſacrificii pacifici hoc edictum videmus, ut ſi quis ejuſmodi ſacrificium referendæ gratiæ cauſa faceret, ad victimam adjungeret placentas azymas oleo ſubactas, & lagana item infermentata, & alia id genus, præter ſolitos panes fermentatos; tum ut victimam

quo

ביום קרבנו לא יניח ממנו עד בקר האמנם במין האחר מהשלמים
והם הבאים בנדר ונדבה לא זכר חלות מצות ולא רקיקים ושאר
מיני הלחם שזכר במין הראשון מהתודה ועוד עשה הבדל אחר
והוא שפירש שהשלמים הבאים לבד בנדר ונדבה יהיו נאכלים
לשני ימים ולילה אחת מה שאין כן שלמי התודה כי היה לבד
ליום ולילה אחת ואחרי שחכמינו זכרונם לברכה לא קבלו שתמיד
מקריבים מנחה עם השלמים ראוי לפרש שמיני הלחם שהיה
מביא על זבח תודה לא היו נקרבים על גבי המזבח כי הם היו
מלבד המנחה הבאה עם השלמים שהרים ממנה הכהן בקומצו
מסולת המנחה ומשמנה ואת כל הלבונה אשר על המנחה והקטיר
המזבח אבל מיני הלחם הבאים עם זבח תודה לא היו אלא
לאכול מהם הכהנים והבעלים ולכן נאמר בהם על חלות
לחם חמץ כי הנה במנחה התודיית נאמר לא תעשה חמץ
והנה בשלמי התודה באו מיני הלחם ההם לפי שהיה על
העבר והיה ראוי להוסיף באכילה ובשמחה ואין כן בשלמי
הנדרים שהיו על העתיד הלא תראה שבחג הסכות נאמר
ושמחת בכל הטוב לפי שהיה על העבר ולא נאמר כן בחג
הפסח לפי שהיה האדם לבו תלוי על מה שיהיה בתבואתו
לעתיד והנה היה בשר השלמים אם על תודה יקריבנו נאכל
ליום ולילה אחת ואם נדר או נדבה יקריבנו היה נאכל לשני
ימים ולילה אחד לפי שהמתפלל על העתיד מאריך בתפלתו

יותר

quo die mactaret, eodem ipſo comederet, nec inde quidquam in craſtinum mane relinqueret: at verò in deſcribendo altero genere ſacrificii pacifici, in illo, inquam, ſacrificio pacifico, quod rationem voti promiſsíque obtinebat, non requirebantur nec infermentatæ illæ placentæ, neque lagana, neque reliqua panificii genera in ſuperiori ſacrificii genere requiſita. Eadem hæc & alia re diſtinguebantur. Præſcriptum erat nominatim, ut hoc poſterius ſacrificium pacificum, quod nomine voti promiſsíque fiebat, comederetur intra binos dies & noctem unam: non erat autem eadem ratio ſacrificii pacifici euchariſtici, quod ut intra diem & noctem unam comederetur, præſcriptum erat. Quod autem ſapientes noſtri honoris causâ nominandi tradiderunt, non omnino omnia genera libamentorum ſacrificiis pacificis adhibendorum adoleri, id hanc idoneam habet explicationem: non adolebantur in altari certa panis genera, quæ conjungebantur cum ſacrificio pacifico euchariſtico. Sacrificium iſtud enim quædam panis genera præcipua habebat præter ſertum illud, cujus è farre & oleo ſacerdos exemtum plenum pugillum, & thus univerſum ferto ſuperpoſitum in altari ſimul adolebat: ſcilicet præcipua iſta panificii genera non adhibebantur ſacrificio euchariſtico, niſi ut comederentur tum à ſacerdotibus, tum à ſacrificii domino: itaque in ea dictum eſt *Lev.* 7. 13. *Extra placentas panis fermentatus:* at verò de ferto euchariſtico ſcriptum videmus *Lev.* 2. 11. *Sine fermento fiat.* Adhibebantur enim illa præcipua panificii genera ſacris pacificis euchariſticis, quæ ſpectabant in præteritum, de quo largius lætiúſque celebrare convivium, conſentaneum erat: non adhibebantur autem ſacris pacificis rationem voti obtinentibus, quippe quæ futurum ad tempus referebantur. Sic de feriis umbraculorum poſt fructus omnes perceptos ac conditos agendis ſcriptum videas *Deut.* 26. 11. *Lætator de univerſis bonis:* nihil autem ſimile de feriis paſchalibus, quo anni tempore ſollicitus & ſuſpenſus erat hominis animus de futuro proventus ſui ſtatu. Conſimiliter caro victimæ pacificæ euchariſticæ intra diem & noctem unam: & ejus, quæ voti, promiſsíque rationem obtinebat, victimæ pacificæ caro abſumebatur intra binos dies & noctem unam; quia enim pluribus & longioribus ferè precibus optatum aliquod in poſterum tempus bonum à Deo petebant,

quam

יותר מהמהלל ומשבח על העבר ׃

הנה התבארו טעמי הקרבנות האלה כלם עולה ומנחה חטאת ואשם ושלמים והיה הכלל בהם שהנה התחברו בתועלות הקרבנות האלה אם מרת הנדיבות וההוצאה בנדרי האלהים מבלי כילות ונבלה ואם שלמות האמונות רוצה לומר בעולה מהשארות הנפש ודבוקה עם האל יתברך והנבואה האלהית ובחטאת ובאשם והשלמים מההשגחה האלהית והשכר והעונש ליראי השם ולעוברי שמו ולעוברים על מצותיו ומלבד כל זה היה בזה תועלת רב שיחשוב החוטא וידע בנפשו שנתכפרו לו עונותיו כי בזולת זה אם יחשוב שלא יאבה יהוה סלוח לו יתיאש מן הרחמים ויוסיף על חטאתו פשע ואחרי אשר הודעתיך הכללים האלה בעניני הקרבן אבא אל פירוש הכתובים שבאו בתורה על ענינם כי עם ההקדמה הזאת אשר הצגתי לפניך המעיין יקל הביאור והפירוש האמתי באלה הפרשיות ועניני הקרבנות ׃

quàm beneficii antehac accepti nomine gratiarum actionibus & laudibus Deum proſequebantur.

Explicatum eſt de cauſis & rationibus omnibus omnium ſacrificiorum iſtorum, ſolidi, ferti, piacularis, item ejus, quod fiebat pro delicto, & pacifici: quæ explicatio huc denique redit omnis. Iſtorum religio ſacrorum volebat homines eſſe liberales & Deo rerum Domino promittere & facere prolixè, non aridè, miſerè, malignè: volebat eos veritates illas ad ſummum bonum conſequendum neceſſarias intelligere, atque ex ſolido quidem ſacrificio immortalitatem animi, & ejuſdem cum vi & natura divina conjunctionem, & admirabilem divinæ mentis inſpirationem: ex ſacrificio autem piaculari & ſacrificio pro delicto Deum conſulere & proſpicere rebus humanis, verentibus Dei numen & ſanctè colentibus præmium eſſe futurum, & ſupplicium adverſum ejus edicta facientibus: & præter hæc volebat illud in primis utile miſeris mortalibus, eos ſic habere, & ſic in animos inducere ſuos, maleficia expiari, pœnámque prætermitti. nam abſque eo eſſet, nullam ſontes à Deo veniam maleficiis dari putarent, nullum miſericordiæ relinqui locum, & ſceleribus ſcelera cumularent. Hactenus, erudite lector, expoſui tibi ſumma rei divinæ capita: nunc ad explanandas clarè, diſtinctè & articulatim literas ſacras quemcunque locum tractantes aggrediar: atqui perceptis ac cognitis iis, quæ in hoc prooemio nobis diſputata ſunt, cætera deinceps, præſertim ea, quæ pertinebunt ad rationem ſacrificiorum, facili negotio cognoveris.

TRACTATUS
DE
CONSECRATIONE CALENDARUM,
ET DE
RATIONE INTERCALANDI.

Præceptum eſt jubens, ut ineunda atque ſubducenda ratione cognoſcatur atque definiatur à quo oporteat die quemque anni menſem inchoare. Hoc conſequentibus capitibus explicatur.

TRACTATUS DE CONSECRATIONE CALENDARUM, ET DE RATIONE INTERCALANDI.

CAPUT PRIMUM.

Menſes ad lunæ ſpatia menſtrua, annos autem ad ſolis converſionem annuam dirigi: hinc annum intercalarem uno menſe longiorem. Menſes alios conſtare diebus è viginti novem, eos cavos nominari: alios è diebus triginta, hos appellari cùm plenos, tum etiam intercalares. Jam menſes è noviluniis definiri à Judicum conſeſſu, & ab eo in novilunia ratione aſtrologiæ inquiri: id verò niſi in Judæa fieri nuſquam.

§. I. MENSES nihil aliud eſſe, quàm lunæ * novitates, vel ex eo cognoſci licet, quod in Lege eſt, *Hoc erit ſuum cujuſque novitatis holocauſtum*, &c. & alio loco, *Novitas* Num. 28.14. Exod. 12. 2.

§. I. *Novitates.* Lunæ curſus latinè, ut eſt apud *Tullium*, lib. 2. de Nat. Deorum, menſes nominantur, quia menſa conficiunt ſpatia: at hoc non eſt ita lunæ proprium,

vitas iſta vobis (eſto) principium menſium, &c. Quod ſapientes quidem ſic interpretati ſunt, ut vellent per viſum à Deo lunæ novæ * ſpeciem objectam eſſe *Moſi*, atque eidem præſcriptum, ut cùm ſimilem viſurus eſſet, eam illico conſecraret. At anni diriguntur à nobis ad converſionem ſolis annuam, Deut. 16. 1. quod ſcriptum in Lege ſit, *Obſervato menſem novarum frugum*, &c.

§. II. Annus enim ſolis ferè major eſt anno lunæ diebus undecim: ex quo cùm ſint dies collecti triginta, plus, minúſve, annum uno menſe facimus longiorem; qui annus vocatur intercalaris: neque enim fieri poteſt, ut annus è duodecim menſibus conſtituatur, & diebus aliquot. Nam quod in Lege Exod. 12. 2. dicitur, *Primus anni menſium eſto*, indicat menſes quidem integros anno annumerandos eſſe, non ita dies.

§. III. Singulis menſibus occulitur luna, & duos circiter dies non aperitur, paulo plus, minúſve: alterum ſcilicet diem antequam ad extremum menſem ſoli conjungatur; alterum poſtquam fuit cum ſole conjuncta. Tum veſperi rurſus in occidentis partibus aperitur. Qua verò nocte luna primùm poſtquam delituit, aperitur, ab ea menſis initium ducitur, diéſque numerantur novem & viginti. nam ſi triceſima nocte menſis luna nova jam videatur, dies ille triceſimus ipſe menſis ineuntis eſt princeps: ſin minus, menſi exeunti aſcribitur; alter ab uno & triceſimo die menſis incipit. Porrò triceſimo primo die nihil curandum eſt, luna nova videatúrne, an non? Id enim omnino fieri nunquam poteſt; ut menſis lunaris ſint plures, quàm dies triginta.

§. IV. Ita-

prium, quin idem & de ſole, ſyderúmque reliquorum longè plurimis rectè dici poſſit. Meliùs igitur Hebræi, qui lunæ curſus חדשים, id eſt, *novitates*, à novata luna dicunt. omnino omnes interpretes חודש. *menſem* convertunt: rectè illi quidem: Quod enim Hebræi *novitatem*, id ipſum Latini *menſem* nuncupant: verùm, quoniam in ipſo nomine vis argumenti ſita eſt omnis, verbum pro verbo reddere neceſſe mihi fuit. Nec verò intelligas quod de viſo *Moyſis* ſubſequitur, niſi vocabulum hoc חודש ſimpliciter interpreteris.

Speciem objectam eſſe Moſi. Eſt in tractatu Talmudico מנחות de feriis fol. 29. pag. 1. tria *Moyſi* fuiſſe ad intelligendum difficilia uſque dum exemplar eorum illi Deus Optimus Maximus ob oculos poſuiſſet, fabricationem candelabri ſacri, novilunium, & animantium ſerpentium genera, de quibus Lege ſancitum eſt. Ac tabernaculi quidem & omnis apparatûs ſacri exemplar poſitum eſſe *Moyſi* ante oculos apertè declaratur *Exod.* 25. v. 9. idémque confirmatur ab Apoſtolo epiſtola ad *Hebræos*, cap. 8. cæterorum autem fides ſit penes auctores.

§. V. *Sep-*

§. IV. Itaque luna cùm ſe aperuerit triceſima nocte, menſis conſtiterit omnino diebus è viginti novem, qui menſis cavus nominatur: ſin autem ea nocte occultetur adhuc, menſis exiens dies habet triginta, qui cùm intercalaris, tum etiam plenus appellatur. Ac quæ luna videatur nocte triceſima, ſuo ſe tempore aperire dicitur: ſin verò poſteriori demum nocte cernatur, nimirum ea luna eſt, quæ nocte intercalationis ſuæ conſpici dicitur.

§. V. Sed hæc obſervatio lunæ non eſt cuique hominum commiſſa ac credita ſic, uti * ſeptimus à mundo conſtituto dies, quem diem licet quiſque, numeratis diebus ſex, ipſemet inſtituat atque in otio degat: calendas autem definire ac conſecrare conſilii proprium eſt: Quod enim in Lege dicitur, *Novitas iſta vobis*, &c. ſignificat hujus rationis deſcriptio pendet è vobis. Exod. 12. 2.

§. VI. Conſilium igitur ratione aſtrologorum, qui ſyderum norunt ſtatum atque motum, ſedulò perſcrutabatur & exquirebat, fierine poſſet, ut ſuo tempore luna aperiretur, id eſt nocte triceſima menſis, an ſe res haberet ſecus? Si eſſet, ut poſſet, die trigeſimo toto expectabantur de luna nova nuncii: qui ſi venerint, interrogati ritè fuerint, teſtimonia illorum conſtiterint, idem ille dies dedicabatur: ſin minus, intercalabatur: id eſt, dies ille triceſimus exeunti menſi apponebatur: ſin verò foret rationibus liquidum fieri nullatenus poſſe, luna ut id temporis aperiretur, nulli expectabantur nuncii: tum ſi qui veniſſent perſpicuum erat aut eos ementiri prudentes, aut illis certè non veram lunam, ſed quandam lunæ ſimilitudinem è nubibus apparuiſſe.

§. VII. At-

§. V. *Septimus à mundo conſtituto dies.* Hunc cùm Scriptor noſter שבת בראשית dicit, genere ille quidem ſermonis utitur uſitato; ſed eodem, adeo præciſo, adeo tecto, ut nihil ſupra. hæc eſt enim verbis iſtis שבת בראשית ſubjecta ſententia, ſabbatum inſtitutum continuò poſt mundi univerſi creationem, de qua creatione narratur Legis eo capite, cujus initium eſt בראשית. Atque hoc nomine appellantur ſabbata universè omnia, & propriè ſabbatum illud, quod ſubſequitur poſtremam umbraculorum ſolemnitatem. Nempe prælegendi in ſynagogis Pentateuchi rationem Judæi hanc inſtituerunt, ut cum abſolverent quotannis ad extremum umbraculorum diem ſolemnem, & proximo ſequente ſabbato uſque relegendi ejus initium facerent ſic, ut prælectio ejus ſabbati inciperet ab prima divinæ Legis voce בראשית ex quo vocabulum habet ſabbatum illud,

¶ Con-

§. VII. Atque ut conſilium ratiocinando quæreret, an aperire ſe luna poſſet, necne: item ut eos, qui ad ſe accederent, lunæ novæ nuncios percontaretur ante, quàm calendas conſecraret jubente præcepto ſancitum eſt: itémque ut idem mitteret, qui reliquum populum de calendis indictis certiorem facerent, unde cognoſcere poſſet, quando deberet dies agere
Levit. 23.37. feſtos: huc enim ſpectat Legis hoc, *Hæ ſunt feriæ Domini,*
Exod. 13.10. *quibus conventus ſacros celebrabitis*; & alio loco, *Jus hoc ſuo tempore ſervato.*

Iſaiæ 2. 3. §. VIII. Ac quia in vaticinationibus eſt, *Lex enim Sione prodit,* &, *Hieroſolymis Domini oraculum,* idcirco in nulla, præter Judæam, regione aut definiebantur menſes, aut intercalabatur ineundis & ſubducendis illis mathematicorum rationibus: niſi fortè vir ſapientiâ præſtans, & idem magiſter in regione Iſraelitica creatus, ex ea migraſſet, nec ullum ſibi doctrinâ parem reliquiſſet. Omnino vir ille ut ratiocinando menſes definiret, & intercalaret etiam extra regionem Iſraelitarum, licentiam habebat: verùm eidem illi, ubi compertum fuerat exortum eſſe in Judæa, qui doctrinâ eum æquipararet (neque enim dici opus eſt, qui ſuperaret) tollebatur intercalandi poteſtas extra regionem Iſraeliticam. Qui ſi quid deinde præter auctoritatem intercalaret, irritum eſſet ¶.

CAPUT

¶ Conſentaneum mihi viſum eſt hîc eam, quam hodie Judæi Deo de renovatione lunæ fundunt, ſubjicere precem.

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר במאמרו ברא שחקים וברוח פיו כל צבאם חוק וזמן נתן להם שלא ישנו את תפקידם ששים ושמחים לעשות. רצון קונם פועל אמת שפעלתו אמת וללבנה אמר שתתחדש עטרת תפארת לעמוסי בטן שהם עתידים להתחדש כמותה ולפאר ליוצרם על שם כבוד מלכותו ברוך אתה יהוה מחדש חדשים (ואומר ג׳ פעמים)

Gratia tibi, Domine Deus noſter, Rector univerſi mundi, qui dicendo feciſti cœleſtes orbes, & omnem hunc eorum ornatum mittendo oris ſpiritu: tu illis certa definitáque præſtituiſti ſpatia, nihil ut mentirentur unquam ratos ordines ſervantes, & à te datum eis iſtuc, ut mirifica cum alacritate lætitiâque effectoris ſui voluntati obſequi viderentur: tu Summus opifex, cujus verum, ſyncerum, conſtans & immutabile opus: tu juſſiſti lunam renovari, utique ſplendidum ac nobile ſignum fore, ut gravidum modò ventre ſuſtinentes onus aliquando conſimiliter renoventur, qui creatorem ſuum laudibus ornent iis, quæ ſupremum dominum & rectorem deceant. Gratia tibi Domine rerum de menſtruis his novitatibus. (hîc ter dicitur.)

CAPUT SECUNDUM.

Primùm quibuſcunque lunam novam nunciantibus nullo certo vitio infamibus creditum: poſtea verò, quoniam hæretici falſos ſubornabant lunæ novæ teſtes, niſi hominibus cognitis & probatis non habitam eſſe fidem, nec his quidem, niſi ad faſtidium excuſſis. nam ſingulis menſibus conſilium ratione aſtrologorum exquiſiſſe, num luna ſe apertura, ubi futura, quàm latam, quàm anguſtam ſe præbitura, quorſum cornua converſura eſſet, tum his ipſis rebus examinaſſe lunæ novæ teſtes. A conſilio lautas epulas eſſe datas lunæ novæ nunciis, quò frequentiores venirent. Par nunciorum primum rite examinari: ex cæteris capita rerum eò requiri, ut ne mæſti abirent: confirmato nuncio diem à conſilio clara voce conſecrari, & à populo conſecrationis verba bis repeti. Conſecrationem verò non tam à lunæ viſione, quàm ab enunciatione conſilii pependiſſe; adeò, ut & conſilii errantis decreto ſtandum eſſet.

§. I. NUNCII lunæ novæ idonei erant demum viri integri ac caſti, qui iidem adhibebantur & aliarum rerum teſtes. Nam mulieres & ſervi perinde, ac cæteri, qui ad

פעמים) כימן טוב תהא לנו ולכל ישראל (ואומר ג״פ) ברוך יוצריך ברוך עושך ברוך קוניך ברוך בוראיך (ורוקד ג״פ ואומר) כשם שאני רוקד כנגדך ואיני יכול ליגע בך כך לא יוכלו כל אויבי ליגע בי לרעה (ואומר ג׳ פעמים) תפול עליהם אימתה ופחד בגדול זרועך ידמו כאבן (והופכו ואומר) כאבן ידמו זרועך בגדול ופחד אימתה עליהם תפול (ואומר ג״פ) דוד מלך ישראל חי וקיים (ואומר שיר למעלות אשא עיני : הללויה הללו אל בקדשו ונותנים שלום זה לזה:

dicitur.) Signum fauſtum nobis fuerit, & cunctis Iſraelitis. (tum ter dicitur.) Laus molitori, laus effectori, laus auctori, laus creatori tui. (hic quiſque ter ſubſilit & dicit.) Ut ego ad te ſubſulto, nec te poſſum attingere tamen, item nec adverſarii mei me poſſint attingere, quò mihi noceant: (tum additur etiam ter,) incidat eis terror atque formido, vi roboris tui inſtar lapidis obmuteſcant: (deinde contrario ordine) obmuteſcant lapidis inſtar tui roboris vi, formido atque terror eis incidat. (inde ter dicitur.) * David, rex Iſraelitarum, ſalvus eſt & incolumis. (Adduntur pſalmus 121. cujus titulus, *Carmen gradatim modulandum*, & prima verba ſunt, *Oculos in montes tollo, unde veniat mihi auxilium*, & pſalmus omnium ultimus cujus initium, *Laudate Deum, laudate Deum præpotentem*: quibus abſolutis omnes ſalutant inter ſe.)

* Namque hoc ſpectat ad illud quod de *Davide* ſcriptum legitur *Pſal.* 89. v. 37, & 38. *Semen ejus æternum fore, & ſolium ejus ſic, ut ſolem coram me: Utque lunam fixum & ſtabile permanſurum.*

§. I. *Te-*

ad res alias * teſtimonio eſſe nequibant, repudiabantur. Si cum patre filius unà vidiſſet naſcentem lunam, conſilio renunciarent ambo, non quòd propinquorum de luna nova teſtimonium valeret ad calendas definiendas: ſed ut ſi illorum alter, aut quia latro erat, aut quid ſimile, ad teſtimonium dicendum non eſſet idoneus, alter cum alio tertio ad teſtandum conjungeretur. Ac quibus teſtimonii dictio ex ſapientum auctoritate non erat, etſi erat ex Lege, tamen nihilominus de naſcente luna teſtimonium eorum rejiciebatur.

§. II. Qui de luna nova renunciabant, eos ex Lege quidem tam faſtidioſè probare, non erat neceſſe. nam ſi per nuncios, quorum id de luna nova teſtimonium inveniebatur falſum, calendæ fuiſſent inſtitutæ, rectè tamen inſtitutæ eſſent. Principiò igitur omnibus omnino Judæis naſcentem lunam nunciantibus facilè credebatur: etenim Judæorum quiſque, quoad certò ſcias hominem eſſe vitioſum, putandus eſt fide dignus. Ex quo autem religionem adeo labefactarunt * homines de natura divina pravè ſentientes, & ab iiſdem frequentes ſunt pretio conducti, qui falsò nunciarent lunam naſcentem à ſe conſpectam eſſe, quam non viderant, conſtitutum eſt; ut ii demum ad teſtandum adhiberentur, quorum innocentia conſilio eſſet cognita & perſpecta: nec his quidem fides tribueretur, niſi diu, multúmque interrogatis. §. III.

§. I. *Teſtimonio eſſe nequibant.* Non erat enim teſtimonii dictio nec aleatoribus, neque fœneratoribus, neque tendentibus rete columbis, neque facientibus commercium earum, quas anno ſabbatico terra inculta fuderat, frugum, neque ſervis hominibus, id quod demonſtratur tractatu Talmudico de principio anni, fol. 22. pag. 1. neque porrò multis aliis, de quibus diſputatur à ſcriptore noſtro, libro de Judicibus, tractatu de teſtimoniis, capp. 11. & 12.

§. II. *Homines de natura divina pravè ſentientes.* In editione anni 1574. legitur hic אפיקורוסין Epicurei: in editione anni 1524. מינין Hæretici, qua de voce fusè diſputavit *Buxtorfius* in ſuo lexico Rabbinico: in tractatu autem Talmudico de principio anni, fol. 22. pag. 1. in ipſa Miſna, unde locus hic derivatur ביתוסים *Bajetuſai*, qui iidem etiam *Karai* nominantur. Nam fuerant *Antigoni Sochæi* cujuſdam eximii doctoris auditores duo, quorum uni nomen *Bajetus*, & alteri *Saducus*. Hi cùm audiſſent è doctore ſuo, cùm diceret, Deo ſerviendum nullâ propoſitâ mercede, putantes eum hoc dictum voluiſſe, nullum neque præmium, neque pœnam expectandam, abnegantes traditionem omnem à communione Judæorum deſciverunt, & iidem ſuas ſibi diſciplinas conſtituerunt, quæ ex ipſis vocabula habebant. nam eos qui ſectabantur *Saducæi* vocabantur, & *Bajetuſæi*, qui in his regionibus, *Ægyptum* dico, vulgò *Karai* dicuntur. Hoc ego ex ſcriptoris noſtri commentariis in *Capita Patrum* verbum de verbo expreſſum extuli. Ad rem ut redeam, nomina iſta ſunt illa quidem propria certarum diſciplinarum à recto & vero alienarum: ſed enim interdum vis eorum latiùs patet, ut quibus ſignificantur omnino omnes de vi & natura divina malè ſentientes.

§. V. *Ho-*

§. III. Cùm igitur conſilio non eſſent noti per ſe ipſi qui naſcentem lunam viderant, tum urbis ejus incolæ, ex qua conſpecta erat luna naſcens, unà cum his, qui conſilio novilunium ibant nunciatum, mittebant & alios, qui apud hoc ipſum conſilium illis innocentiæ atque integritatis teſtimonium tribuerent: Ac tum demum eorum erat nuncio locus.

§. IV. Quovis menſe conſilium ratione & via aſtrologorum exquirebat, num eſſet futurum, ut, ſi luna ſe aperiret, ad ſeptentrionem vergeret, an ad meridiem? quàm latam aut anguſtam præbitura ſe eſſet? & quorſum ſumma cornua converſura? Tum ſi qui venirent lunæ novæ nuncii, his eos interrogationibus excutiebat: qua in parte mundi lunam conſpexiſtis, aquilonari, an auſtrali? quorſum ejus tendere cornua, quàm altam à terris ferri, quàm latam vobis eam videre viſi eſtis? ſi reſponderent ea, quæ cum aſtrologiæ rationibus congruerent, eorum nuncio fides habebatur: ſin minus, reſpuebatur.

§. V. Si nuncii afferebant ſe Lunæ naſcentis ſimilitudinem in aqua, aut etiam ipſam in cœlo vidiſſe per nubes, aut illius umbram in laterna: aut ſe lunam novam vidiſſe partim in cœlo, partim vel in nube, vel in aqua, vel in laterna; ſcilicet ea viſio nulla fuit, nec ejus cauſa calendæ conſecrabantur. Quod ſi nunciorum alter aiebat, viſa mihi fuit luna nova ſupra terram ferri duorum quaſi ſtaturam * hominum, & trium alter, conjungebantur unà. Contra, ſi lunam unus extulerit in altitudinem ſtaturam trium hominum, alter quinque. Sedenim eorum unus cum alio tertio conjungebatur, qui aut idem, quod ipſe diceret, aut unius duntaxat hominis ſtaturâ ab eo diſcreparet.

§. VI. Quod ſi nuncii dicerent lunam novam à ſe conſpectam eſſe tum, cùm minimè attenderent, ſed ubi applicaſſent animum teſtimonii dicendi cauſa, porrò non apparuiſſe, hujus item teſtimonii nulla prorſus habebatur ratio ad conſecrandas calendas. Nam fieri potuit, ut coactæ nubes in unum ſpeciem

§. V. *Hominum, & trium alter.* Docet enim ratio mathematicorum quanta humilitate luna feratur, terram pene contingens. *Tullius*, lib. 2. de divinatione.

ſpeciem exhiberent lunæ, quæ deinde ſunt diſſolutæ: Sin autem ferrent nuncii vigeſima nona menſis die mane ante ſolis ortum lunam à ſe conſpectam eſſe in oriente, ad veſperum autem triceſimæ noctis in occidente, his omnino credebatur, atque ex hac eorum viſione calendas conſecrabant, quippe qui lunam novam ſuo tempore viderant. Quod autem dicerent mane ſibi lunam apparuiſſe, conſilium omnino nihil movebat. nam viſionis matutinæ cautio nulla fuit, ac perſuaſum habebant, quòd nubes ſimul collectæ ſpeciem lunæ præbuerint. Atque his etiam credebatur, qui ſibi ſuo tempore lunam naſcentem apparuiſſe, ferebant, tametſi luna non conſpiciebatur ea nocte, quæ intercalaris fere dicitur. Solius enim viſionis, quæ in triceſimam menſis noctem incurrebat, noſtra cautio fuit.

§. VII. Ita fere excipiebantur ii, qui conſilio lunam novam nunciabant. Veniebat ad conſilium quiſquis alioquin ad teſtimonium dicendum idoneus naſcentem lunam viderat, quos omnes conſilium introducendos in locum unum, atque illis convivia opiparè apparanda curabat: quò magis ad annunciandam lunam novam allicerentur. Nuncii autem ſuo quiſque ordine interrogabantur de his, quæ ſunt ſupra dicta. Primò videlicet nunciorum par illud, quod primum venerat; ſed & horum major prior introducebatur ad conſilium, ut interrogaretur. Qui ſi conveniebat cum ratione aſtrologiæ, ejus arceſſebatur ſocius: Si congruebat cum priore, ſatis eorum erat teſtimonium confirmatum. Itaque ex reliquis nunciorum paribus duntaxat rerum capita conſilium requirebat: non quòd ita opus eſſet, ſed ne abirent animo abjecto atque fracto, atque ægrè nunciatum venirent.

§. VIII. Confirmato jam teſtimonio, conſilii princeps ita dicebat, CONSECRATUS EST, cui populus omnis reſpondebat, CONSECRATUS, CONSECRATUS. Nec calendas conſecrabant pauciores, * quàm homines tres, neque pauciores adhibebantur ad putandas rationes illas geometricas, nec calendæ conſecrabantur, niſi cùm luna nova ſuo

tempore

§. VIII. *Quàm homines tres:* neque enim paucioribus convenire nomen ſeu ſenatûs, ſive conſilii; ſive conſeſsûs judicum paſſim in Talmude traditur.

§. X. *Ha*

tempore viſa fuit: nec tum quidem conſecrabantur, niſi interdiu. Quæ ſi noctu conſecratæ fuiſſent, hæc conſecratio nulla foret. Imo ſi conſilium ipſum cum omnibus unà Iſraeliticis naſcentem lunam conſpexiſſet; nec ei licuiſſet pronunciare CONSECRATUS EST, quin oppreſſiſſet nox una & triceſima menſis, aut ſi pronunciare per otium quidem licuiſſet poſteaquam viſa luna nova fuit; ſed conſilium produxiſſet nunciorum examen ad ipſum veſperum unius & triceſimæ noctis, videlicet iſte dies non conſecraretur; verùm menſis eſſet plenus, id eſt, calendæ rejicerentur in unum & trigeſimum diem, tametſi luna nova conſpecta eſſet nocte triceſima. Neque enim lunæ viſio, ſed conſilium, cùm pronunciabat CONSECRATUS EST, calendas definiebat.

§. IX. Quod ſi Conſilium ipſum lunam novam vidiſſet extremo die vigeſimo nono ante, quàm ſydus ullum oriretur, idem hoc Conſilium pronunciaret illicò, CONSECRATUS EST, quippe cùm adhuc luceret. At ſi lunam novam conſilium cerneret trigeſima nocte poſt orta jam ſydera duo, poſtridie demum eorum uni duo alii judices aſſiderent, atque reliqui duo teſtimonium de luna nova dicerent coram his tribus, qui deinde diem conſecrarent.

§. X. Conſilium autem etſi calendas per imprudentiam, per errorem, per vim conſecrarit, nihilominus ratum erat. Atque ad hunc diem à conſilio conſecratum dies feſtos quiſque dirigeret, oportebat. Quin etiam is, qui erraſſe conſilium probè ſciret, idem ipſe ejus decreto ſtaret neceſſe erat, quippe conſilio commiſſa res erat, ac credita: & cui præceptum erat, uti dies feſtos celebraret, eidem etiam præſcriptum, ut conſilio morem gereret, quod hæc Legis verba, * *Hæ ſunt feriæ Domini quibus conventus ſacros celebrabitis*, &c. ſatis indicant. * Lev. 23.37.

CAPUT

§. X. *Hæ ſunt feriæ*, &c. Hujus videlicet oraculi divini verbis אלה מועדי יהוה אשר תקראו אתם ſubjiciuntur ſententiæ duæ: unam à nobis in textu expreſſam, & hanc alteram, Hæ ſunt feriæ Domini, quas voſmet indicetis. neque enim ad hanc alteram ſententiam ſubjiciendam quidquam aliud requiritur, niſi ut puncta vocalia (ſic enim à grammaticis appellantur) poſtremæ vocis immutentur, adeóque legatur non אתם; ſed אֹתָם quod eſſe faciendum ſæpiùs traditur in tractatu Talmudico de principio anni.

CAPUT TERTIUM.

Omnes, qui lunam novam conſpexerant, cùm aut unius diei & noctis iter à conſilio diſtarent, aut minus eo, renunciatum irent, oportuiſſe, vel ipſo ſabbato. Principiò triceſimâ menſis die totâ nuncium lunæ novæ acceptum: hac adeo re aliquando deſcriptionem ſacrorum & ordinem fere ſublatum: inde ſancitum, ne lunæ novæ nuncio locus eſſet ultra veſperam: rurſus diſturbato templo, ut etiam proximè ante ſolis occaſum nuncius lunæ novæ valeret ad calendas definiendas, edictum eſſe. Definito menſe pleno ſeu intercalari, calendis ſubſequentibus quoſdam conſtitutum in locum coiſſe, ut ſacrum epulare celebrarent. Primùm facibus tollendis longè latéque ſignificari calendas eſſe conſtitutas: poſt Samaritanis hoc ſigno abutentibus, ut plebem in errorem inducerent, conſtitutum eſſe, ut mitterentur qui multitudini conſecrationem calendarum nunciarent. Quò loci cunque iſti perveniebant, ibi dies ſolemnes ſimplices: quò non aſpirabant, geminos agi. Hos menſe Niſan veniſſe, quò non poterant menſe Tiſri: nihilo minus ibi ut omnes ex æquo dies ſolemnes geminarentur, à ſapientibus ſcitum eſſe. Certis de cauſis lunæ novæ nuncios terrendos, odiosè interpellandos, rogitando obtundendos.

§. I. QUI naſcentem lunam conſpexerant, hi cùm diſtarent à conſilio unius diei & noctis iter, aut eo minus, renunciatum ibant. Sin longiùs abeſſent à conſilio, nihil erat, quod renunciarent. Quid enim eorum poterat nuncius prodeſſe poſt exactam trigeſimam diem menſis, cùm is eſſet jam intercalaris conſtitutus?

§. II. Qui lunam novam viderant, hi ejus nuncium conſilio neceſſe erat vel ipſo etiam Sabbato afferrent, quoniam in Lege
Lev. 23. 4. eſt, *Hæ ſunt ergo feriæ Domini ad convocationem populi, quas indicetis temporibus ſuis.* Nam propter omnem, de quo edicitur, ut obſervetur tempore ſtato, religioſi muneris functionem Sabbatum elevabatur. Ex quo ſolas ob Niſan & Tiſri calendas

calendas fiebat, contra id quod * de ſabbato ſancitum eſt, quippe quæ ſolæ ad ſolemnitates celebrandas pertinerent. Cùm verò ſtabat templum, etiam propter ſingulas calendas contra præceptionem de ſabbato fiebat. Singulis enim calendis, præter quotidiana, fiebant etiam alia ſacrificia, quorum gratiâ quidem ſabbatum ſemper pro die profano habebatur.

§. III. Atque ut illi, qui naſcentem lunam viderant, nulla habita ratione ſabbati, conſilio nuncium ejus portabant, ſic etiam ſabbatum profanantes ad conſilium proficiſcebantur, qui lunam novam nunciantibus innocentiæ dabant teſtimonium, ſi per ſe ipſi conſilio eſſent ignoti. Quin etiam cùm unus tantum inveniretur homo, per quem conſilio nota fieret eorum, qui de luna nova renunciabant, integritas, tamen unà cum ipſis contra Legem, quæ eſt de ſabbato, pergebat ad conſilium eam ob cauſam, quòd fieri poterat, ut etiam inveniretur alter, quicum jungeretur.

§. IV. Si qui viderat lunam novam ad noctem ſabbaticam morbo teneretur, is in aſinum imponebatur etiam cum grabato. Si periculoſum erat iter, portabant arma nuncii. Si longinquum erat, viatico ſe muniebant. Nec verò qui lunam novam ſabbato viderant ita magnam, ut cerni facilè poſſet ab omnibus, dicerent, uti nos; ſic & alii ſine dubio lunam novam conſpexere: quare nihil eſt, quod contra præceptum de ſabbato quidquam committamus. Nam cuique alioquin ad teſtimonium dicendum idoneo præſcriptum erat, cum ſabbato lunam novam viderat, atque inter illum & conſilii ſedem unius duntaxat intercedebat diei & noctis iter, aut eo minus, ut ſabbato profanando nuncium lunæ novæ conſilio deferret.

§. V. Principiò triceſima menſis die tota novæ lunæ teſtimonium accipiebatur: ſed enim aliquando ſtante templo evenit, ut lunæ novæ nuncii * ad veſperam necdum acceſſiſſent. Itaque altaris miniſtri valdè erant dubii ac ſoliciti faceréntne juge ſacrificium, an differrent etiam, ſi qui porrò venirent lunæ novæ nuncii. Nam facto ſacrificio jugi veſpertino, quæ ſolet calendarum

§. II. *De ſabbato ſancitum eſt.* Exod. 16. v. 29. *Sua quiſque ſede maneat: ne ſuo ſe quiſquam è loco moveat.*

§. V. *Ad veſperam.* Veſpera apud Hebræos nomen à duplici ratione ſua ducit. Sed hac de re diligenter diſputavimus libro de cultu divino initio tractatûs ſexti.

§. VI. De-

calendarum nomine ſacrificiis addi hoſtia, porrò immolari non poterat. Tum igitur à conſilio ſancitum eſt, ut ne de luna nova nuncii ultra veſperam allati haberetur ratio, hanc videlicet ob cauſam, ut per diei tempus liceret & ea, quæ calendarum nomine addebantur, ſacra, & ſacrificium juge veſpertinum, atque eorum libationes fieri.

§. VI. Itaque ad veſperam ſi nulli etiam adveniſſent lunæ novæ nuncii, fiebat ſacrificium juge veſpertinum, quo facto, ſi nuncii veniſſent, reliquum diei ſpatium quidem exigebatur ſanctè, ſed & poſterus dies inſtituebatur feſtus, quo demum fiebat ſacrum id, quod præter quotidianum poſtulabat calendarum ratio. namque dies à veſperis non conſecrabatur. Verùm poſt excidium templi princeps conſilii doctiſſimus, *Joannes Zacai* filius, unà cum reliquo judicum conſeſſu, conſtituit, ut tricеſima menſis die tota teſtimonio de luna nova * daretur locus. Itaque & extremo die menſis trigeſimo proximè ad ſolis obitum excipiebantur etiam nuncii lunæ novæ, ſi veniſſent, & idem ille menſis triceſimus dies conſecrabatur ſolus.

§. VII. Conſilium menſem intercalarem, ſive plenum cùm definiviſſet, quia nulli venerant trigeſima menſis die tota lunæ novæ nuncii, quidam una & triceſima menſis die, qua habebantur calendæ, conſtitutum in locum coibant, in quo epularentur. Huc nec conveniebant de nocte, ſed luce dubia ante ſolis ortum: neque epulas iſtas pauciores, quàm epulones decem celebrabant, neque in his epulis quidquam apponebatur aliud, quàm panis ex ſecali, & minuto quodam frugum genere. Nimirum hoc eſt illud, quod paſſim commemoratur intercalationis menſtruæ ſacrum epulare.

§. VIII. Principiò conſilium ubi calendas conſecraverat, faces curabat extollendas in montium jugis, quo ſigno hominibus longè diſſitis calendarum conſecratio protinus indicaretur. Poſtquam autem * Cutæorum perverſitas eò venit, ut facibus ſimiliter

§. VI. *Daretur locus.* Nullus enim jam metus erat, ne perturbatio rerum inde exoriretur.

Triceſimus dies conſecrabatur ſolus. Nimirum hoc illud eſt, quod ſæpe traditur in tractatu Talmudico de principio anni: unus ex anno dies pro anno expleto, & pars diei pro toto habetur.

§. VIII. *Cutæorum perverſitas*, &c. Cutæi ſunt iidem, qui Samaritani, de quibus ita Joſephus, lib. 9. cap. ultimo. Aliáſque gentes nomine Cutæos, qui de flumine Perſico nomen id habebant, in Samariam & omnem Iſraeliticam regionem deducendas curavit. Et inferius, Igitur, inquit, cùm

ſimiliter elatis plebem deducerent in errorem, à conſilio conſtitutum eſt, ut mitterentur, qui multitudini calendarum conſecrationem nunciarent. His autem nunciis non concedebatur, ut aut quenquam diem feſtum, aut ſolemnitatem Expiationum itinere faciendo profanam haberent, multo etiam minus, ut ſabbatum ipſum: neque enim ut calendarum conſecrandarum cauſâ, ſic & ubique celebrandarum gratiâ, ſabbatum fieri profanum, permiſſum eſt.

§. IX. Omninò menſibus ſex mittebantur, qui definitas à conſilio calendas nunciarent. Primum menſe Niſan, propter ſolemnitatem paſchæ: menſe *Ab, propter jejunium, quod ejus menſis die nono celebratur. Menſe Elul, propter anni principium, ſcilicet ut menſis ejus die trigeſimo nuncios expectarent à conſilio. Qui ſi afferrent calendas jam eſſe inſtitutas, triceſimum menſis diem ſolum feſtum agebant: ſin minùs, & poſterum diem celebrabant, uſque dum venirent, qui menſe Tiſri mittebantur nuncii. Mittebantur autem menſe Tiſri, propter multas ac varias, quæ in eo celebrantur rato tempore, ſolemnitates. Menſe Caſleu, propter ſolemnitatem dedicati templi. Denique, menſe Adar, propter ſolemnitatem ſortium: ſedenim ſtante templo mittebantur etiam menſe Jar, propter paſcha minus, ſeu ſecundum.

§. X. Menſe Niſan, itémque Tiſri, qui emittebantur à conſilio, ut reliquo populo finitas indicarent calendas, non proficiſcebantur, niſi calendis ipſis, ſole jam orto, poſtea, quàm è conſilio audierant, cùm pronunciaret, CONSECRATUS EST: niſi forte iidem ipſi à conſilio calendas uſque ab extremo die nono & viceſimo ſic, ut ſupra diximus, conſecrari audierint: Tum enim ut ad veſperum illicò ſe committerent itineri licebat: ſed ſex horum menſium quatuor reliquis veſperi poſt viſam lunam novam, etſi à conſilio calendæ necdum erant conſecratæ, permiſſum fuerat, ut definitarum calendarum

cùm fuiſſent in Samariam tranſportati Cutæi (hoc enim nomine vocabantur hactenus, quòd à quodam Perſidis flumine, cui nomen erat Cutæ, migraſſent.) Et paulo poſt etiam: hi ſecundum eloquium Hebræorum Hebræi, ſecundum genus Cutæi, græcè autem Samaritani vocantur.

§. IX. *Ab, propter jejunium.* Menſis hic quintus eſt à menſe Niſan, & reſpondet ferè Julio. Jam de cauſa & ratione jejunii, quod ejus menſis nono die celebratur ſcriptor noſter copioſè diſputat tractatu de Jejunio, §. 2. cap. 5.

calendarum nuncii iter inſtituerent; quia enim poſtridie calendas à conſilio conſecratum iri, conſtabat.

§. XI. Itaque quò loci cunque definitarum nuncii calendarum perveniebant, in eo dies ſolemnes, ut in Lege eſt, inſtituebant ſimplices: longinquis autem in locis, ad quæ calendarum nuncii aſpirare nequibant, dies ſolemnes geminabant, quippe qui neſcirent quo die eſſent à conſilio definitæ calendæ.

§. XII. Erant loca quædam, quò calendarum nuncii perveniebant quidem menſe Niſan, menſe Tiſri non item. Hîc æquum foret, ut ad ſolemnitatem Paſchæ, quoniam à nunciis acceperant quando calendæ menſis Niſan conſtitutæ à conſeſſu judicum eſſent, agitarent diem ſolemnem duntaxat unicum: duos autem ad ſolemnitatem umbraculorum, ſiquidem de calendis Tiſrinis nihil dum ipſis nunciatum erat. Sed ne diſcreparent inter ſe ſolemnitates, à ſapientibus ſancitum eſt, ut quò loci cunque menſe Tiſri calendarum nuncii perveniebant nulli, ibi ſingulæ ſolemnitates biduo celebrarentur, vel ipſa etiam * Pentecoſte.

§. XIII. Quid autem erat, quòd iidem ipſi calendarum nuncii quò loci perveniebant menſe Niſan, eòdem pervenire non poſſent menſe Tiſri? Nimirum quia dies feſti menſe Tiſri inſunt duo, quibus ambulare calendarum nunciis non licebat, neque calendis ipſis, quod erat anni principium, neque ejuſdem menſis die decimo, quo celebrabatur Expiationum ſolemnitas.

§. XIV. De calendarum conſecratione nuncio vel uni fides tribuebatur. Nec publico tantum nuncio, ſed etiam alicui mercatorum, qui itinere faciendo dicebat ſe è conſilio audiſſe, cùm calendas iſto vel illo die conſecraret. Cujus è teſtimonio inſtituebantur dies feſti atque ſolemnes: calendarum enim conſecratio cùm eſſet ejuſmodi res, quam proferri palàm neceſſe fuit, vel unico ad teſtimonium dicendum idoneo viro, fides habebatur.

§. XV. Si, conſilium cùm trigeſimo die menſis perpetuo nuncium de luna nova ſedens expectaſſet, nec quidquam accepiſſet,

§. XII. *Pentecoſte*. Quæ, ut nomen ipſum declarat, ad quinquageſimum ab poſtero Paſchæ die diem celebrabatur, nec à calendis pendebat ullatenus. Atque de hoc nomine עצרת, quo fere Pentecoſte appellatur, diligenter ego diſſerui lib. de cultu divino, tract. 2. ad §. 6. cap. 3.

piſſet, poſtridie ſummo mane menſem plenum definiviſſet, ſicut ante diſſeruimus, tum quatuor, aut quinque poſt diebus longinqui venerint nuncii, qui pro teſtimonio dicerent, lunam novam ſuo ſibi tempore, hoc eſt, nocte triceſima menſis, apparuiſſe: vel etiam ſi venerint eodem menſe exeunte, conſilium illos vehementer perterrebat, interpellabat odiosè, rogitando obtundebat, atque ex eorum reſponſis ſingulis verbis ſic aucupabatur, uti denique efficeret, ne menſis, qui jam diu definitus eſſet plenus, aliter obſervaretur.

§. XVI. Sin nihilominus in teſtimonio nuncii perſtarent, ipſorum teſtimonium conveniret, ipſi viri eſſent noti atque intelligentes, cùm illorum eſſet teſtimonium ritè perpenſum, tum conſilium de integro menſem finiebat, cujus dies dinumerabantur ab eo, qui menſis antecedentis alioqui fuiſſet triceſimus, ſiquidem nocte illum antevertente luna nova jam apparuerat.

§. XVII. Quod ſi conſilium menſem illum ſic, ut ante teſtium erat adventum, neceſſe habebat intercalarem relinqui, relinquebat. Nimirum hoc eſt illud quod dicebatur menſem intercalarem finiri neceſſitatis ergo. Fuerunt tamen clari ſapientiâ viri quidam hac de re diſſentientes, qui dicerent, non eſſe jus, ut neceſſitatis causâ menſis intercalaris finiretur; ubi veniſſent lunæ novæ nuncii eos, non eſſe terrendos; ſed ex eorum eſſe teſtificatione conſecrandas calendas.

§. XVIII. Ego verò ſic arbitror, aut hanc doctorum hominum in hac re diſſenſionem, duobus menſibus exceptis, Niſan & Tiſri, reliquos duntaxat ſpectare quatuor; aut ad eos ſummum attinere lunæ novæ nuncios, qui menſe Niſan atque Tiſri venerant poſt exactos dies feſtos atque ſolemnes, qui his menſibus duobus agebantur, quoniam actum erat, jam præterierat tempus ſacrificiorum, item & tempus dierum ſolemnium: ſin autem his menſibus duobus lunæ novæ nuncii veniſſent ante menſem medium, ab iis nullatenus territis accipi quod afferebant. Neque enim ii, qui de luna nova, quæ tempore ſuo conſpecta fuit, nuncium afferebant, ideo terrendi erant, uti menſis plenus definiretur, ſeu, quod idem eſt, intercalaris.

§. XIX. At ſi habebant nunciorum verba ſuſpicionem falſitatis, ut probro & dedecori illis eſſet, ſi illorum repudiato teſtimonio, menſis conſtitueretur plenus, tum magno cum terrore

rore excutiebantur, ut, teſtimonio tandem confirmato, calendæ ſuo tempore defigerentur. Similiter ſi tum, cùm aliqui lunam novam à ſe ſuo tempore viſam eſſe nunciarant, antequam conſilium ſacrarit calendas, venirent, qui illos accuſarent vanitatis, accuſatores conſilium ita territabat, ut eorum denique accuſatione infirmata calendæ ſuo tempore conſecrarentur.

CAPUT QUARTUM.

Quot & quibus de rebus annus intercalaris definiretur? Quid tandem annus intercalaris communibus amplius haberet, & quod ad tempus anni hæc acceſſio fieret? Quinam annum intercalarem definirent, & ubi loci hoc fieri conveniret? Quando renunciaretur annus intercalaris? Nunquam intercalatum nec in fame & inopia, nec anno ſabbatico. Cùm erat intercalatum, de intercalatione literas eſſe datas provincias in omnes, quarum literarum exemplar ſubjicitur.

§. I. QUI annus fiebat uno menſe longior, is intercalaris appellabatur: ſed nullus addebatur unquam anno alius, quàm menſis Adar: itaque anno intercalari menſes Adar bini continuabantur, atque iidem Adar primus, & Adar ſecundus dicebantur. Quid ita veró? Nimirum ut haberetur unà cum meſſe Paſcha, quippe cùm in Lege ſit, *Obſervato menſem novarum frugum*, &c. Hujus enim verbi vis ea fuit, ut temporis obſervandi rationem teneres eam, quæ menſem hunc ad meſſem adduceret: atqui niſi alterum anno menſem Adar adderes, tum Paſcha hybernis, tum æſtivis accideret temporibus.

Deut. 16. 1.

§. II. Tribus de cauſis annus intercalaris inſtituebatur: Primò, propter æquinoctium: deinde, propter terræ fruges: tertiò, propter arborum baccas. Ut ſi ex tabularum ratione conſilium intelligeret æquinoctium aut decimo & ſexto die Niſan futurum eſſe, aut etiam poſteriùs, alterum anno menſem Adar adderet; ut cum Paſcha adeſſet frugum maturitas. Quæ cauſa

 quidem

quidem cùm eſſet, annus conſtituebatur intercalaris, nec ulla cauſa quærebatur alia.

§. III. Jam ſi ſeges eſſet tardior, quàm ut poſſet ad Paſcha meti; nec dum baccas, quæ ſolebant tempore paſchali, profuderant arbores; hac duplici de cauſa conſilium itidem annum faciebat uno menſe longiorem, licet decimum & ſextum diem menſis æquinoctium antecederet. Etenim ad Paſcha neceſſe erat, tum ut fruges invenirentur maturæ, unde manipulus offerretur Deo primitiarum munus ad decimum & ſextum menſis Niſan; tum etiam ut arbores ſic, ut ſolitæ erant, cùm eſſent maturæ fruges, ex ſe fructus extuliſſent.

§. IV. Frugum verò maturitas in provinciis omnino tribus obſervabatur, in Judæa, trans Jordanem, atque in Galilæa. Si in harum duabus maturæ fruges eſſent, nihil intercalabatur, etſi in provincia tertia nondum maturitatem habebant. Contra verò, ſi maturitatem in una tantum ex his tribus ſeges eſſet aſſecuta, intercalabatur, ſi necdum ex ſe baccas ſuderant arbores. Atque hæ quidem præcipuæ erant cauſæ, cur anni conſtituerentur intercalares, ut ſcilicet ad ſolis converſionem dirigerentur.

§. V. Præterea autem ob quaſdam res alias neceſſariò conſilium annum decernebat intercalarium. Nam ſi viæ eſſent deteriores, quàm ut poſſet Hieroſolymam aſcendere populus, intercalabatur; ut deficiente pluvia viæ repararentur: ſi pontes interrupti, ut intercedentia flumina non modò plebem tardarent; ſed etiam in vitæ periculum vocarent, item intercalabatur, uti pontes reficirentur. Si furnos, ubi coquerentur agni paſchales, everiſſet perpetuus imber, nec haberetur aliunde, ubi poſſent agni paſchales aſſari, annus itidem conſtituebatur intercalaris, uti furnos per otium reſtitui liceret, atque ante Paſcha ſiccari: * ſi Judæi procul exulantes viæ ſe commiſiſſent, nec ad Paſcha poſſent Hieroſolymam aſpirare, intercalabatur, ut daretur veniendi facultas.

§. VI. Nec

§. V. *Si Judæi procul exulantes.* Nam interea temporis, dum ſtabat templum Hieroſolymitanum ſecundum, Judæi per omnes omnium gentium terras diſperſi ac diſſipati fuerant, qui demum Judæi à ſcriptore noſtro גליות ישראל Judæi procul exulantes appellantur, id quod cum judicio obſervatur in commentariis textui noſtri ſcriptoris adjectis.

§. VI. Nec verò propter nivis multitudinem, vim frigoris, exules Judæos, qui non erant domo profecti, neque porrò quòd aut ſacerdotum, aut cœtûs pars major eſſet contaminata, idcirco intercalabatur; ut per dierum numerum, & aſperſionem aquæ ſublata labe, mundi paſchalem agnum immolarent. Sed eum immolabant, ut immundi eſſent. Attamen publicæ labis cauſa ſi fuerat intercalatum, ratum & fixum permaneret.

§. VII. Res verò quædam erant ejuſmodi, ut ob illas quidem nullatenus intercalaretur: ſed ſi tum concurrerent, cùm ut annus conſtitueretur intercalaris vel æquinoctium, vel fruges atque reliqui fructus poſtulabant, his intercalandi neceſſitas confirmabatur. Ut ſi * hœdi & agni nondum nati, aut rariores eſſent: ſi columbarum pulli nondum evolaſſent, neutiquam intercalabatur ideo, ut illos quiſque ad agnum paſchalem, hos frequentes reperirent apparentes Domino, vel ſacrificium volucris debentes: ſed cùm erat intercalandi neceſſitas, his rebus confirmabatur.

§. VIII. Ut igitur his confirmabatur intercalandi neceſſitas? Nempe proferentes annum eſſe intercalarem propter moratum æquinoctium, vel immaturas fruges, & fructus nondum exiſtentes, addebant etiam quòd hœdi & columbarum pulli parati adhuc non eſſent.

§. IX. Non intercalabatur, niſi per eos, qui fuerant ad id officii electi. Itaque conſilii magni princeps deligebat nonnullos ex ſupremo illo ſynedrio quod vocabatur, quibus ita dicebat: curate parati ſitis in hoc illo loco, uti deliberemus ac conſultemus, utrùm oporteat intercalarem conſtitui annum, necne: atque ab his ſolis, qui erant ad id invitati intercalabatur. Cùm igitur iniretur intercalandi conſilium, principiò tres ex illo ſupremo ſynedrio quod vocant, judices, qui eſſent iidem ad dignitatem magiſterii promoti conſidebant: quorum ſi duo ſentirent nihil eſſe, quòd deliberaretur; an oporteret intercalari: unus verò deliberandum putaret, partem minorem vincebat major. Sin conſultandum ac deliberandum exiſtimarent duo: unus autem nulla deliberatione opus eſſe cenſeret,

§. VII. *Hœdi & agni nondum nati.* Ut ſacrificiorum libamenta ſerventur, fœtúſque pecorum ...... diligenter habenda ratio intercalandi eſt. *Tullius*, l. 2. de legibus.

§. XI.

ſeret, præterea duo ex invitatis arceſcebantur ad rem agitandam.

§. X. Tum ſi duo intercalandum judicabant, tres contrà non opus eſſe intercalatu, jacebant, ii qui numero pauciores erant: ſin tribus opus eſſe intercalato ſentientibus refragarentur duo, tunc etiam duo ex invitatis adhibebantur, qui ſeptem rem vehementer agitatam penitus conficiebant. Nam ſi communiter aut intercalandum, aut non intercalandum conſtituerant, illorum decreto communi ſtandum erat. Sin inter ſe diſſiderent, in utramque partem majoris numeri valebat auctoritas. Atque ex his ſeptem, omnino neceſſe erat, ut unus eſſet conſilii magni princeps. Is erat, qui in illo conſeſſu unius & ſeptuaginta judicum primum locum obtinebat. Atqui ſi priores inter judices tres conveniret, ut intercalaretur, ratum erat; modò princeps ille aut ipſe rei intereſſet, aut certè conſentiret. Jam utrùm annus conſtituendus eſſet intercalaris, cùm deliberaretur, incipiebant ſententiæ rogari à conſeſſus latere: cùm autem id conſultaretur, utrùm menſis intercalaris ſeu plenus eſſet definiendus, ſententiam prior dicebat, qui dignitate præſtabat.

§. XI. Ad deliberationem utrùm intercalaris eſſet conſtituendus annus, neque rex admittebatur unquam, nec ſummus ſacerdos. Ille ne forte propter delectum habendum, aut belli adminiſtrationem, ad alterutram partem vel intercalandi, vel non intercalandi convocatos impelleret: hic ut ne ab intercalandi ſententia deduceret ideo, quòd ſi intercalaretur, menſis Tiſri in dies jam frigidos, magno ipſius incommodo incurreret; quippe qui ad * ſolemnitatem Expiationum jugi ſe aquâ quinquies ablueret.

§. XII. Summi conſilii maximus, qui idem purè princeps appellatur, cùm procul aberat, intercalabatur ea conditione, ſi principi placitum fuerit. Qui ſi reverſus, quod egiſſent, actum habebat, ratum erat: ſin minùs, irritum erat. Neque verò conſtituebatur annus intercalaris ubicunque loci: ſed in una duntaxat Judæa, quam Deus præcipuè colebat, id quod in Lege dicitur, *Sed locum ...... in quo inhabitet, petitote*,&c. Deut. 12. 5.

Quan-

§. XI. *Solemnitatem Expiationum.* Quæ decimo menſis ejus die celebratur.

§. XV.

Quanquam in Galilæa ſi conſtitutus eſſet annus intercalaris, ratum haberetur. Porrò annus non definiebatur intercalaris; niſi de die: ac ſi noctu fuiſſet intercalatum, irritum eſſet.

§. XIII. Quovis tempore conſilio licebat rationes ſecum deputare, tum apud ſe ſtatuere quis annorum futurus eſſet intercalaris, & id quidem permultos in annos: nullus autem annus renunciandus erat intercalaris, niſi poſt exactam illam, quæ principium anni dicitur, ſolemnitatem. Nec tum quidem renunciabatur annus intercalaris, niſi permagna ad indicandum impelleret neceſſitas: alioqui menſe Adar demum renunciabatur, conſequentem menſem non Niſan; ſed alterum fore Adar, quod annus eſſet intercalaris. Quod ſi conſilium ante principium anni edixiſſet venientem annum fore intercalarem, iſta quidem denunciatio nequaquam ad intercalandum valeret.

§. XIV. Menſis Adar dies cùm venerat triceſimus, needum eſſet intercalatum, omnino intercalandum non erat: quippe cùm poſſent illo die calendæ Niſan haberi. Menſis verò Niſan cùm venerat needum intercalatum fuit, intercalari porrò non erat integrum. Veruntamen hoc ipſo die triceſimo menſis Adar ſi eſſet intercalatum, ratum habebatur. Ergo ſi, poſtquam erat intercalatum, lunæ novæ nuncius afferretur, calendæ celebrabantur non Niſan; ſed denuò menſis Adar. Sin autem calendæ conſecratæ fuerant ante, quàm intercalatum eſſet, deinceps non intercalabatur, quoniam menſe Niſan non erat intercalandi poteſtas.

§. XV. Non conſtituebatur annus intercalaris in fame: etenim cùm vitæ tuendæ causâ etiam in cellas frumentarias omnes irrumperent, id ſanè fieri non poſſet; ut à * ſegete menſem ipſum, quo fiebat annus longior, prohiberentur: neque anno ſabbatico. cùm enim illæ, quæ è terris incultis ſponte ſua naſcerentur fruges publici juris eſſent, ſi annus augeretur ſolido menſe, non liceret reperire, unde Deo libaretur ille,

§. XV. *Segete menſem ipſum*, &c. Nam eâ ne quis uteretur ante, quàm altero Paschæ die feſto manipulus eſſet ex ea Deo libatus, à Lege ſancitum eſt, *Lev.* 23. 14. *Ne panem, neu fruges toſtas, neu polentam guſtatote ad hunc uſque diem, quo libamentum Deo veſtro feratis.*

Panes

ille, qui præſcribitur à Lege, manipulus, atque * panes illi duo. Ex quo intercalaris conſtitui ſolitus erat annus is, qui ſabbaticum antecedebat.

§. XVI. Ac mihi quidem hoc ita viſum eſt, omnino à ſapientibus interdictum eſſe, ne vel in annonæ difficultate, vel in anno ſabbatico intercalaretur; nimirum vel ob * vias & pontes interruptos, aut quid ſimile: verùm ut annus conſtitueretur intercalaris, ſi poſtularet vel æquinoctii mora, vel frugum & fructuum tarditas, nunquam fieri, ut non intercalaretur.

§. XVII. Cùm erat intercalatum, à conſilio literæ mittebantur provincias in omnes, ex quibus longinqui cognoſcerent & factum eſſe annum intercalarem, & qua de cauſa factum eſſet. Atque literæ verbis erant ſcriptæ principis conſilii in hunc modum. Notum vobis facio decreviſſe me unà cum meis ſociis, ut hic annus augeretur triginta, vel novem & viginti diebus. Nam hoc quidem erat in poteſtate conſilii, menſem intercalarem vel plenum vel cavum denunciare longinquis hominibus, quos hac de re certiores faceret. Conſilium autem ipſum menſem eundem ex ratione lunæ vel cavum vel plenum obſervabat.

CAPUT

Panes illi duo. De quibus *Lev.*23. 16, & 17. dicitur, *Novum Deo ſertum obmovetote: De veſtris regionibus fertote panes duos, qui agitentur: duas ſiliginis decumas continento: fermentati coquuntor: primitiæ Deo feruntor.*

§. XVI. *Vias & pontes.* Variant hic editiones: in ea quæ prodiit anno 1524 in folio magno legitur מפני הצורך: & in ea quæ prodiit anno 1574 in folio parvo legitur מפני צורך הדרכים והגשרים quam lectionem poſteriorem ut magis ſynceram ſecutus ſum.

CAPUT QUINTUM.

Quando cœptæ ſint calendæ finiri, & intercalares anni conſtitui ex hac tabularum ratione, qua nunc utuntur Hebræi? Calendæ cùm ex tabularum ratione hodie finiantur ubique, nihilominus dies ſolemnes de ſapientum auctoritate geminari ubi quondam geminabantur, ut ritus patrum perpetuò ſerventur. Etiam hodie eorum eſſe duntaxat, qui regionem Judæam incolunt, tempora calculo ponendo moderari ac deſcribere; ſed paſſim rationem iniri ac ſubduci, ut quid illi hac eadem ratione conſtituerint, notum & manifeſtum fiat ubique.

§. I. ATQUE finire calendas ita, ut diximus, ex viſione lunæ novæ, & propter anni tempus, aut aliam quandam neceſſitatem annum uno menſe facere longiorem, ſolius erat conſilii in terra Iſraelitica conſtituti, quod fere ſynedrium appellatur, & ejus conſilii, quod totum erat ex hominibus in eadem terra Iſraelitica ad dignitatem magiſterii promotis; ſiquidem huic eidem conſilio præterea ſummum illud conſilium intercalandi poteſtatem dederat. Nam quod in Lege di-
Exod. 12. 2. citur Moſi, atque Aaroni, *Novitas iſta vobis (eſto) principium menſium*, ejus hanc eſſe ſententiam uſque à Moſe auditione accepimus alius ab alio, hujus rei ſit arbitrium penes vos, item & penes illos, qui muneri veſtro vicarii ſucceſſuri ſunt. Ubi verò in terra Judæa nullus inerat ejuſmodi ſenatus, & menſes finiebantur, uti nunc, per tabularum rationes, atque per eaſdem anni conſtituebantur intercalares.

§. II. Enimvero id Moyſi mandatum in monte Sina fuit, ut dum eſſet ſummum illud conſilium, calendæ finirentur ex viſione lunæ novæ: eaſdem nullatenus de viſione lunæ novæ laborantes dirigeremus ad rationem tabularum, qua nunc utimur, cûm ille ſupremus ſenatus interiiſſet. Etenim ratione tabularum fit, ut calendæ finiantur interdum eodem, quo luna naſcens appareat die, interdum pridie ejus diei, nonnunquam etiam poſtridie. Quod extremum quidem & perrarò accidit, & in iis ſolum locis, quæ ſunt è regione Judææ ad occidentem.

§. III.

§. III. Ac tum demum omnes omnino Judæi inſtituerunt tempora itidem, uti nunc, tabularum ratione deſcribere, cùm ſub ultimis Talmudis ſcriptoribus penitus vaſtatâ Judæâ nullum ſtabile conſilium retinuiſſet: illorum enim ætate ſcriptorum, qui * Miſnam compoſuerunt, atque adeo dum ipſum Talmud componeretur uſque ad ætatem * Abæi & Rabbæ, ſemper id ſequebantur, quod in Judæa conſtitutum erat.

§. IV. Cùm eſſet ille, qui ex viſione lunæ novæ calendas finiret, ſenatus; tam in ipſa Judæa, quàm regionibus in aliis, ad quas pervenire poterant ii, qui definitas Tiſri calendas nunciatum mitterentur, ſingulas uno die ſolemnitates celebrabant. Cæteræ, quæ longiùs erant diſſitæ provinciæ, quàm ut eò poſſent menſe Tiſri nuncii finitarum calendarum aſpirare, dies ſolemnes duplicabant ex eo, quòd ambigerent quonam die calendas conſtituiſſent, qui Paleſtinam incolebant.

§. V. Hoc autem tempore, quoniam ſummum conſilium in Judæa nullum, & quod eſt in ea conſilium, id quoque ex tabularum ratione calendas finit, ſcilicet æquitatis ſit, ut in locis omnibus quamvis à Judæa longè diverſis ſingulæ ſolemnitates unicum omnino diem habeantur itidem, ut apud Judææ incolas; quippe cùm ad unam & eandem tabularum rationem ſeſe dirigant omnes. At ſapientes voluerunt ritus patrum perpetuò ſervari.

§. VI.

§. III. *Miſnam compoſuerunt.* Namque hanc eſſe abſolutam & perfectam anno poſt conditum mundum 3949, poſt alterum templum diſturbatum 120. qui eſt annus æræ Chriſtianæ 189. narratur libro יוחסין de familiarum ſeu generibus, ſeu ſtirpibus, fol. 160. p. 1.

Abai & Rabbæ. Hi duo, ut ſcribitur, ætate ac ſocietate inter ſe conjuncti fuere. Jam priorem eorum mortuum eſſe anno à mundo conſtituto 4113, hoc eſt, anno æræ Chriſtianæ 353, demonſtratur eodem illo libro de familiarum ſtirpibus, atque eodem folio pag. 2. Unde cognoſcere licet Talmud hîc commemorari non Babylonium; ſed Hieroſolymitanum. hoc enim, ut eſt in hoc eodem libro, circiter 300 annos à diſturbatione templi ſecundi perfectum eſt, quod eſt circa annum æræ Chriſtianæ 369. At illud alterum, ut apud eundem auctorem proditum eſt, inchoatur à R. Aſa, qui huic operi immoritur anno mundi 4184: hic eſt æræ Chriſtianæ annus 424. idémque abſolvitur & undique expletur anno æræ Chriſtianæ 505. Jam quod hoc articulo toto, idem traditur etiam in eodem libro de familiarum ſtirpibus, fol. 164. pag. 1. Porrò ibi hoc additur, ab Hillele R. Judæ cognomine Sancti pronepote, & eodem conſilii principe, cum omnibus Iſraelitarum primoribus, ex doctrina ſibi tradita inſtitutam & literis proditam hanc hodiernam tabularum rationem ad calendas, dies feſtos & ſolemnes finiendos.

§. VI. Quamobrem uti quondam, dum Judæam habitantes calendas ex viſione lunæ novæ conſtituebant, in omnibus locis, quò non poterant de calendis finitis nuncii perferri ab iis, qui menſe Tiſri nunciatum mitterentur; ſic etiamnum prorſus omnes dies ſolemnes biduo celebrant. Et qui Paleſtinam incolunt, hoc tempore, ut olim, dies ſolemnes ſimplices habent; quippe qui nunquam ſunt aliter ſoliti. Ex quo cognoſcere licet, ſecundum quemque diem ſolemnem, quem nos extorres his temporibus celebramus, edicto ſancitum eſſe ſapientum.

§. VII. Atque illum quidem, à quo ducitur civilis anni principium, diem feſtum, vel eorum plerique, qui Paleſtinam habitabant, geminabant etiam tum, cùm ad viſionem lunæ novæ calendas dirigerent: neque enim certò ſcire poterant, quonam die conſilium finiiſſet calendas Tiſrinas, ſiquidem die feſto nunciatum proficiſcebatur nemo.

§. VIII. Quin etiam Hieroſolymæ, quæ erat ſupremi ſenatûs illius ſedes, tamen hunc diem ſolemnem, unde annus incipit, ſæpenumero geminabant. Etenim triceſimus ille menſis dies, quo nuncii lunæ novæ expectabantur, totus habebatur ſanctus, itémque poſterus, quando die menſis trigeſimo lunæ novæ nuncii venerant nulli. Itaque ſciverunt, ut & Judæam habitantes, quoniam, dum ad viſionem lunæ menſem dirigerent, duos ad principium anni dies agebant ſolemnes, nunc computatione tempora finientes duos itidem celebrarent. Hinc igitur patet, etiam alterum diem feſtum ad anni principium celebrari nunc ex decreto ſapientum.

§. IX. Quòd autem quis locus ab illius ſupremi ſenatûs ſede prope ſitus ſit, non idcirco dies feſti ſimplices in eo agentur, ut ſi diſtet ab Hieroſolymis quinque dierum iter, aut eo minus; quò nullum eſt dubium, quin menſe Tiſri poſſent emiſſi abs ſenatu calendarum nuncii pervenire; hujus nihilominus incolis ut ſimplices dies ſolemnes celebrent, permiſſum non eſt. Ecquis enim auctor eſt locum hunc jam tum, cùm ab illo ſupremo ſenatu calendarum nuncii mitterentur, eſſe habitatum à Judæis? Judæi forſan habitatum eò non venerunt, niſi poſt quam cœpta ſunt tempora calculorum ratione finiri, qui quidem ut quemque diem ſolemnem biduo celebrent, omnino neceſſe eſt. Deinde cùm mittebantur calendarum nuncii via

forte

ſorte fuit intercluſa: Hoc enim in via, quæ ducebat in Judæam è Galilæa, evenit illorum ætate, qui Miſnam illam, ut dicitur, conſcripſerunt: tum fieri poteſt etiam, * ut per fines ſuos Samaritani, ſive Cutæi prohiberent calendarum nuncios tranſire.

§. X. Etenim ſi loci ſit propinquitas ſpectanda, quid eſt, cur hi, qui Ægyptum habitant Judæi, non habeant dies ſolemnes ſimplices? perveniebant ad eos, qui calendas Tiſrinas nunciatum mittebantur à ſenatu Hieroſolymitano. nam Hieroſolymis per Aſcalonem diebus octo, aut etiam eo citiùs itur ad Ægyptum. Similis eſt ratio Syriæ ex maxima parte. Ex quo id efficitur, propinquitate loci dirigi nihil.

§. XI. Sic igitur res ſe habet: quæ urbs plus eſt Hieroſolymis diſſita, quam decem dierum ſolidorum iter, in ea dies ſolemnes veteri conſuetudine & majorum inſtituto ſemper habentur gemini: neque enim hi, qui calendas nunciatum abs ſenatu Hieroſolymitano mittebantur, nuncium menſe Tiſri afferebant niſi ad eos, qui aut diſtabant Hieroſolymis iter dierum omnino decem, aut eo minus: quod autem oppidum aut ipſum iter dierum denûm, aut eo minus abeſt Hieroſolymis, cùm eò licuerit menſe Tiſri calendas nunciatum venire, videndum eſt, utrùm id in ea ſit Imperii Judaici parte ſitum, quam habitarent Judæi cùm receptâ patriâ menſes exigerent ad viſionem lunæ novæ, ſicut Uſia, Siporium, Luſa, Jabna, Noba, Tiberias, & urbes ſimiles, in quibus dies ſolemnes ſunt ſimplices: an ſit in Syria poſitum, velut Tyrus, Damaſcus, Aſcalon, & ſimiles: an verò ſit etiam extra fines Judæorum, ut Ægyptus, regio Ammonitarum, item & Moabitarum, & ejuſmodi aliæ terræ, in quibus mos & inſtitutum majorum oportet teneatur in utramque partem, ſive ad dies ſolemnes duplices, ſive ad ſimplices celebrandos.

§. XII. Si quæ urbs Hieroſolymis disjuncta aut dierum iter denûm, aut eo minus, in Syria ſita ſit, vel extra Iſraelitarum fines, & eidem conſuetudo exiſtat nulla: ſi intra fines Iſraelitarum nova condatur urbs in loco quondam deſerto atque inculto:

§. IX. *Ut per fines ſuos Samaritani ſive Cutæi.* Hìc variant editiones: in recentiori legitur כותים Cutæi: in ſuperioribus גוים Ethnici: vide noſtram ea de re notam, quam pag. 91. ad §. 4. appoſuimus.

to: aut ſi quod oppidum poſitum intra fines Iſraelitarum Judæi jam nunc habitare cœperint; uti maximæ Judæorum parti, ſic & harum urbium incolis ſolemnitates ſunt biduum habendæ. Omnium igitur ſolemnium dierum alter ex auctoritate eſt ſapientum hominum. Et ille alter dies ſolemnis, qui ad principium anni apud omnes celebratur, ille etiam ipſe è decreto ſapientum eſt.

§. XIII. Quòd autem his temporibus ſingulis in oppidis calculus ponatur atque renuncietur quando calendæ, quando futuri ſint dies feſti, putandum non eſt noſtro nos fidentes calculo tempora moderari: menſes enim finire & annos extra regionem Iſraelitarum, integrum non eſt. Ad eorum igitur, qui regionem incolunt Iſraelitarum, nos dirigimus rationes ac conſtitutiones: ſedenim & noſmet rationem putamus, ut, quoniam ſcimus ad eam dirigi Judææ incolas, innoteſcant atque agitentur dies feſti ii, non quos ipſi ſubducenda ratione comperimus, ſed quos conſtituerunt incolæ Judææ.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

Solis & lunæ conjunctionem mediam quandam novilunium, ſeu lunam naſcentem dici: nimirum hanc ubi deſitæ ſunt calendæ ex viſione lunæ finiri exquiſitam, & exquiri computatione, ſeu tabularum ratione. Et diem & noctem ex horis 12 conſtare ſemper, horam in ſcrupulos 1080 diſtribui. Quod temporis ſpatium menſem & annum lunarem planè compleat? Annus ſolaris lunari quanto ſit longior? Quæ ſint epactæ & menſis & anni lunaris tam communis, quàm intercalaris? Ut novilunium certò exquiratur? Sumendam ad hoc epocham annum prolepticum. Periodum decemnovennalem continere ſeptem annos intercalares & duodecim communes: cyclum appellari: cur temperetur hoc intervallo tempus? Quo ordine ſeptem anni intercalares in cyclo diſpenſentur? Quales cycli ſint epactæ?

§. I. CAlendas igitur cùm exigerent ad viſionem lunæ novæ, quàm poterant accuratiſſimè tempus ipſum, quo cum ſole congrederetur luna, exquirebant eadem via ac ratione, qua ſolent aſtrologi; id adeo, ut cognoſcerent, an futurum eſſet, ut luna appareret, necne. Ac tum quidem manca putabatur & inchoata ratio proximè acceſſiſſe, ac ſolis & lunæ reperiſſe non perfectam illam conjunctionem; verùm aliam quandam mediam, ut vocant, quæ conjunctio media luna naſcens ſeu novilunium dicitur. Sedenim hæc eadem ratio & abſoluta eſt habita olim, cùm in Judæa nullum omnino conſilium remanſiſſet, à quo finirentur ex viſione lunæ novæ calendæ: & nunc ipſum noſtra eſt metiendi temporis regula: nimirum hæc eſt ea, quæ computatio, ſeu tabularum ratio dicitur.

§. II. Quovis tempore quatuor & viginti horis dies & nox efficiuntur; quarum * duodecim pertinent ad diem, & ad noctem

§. II. *Duodecim pertinent*, &c. Etenim genus eſt horarum unum æqualium inter ſe ac parium, cujuſmodi horæ tum plures, tum pauciores die, noctéque continentur pro anni tempore, atque regionum latitudine: & alterum inæqualium, quales in quocunque die, item & in quacunq; nocte ſemper numerantur duodecim.

§. VIII.

noctem totidem: Hora autem diſtribuitur in ſcrupulos mille & octoginta. Quid ita veró? quia numero in iſto licet dimidiam, quartam, & octavam partem reperire, tertiam, ſextam, nonam; itémque quintam & decimam, atque alias benè multas, quarum ſuum quæque nomen habet.

§. III. Ex hac igitur noſtra hodierna deſcriptione temporum, ab una ad alteram ſolis & lunæ conjunctionem illam mediam viginti novem intercedunt dies pleni, horæ duodecim, & ex tertia decima hora ſcrupuli ſeptingenti & nonaginta tres. Hoc igitur temporis ſpatium inter unam & alteram lunam novam intereſt, atque adeo menſem lunarem complet.

§. IV. Unde lunaris annus, ſi eſt ex ejuſmodi menſibus duodecim, quatuor diebus & quinquaginta, & trecentis conficietur, horis octo, octingentis & ſeptuaginta ſex ſcrupulis. Sin autem intercalando fiat uno menſe longior, dies continebit trecentos octoginta tres, unam & viginti horas, quingentos & novem ſupra octoginta ſcrupulos: Sed qui ſolis converſione efficitur annus, is dies habet trecentos ſexaginta quinque, horas ſex. Ex quo patet ſolarem annum lunari eſſe longiorem diebus decem, viginti una horis, & ſcrupulis ducentis & quatuor.

§. V. Cùm è menſe lunari ſingulas detrahas hebdomadas omnino reliquum erit id, dies una, horæ duodecim, atque ſcrupuli ſeptingenti, tres & nonaginta: character eſt 1. 12. 793. Hæ ſunt menſis epactæ lunaris. Idem ſi facias in anno lunari, eóque communi ſuperant dies quatuor, horæ octo, ſcrupuli octingenti ſeptuaginta ſex: character eſt 4. 8. 876. Atque hæ ſunt lunaris anni communis epactæ: Verùm embolimæi ſeu intercalaris epactæ ſunt dies quinque, una & viginti horæ, ſcrupuli quingenti novem & octoginta: character eſt 5. 21. 589.

§. VI. Cùm igitur menſis alicujus novilunium exploratum atque perſpectum habeas, huic ſi addas diem unum, horas duodecim, ſeptingentos nonaginta tres ſcrupulos, menſis conſequentis lunam novam comperias ita, ut & quo hebdomadæ die, qua diei hora, quo denique ſcrupulo ſit futura, certò ſcias. Atque hoc exempli cauſâ ponatur, menſis Niſan lunam novam extitiſſe ad primum hebdomadæ diem poſt horam lucis quin-

tam,

tam, & ex hora ſexta centeſimum & ſeptimum ſcrupulum: character eſt 1. 5. 107.

§. VII. Si his addideris epactas menſis lunaris, diem unum, horas duodecim, ſcrupulos ſeptingentos, nonaginta tres, comperies lunam novam menſis ſequentis, qui dicitur Jar, fieri tertiâ hebdomadæ nocte, poſt quintam noctis horam, & ſcrupulum horæ ſextæ nongenteſimum; cujus character eſt 3. 5. 900. Sicque licet conſequentium reperire menſium lunam novam vel ad infinitum tempus.

§. VIII. Eodem modo ſi primam alicujus anni lunam novam cognitam habeas, adjungendis epactis anni, prout erit, vel communis, vel intercalaris, conſequentis anni comperies primam lunam naſcentem, & ita prorſus ſequentium annorum, etiam ad infinitum tempus. Jam exordium putandi ducendum eſt ab prima poſt conſtitutum mundum luna nova. Ea fuit ad * ſecundam hebdomadæ noctem poſt horam quintam, & conſequentis horæ ſcrupulum quartum & ducenteſimum: character eſt 2. 5. 204. Ab hac oportet luna nova putandi initium repeti.

§. IX. Cùm ex ratiociniis quærantur lunæ novæ, tum ex epactis menſtruis in unum redactis ubi collecti fuerint ſcrupuli mille & octoginta, ex his conſtitutam horam oportet in numerum reponi horarum. Cùm ex horis collectæ fuerint quatuor

§. VIII. *Secundam hebdomadæ diem.* Huic loco occurritur. Quî fieri poteſt, ut primum à conſtituto mundo novilunium incurrerit in ſecundum à mundi creatione diem, cùm in Lege habeamus quarto demum die luminaria, & hominem die ſexto factum eſſe: quo eodem die ſexto ponitur novilunium primum accidiſſe? Quod ut enodaretur, ipſos in hunc locum commentarios Hebraicos textui noſtri ſcriptoris adjunctos hîc expreſſi: ſic igitur illi. Omnino ſcire neceſſe eſt primum hominem horâ tertiâ ſexti à conſtituto mundo diei demum à Deo perfectum fuiſſe. Nam eſſe congeſtam à Deo terram eam, unde hominem finxit primâ ejus diei horâ, & ſubactam ſecundâ, traditum à ſapientibus eſt. Cùm igitur ab initio mundi ad effectum hominem effluxiſſent dies ſolidi quinque, atque horæ decem & quatuor è die ſexta, oportuit à nobis cognoſci tum menſem eum, cujus erant dies & horæ iſtæ, tum etiam primam ejus anni lunam novam, ad quem menſis ille pertineret. Ex hoc igitur novilunio, quod accidit exeunte horâ ſecundâ diei ſexti, ſubductis diebus quatuor, horis octo, & ſcrupulis octingentis ſeptuaginta ſex, quæ lunaris anni communis ſunt epactæ, invenimus ejus anni, qui fabricationem hominis anteceſſit, primam lunam novam accidere ad ſecundam hebdomadæ noctem poſt quintam ejus noctis horam, & ſcrupulos horæ ſextæ ducentos & quatuor: character eſt 2. 5. 204. Et verò dinumerandis iis, qui à conſtituto mundo effluxerunt, annis annus hic prolepticus etiam aſcribitur. Atque his quidem ſatis mihi videtur locus hic explanari.

tuor & viginti, eas item oportet in numerum dierum referri. De diebus autem ſi plures ſeptem collegeris hebdomadâ rejectâ, reliquos retinueris: neque enim rationibus ineundis exquiritur dierum numerus; ſed luna nova quo hebdomadæ die, quâ horâ, quo momento futura ſit.

§. X. Quod ſpatium cyclus ſeu periodus appellatur, id annis conficitur undeviginti; quorum ſunt communes duodecim, ſeptem embolimæi. Nec verò ſine cauſa hoc voluimus intervallo tempora circunſcribi. Nam ſi quoties occurrerint ſcrupuli mille & octoginta, eos rediges in numerum horarum, quoties ſimiliter viginti quatuor occurrerint horæ, eas in dierum ordinem adducas, duodecim annorum communium, & ſeptem intercalarium reperies non pauciores eſſe dies, quàm quos totidem annui curſus ſolis habent; ſi modò ſic in animum inducas, ſolem annuam converſionem quinque diebus & ſexaginta & trecentis, quarta diei parte ipſa addita, conficere. Etenim in his undeviginti curſibus annuis definiendis ſol conſumit amplius, quàm luna, horam omnino unam, & quadringentos octoginta quinque ſcrupulos: character eſt 1, 485.

§. XI. Ergo hujus cycli menſes ſinguli cum lunæ ratione congruunt, & cum ratione ſolis anni. Porrò anni ſeptem intercalares, qui in hujuſmodi cyclo inſunt, ex hac noſtra tabularum ratione eo diſpenſantur ordine; ut intercalaris ſit annus ejus tertius, ſextus, octavus, undecimus, quartus decimus, decimus & ſeptimus, atque undevigeſimus: character eſt 3, 6, 8, 11, 14, 17, 19.

§. XII. Si quis ſingulas duodecim annorum communium epactas, quæ ſunt dies quatuor, horæ octo, & ſcrupuli octingenti ſeptuaginta ſex, & ſingulas item ſeptem annorum intercalarium colligat epactas, quæ ſunt dies quinque, una & viginti horæ, novem & octoginta & quingenti ſcrupuli, tum ex his in unum redactis ſingulas ſubducat hebdomadas, dies ſupererunt duo, horæ ſedecim, & ſcrupuli quingenti & nonaginta quinque: character eſt 2, 16, 595: hæ nimirum cycli ſunt epactæ.

§. XIII. Unde ſi primam cycli lunam novam teneas, eíque dies addideris duos, horas ſedecim, quinque ſcrupulos, & nonaginta, & quingentos, primam ſequentis cycli lunam novam;

vam conſequeris, & ita prorſus ſequentium cyclorum ad tempus infinitum: atque primi cycli novilunium primum eveniſſe hebdomadæ nocte ſecunda, poſt horam quintam, & ſcrupulum horæ ſextæ ducenteſimum & quartum ante demonſtravimus. Quæ eadem cùm fuerit luna nova menſis Tiſri, à quo prolepticus annus eſt orſus, certè & ineuntis anni proleptici luna nova fuit.

§. XIV. Hac igitur ratione ſcire facilè poteris lunam novam cujuſvis anni vel menſis ſive præteriti, ſive futuri. Nam primùm annos omnes, qui à conſtituto mundo ad ſeptembrem ejus anni, quo de quæritur, omnino præterierint, rediges in cyclos decemnovennales; ut noveris quot omnino cycli, quot etiam anni ex eo, qui completus nondum eſt, cyclo ſint exacti. His cognitis & pro ſingulis cyclorum epactis ſumes dies duos, horas decem & ſex, quinque ſcrupulos, & nonaginta, & quingentos: & pro ſingulis illorum, qui ex non completo cyclo abierunt, annorum epactis, communium quidem dies accipies quatuor, horas octo, & ſcrupulos 876. intercalarium verò dies quinque, unam & viginti horas, & ſcrupulos 589. Cúmque ſcrupulos reduxeris in horas, horas autem in dies, atque ex diebus denique ſuſtuleris omnes hebdomadas, tum & dies, & horæ, & ſcrupuli reliqui, id quod quæris, demonſtrabunt ineuntis anni futuri lunam novam.

§. XV. Quæ autem hac ratione prodibit ineuntis anni luna nova, ea eſt menſis Tiſri: huic igitur adde diem unum, duodecim horas, & ſcrupulos ſeptingentos & nonaginta tres, prodibit luna nova menſis conſequentis, qui Mareſvon nominatur. Adde & huic tantundem, prodibit luna nova menſis ſequentis, qui Caſleu appellatur: atque eodem modo conſequentium menſium omnium omnes lunas novas poteris ad infinitum tempus cognitas habere.

CAPUT SEPTIMUM.

Principium anni tum poſtridie, quàm accidat novilunium, deſigi, tum die perendino. Qua de cauſa?

§. I. EX * hac noſtra tabularum ratione calendæ Tiſrinæ nunquam habentur neque hebdomadæ die primo, nec quarto, nec ſexto: quorum character eſt 1, 4, 6. Ac ſi luna nova menſis Tiſri incidat in unum ex tribus hiſce diebus, calendæ in poſterum diem proferuntur. Ergo ſi in primum hebdomadæ diem incurrit luna naſcens, calendæ die altero hebdomadis: ſi in diem quartum, calendæ quinto: & ſi in ſextum, calendæ die ſeptimo celebrantur.

§. II. Item ſi luna nova extiterit ad meridiem, aut etiam poſt meridiem, calendæ in diem poſterum differuntur: ut ſi die hebdomadæ altero luna nova fuerit hora ſexta ipſa, vel etiam poſteriùs, hebdomadæ die tertio calendæ inſtituuntur: ſin autem luna nova exiſtat ante meridiem momento vel uno, calendæ celebrantur eodem ipſo die; niſi is ſit unus ex illis tribus, quorum ſignificatio eſt 1, 4, 6.

§. III.

§. I. *Hac noſtra tabularum ratione.* Hac autem tabularum ratione cœpiſſe Judæos uti ſub ultimis Talmudis Hieroſolymitani ſcriptoribus, cùm in Judæa penitus vaſtata nullum ſtabile conſilium remanſiſſet, planiſſimè noſter auctor ſupra docuit ad articulum tertium capitis quinti: quod idem in ætatem Abæi & Rabbæ rejicit, id eſt, in annum circiter ter centeſimum & quinquageſimum æræ Chriſtianæ. Unde ſequitur, ut idem ſentiat, annos abhinc mille trecentos, & octoginta duo conſtitutum eſſe, ut calendæ Tiſrinæ non celebrarentur primo, quarto, & ſexto hebdomadæ die: huic autem loco adverſatur & repugnat id quod ſcriptum legitur in illa precatione quæ à Judæis adhibetur Sabbato Paſcha proximè præcedente, quod ſabbatum magnum nominant. Hæc enim precatione in illa ſtricto ſermone & eodem rhythmico ſcripta leguntur. Magiſtri illi noſtri clariſſimi mundi viri, ex quibus erat ſupremus ille ſenatus Hieroſolymitanus, ſic olim ſtatuere ſtatim atque ædificium templi ſecundi fuerat effectum: Igneum tunc apparuerat eis ſolium: in quo ſedebat mundi rector, qui in ipſo veſtibulo templi medio ſuſpenſus hæſit, à quo illi ſunt corona redimiti, & ſigillo ſignati. Tum igitur conſtituerunt ac communiter decretum fecerunt perpetuum, quod Magiſtro Elieſer omnium principi permiſerunt. Is ergo tunc edixit, ut ſolemnitas ſortium nunquam haberetur neque ſecundo, neque quarto, neque ſeptimo hebdomadæ die: ſolemnitas Paſchæ neque ſecundo, neque quarto, neque ſexto: neque die hebdomadæ tertio, neque quinto, neque ſeptimo Pentecoſte: neque principium anni primo, aut quarto, aut ſexto. Hæc continentur eo, quem מחזור vocant, libro precum edito Bononiæ.

§. III. Atqui ut differuntur in diem poſterum calendæ Tiſrinæ cùm aut ad meridiem, aut poſt meridiem accidat luna nova, ſic ſi poſterus ille dies ſit unus ex his tribus, quorum ſignificatio eſt 1, 4, 6. in diem perendinum rejiciuntur, tum, inquam, calendæ illæ conſtituuntur tertio poſt die, quàm acciderit luna nova: ut ſi luna nova ſabbato accidat ad meridiem, cujus character eſt 7, 18. calendæ quidem, cùm ſit ineuntis anni novilunium ejuſmodi, rejiciantur in ſecundum hebdomadæ diem. Itémque ſi tertio hebomadæ die luna nova exiſtat vel ad meridiem ipſam, vel poſt meridiem, in quintum ejus hebdomadæ diem calendæ Tiſrinæ differantur.

§. IV. Eadem ratione ſi menſis Tiſri luna nova exiſtat nocte hebdomadæ illa, quam conſequitur dies tertius, poſt horam ejus noctis nonam, & ducenteſimum quartum ſcrupulum, cujus character eſt 3, 9, 204. aut etiam eo tardiùs, ſi alioquin annus ſit communis, calendæ differuntur etiam in quintum hebdomadæ diem.

§. V. Item ſi luna nova menſis Tiſri, qui conſequitur annum intercalarem, extiterit die ſecundo, poſt horam diei tertiam, & quingentos octoginta novem ſcrupulos, cujus character eſt 2, 15, 589. aut plures etiam, inſtituuntur calendæ non die ſecundo hebdomadæ, ſed tertio.

§. VI. Sedenim primæ illæ communis anni calendæ, quas paulo ante diximus in quintum hebdomadæ diem rejici, eædem ſi luna nova Tiſri exiſtat vel unico ſcrupulo prius, quàm poſuimus; ut ſi character ejus ſit 3, 9, 203. aut eo minor, die tertio celebrantur. Similiter inſtituentur ſecundo hebdomadæ die calendæ primæ ejus anni, qui ſequitur intercalarem, ſi prima illius luna nova ſcrupulo etiam uno citius, quàm ſtatuimus, exiſtat, ut ſi character ejus ſit 2, 15, 588. magis etiam ſi brevior. Itaque ex hac noſtra tabularum ratione hodierna hæc eſt via & ratio inſtituendi calendas Tiſrinas.

Datur opera, ut cognoſcatur luna nova quo die, quâ horâ, quo ſcrupulo futura ſit. Nam quo die exiſtit luna nova, eodem ipſo calendæ habentur: niſi ſi dies ille hebdomadæ primus, aut quartus, aut ſextus ſit: vel ſi ad meridiem demum luna nova accidat, vel poſt meridiem: vel ſi prima communis anni luna nova accidat ea hebdomadæ nocte, quam dies tertius ſubſequitur,

tur, poſt ducentos & quatuor, pluréſve horæ decimæ ſcrupulos: vel ſi prima ejus anni, qui ſequitur intercalarem, luna nova accidat ad quingenteſimum octogeſimum nonum ſcrupulum horæ quartæ alterius ex hebdomada diei. Nam ex his quatuor ſi evenit aliquid, calendæ non celebrantur eodem illo, in quem incidat luna nova, die: ſed differuntur, ut expoſuimus, aut in diem poſterum, aut in perendinum.

§. VII. Quid autem eſt, quòd ex hac computandi ratione calendas Tiſrinas nunquam inſtituamus neque hebdomadæ primo, neque die quarto, neque ſexto? Nimirum quia computatio iſta dirigitur, ut ſupra commemoravimus, non ad ſolis & lunæ perfectam; ſed ad conjunctionem mediam. Unde fit, ut alternis lunæ naſcentis diebus calendæ Tiſrinæ celebrentur, & differantur, ut aliquando in ipſam ſolis & lunæ conjunctionem perfectam incurrant. Etenim illarum ea ratio eſt & modus, ut ſimul cum luna naſcente celebrentur die hebdomadæ tertio, rejiciantur quarto, celebrentur quinto, ſexto rejiciantur, ſabbato, ſeu die ſeptimo, celebrentur, primo rejiciantur, ſecundo celebrentur.

§. VIII. Sed quòd præterea modis etiam quatuor fiat, ut calendæ Tiſrinæ differantur, omnino cauſa eſt hæc eadem, quia hodierna illa computandi ratio refertur ad mediam illam ſolis & lunæ conjunctionem. Quod verum eſſe perſpicitur quando, luna nova accidente ad tertiam hebdomadæ noctem, calendæ Tiſrinæ rejiciuntur in diem quintum: ſæpe enim fit, ut luna illa nova etiam quinta hebdomadæ nocte nondum aperiatur: immò ne ſexta quidem. Ex quo facilè cognoſcitur conjunctionem ſolis & lunæ perfectam non eſſe factam, niſi quinto demum hebdomadæ die.

CAPUT

CAPUT OCTAVUM.

Menſtruum lunæ curſum alio temporis ſpatio confici, alio circunſcribi: hinc menſes alios cavos, alios plenos eſſe. hinc etiam calendas ex hac computandi ratione modò uno die, modò biduo celebrari. Qui menſes pleni, qui cavi?

§. I. MEnſis lunaris conficitur, ut ante dictum eſt, novem & viginti diebus, & diei ſemiſſe, additis tribus ſcrupulis & nonaginta & ſeptingentis: ſed id quidem fieri non convenit, ut ad medium diem calendæ inſtituantur, ſic; ut unus & idem dies partim ad menſem præteritum pertineat, partim ad conſequentem. Nam Legis illud, *Uſque ad menſem plenum* Num. 11.20. *dierum*, huc traditum eſt ſpectare, dies quidem in menſes referri, non item horas.

§. II. Quamobrem qui menſes ad lunæ rationem exiguntur, eorum conſtituuntur alii cavi, alii pleni, quorum primi diebus novem & viginti conficiuntur, etſi menſtrua lunæ luſtratio longior eſt horis aliquot: alteros circumſcriptio triginta dierum metitur, tametſi curſus lunæ menſtruus nonnullis horis ſit brevior: eam videlicet ob cauſam, ut menſi præter dies ſolidos horæ nullæ annumerentur.

§. III. Ac luna quidem ſi curſum menſtruum conficeret diebus viginti novem, addita duntaxat dimidia diei parte, omnino per omnes annos perpetua foret viciſſitudo menſium plenorum & cavorum: Cùm enim quatuor diebus & quinquaginta & trecentis annuam converſionem conficeret, pleni menſes eſſent ſex, & totidem cavi. Verùm ad hunc dimidium diem accedunt etiam minuta horæ quædam, ex quibus tandem horæ colliguntur, & ex his denique dies. Unde fit, ut tum in anno ſint menſes cavi plures, quàm pleni, tum cavi, quàm pleni, pauciores.

§. IV. Atque ex præſenti tabularum ratione calendæ ſemper inſtituuntur die menſis triceſimo: ut ſi menſis exiens fuerit cavus, hic calendarum dies ad ineuntem menſem pertineat: ſin is plenorum obtineat numerum, calendæ nihilominus habentur

die-

die triceſimo, qui menſem exeuntem determinet, quoniam ex eo ſaltem aliquid ad menſem pertinet conſequentem: ſed habentur etiam calendæ & die poſtero, à quo menſis ineuntis numerandi dies ſunt, quippe in eum propriè diem calendæ conſtituuntur. Itaque ex hac tabularum ratione non idem omnibus impertitur calendis ſpatium: ſed aliis dies unus, biduum aliis.

§. V. Porrò ex hac tabularum ratione menſes pleni & cavi ſic diſponuntur, ut perpetuo plenus ſit Tiſri, & Tebet uſque cavus: Hunc autem qui conſequuntur ordinatim alternant. Eſt cavus Tebet, plenus Sebat, Adar cavus, Niſan plenus, Jar cavus, plenus Sivon, Tamos cavus, Ab plenus, cavus Elul. Anno autem intercalari, quoniam Adar numerantur duo, primus eorum ſit plenus, cavus alter.

§. VI. Reſtant igitur menſes duo, Mareſvon & Caſleu, qui aliàs ambo pleni, aliàs ambo cavi, nonnunquam cavus ille, hic plenus eſt. Primùm cùm evenit, tum omnes anni menſes integri dicuntur eſſe; mutilati verò cùm id accidit, quod ſecundo loco poſitum eſt: iidem dicuntur eſſe menſes ordinati, ſi cavus eſt Mareſvon, plenus Caſleu.

§. VII. Atque ex hac tabularum ratione utrùm ſint anni menſes integri, utrùm mutilati, utrùm ordinati, eâ poteſt viâ cognoſci. Primùm danda eſt opera, ut principium ſcias ejus anni, cujus de menſibus quæris, ſic, ut ſuperiori capite diſſeruimus. Tum etiam conſequentis anni principium cognitum eſſe oportet: poſt inter utrumque anni principium quot ſint interjecti medii dies videndum eſt. Nam ſi dies medii numerentur duo duntaxat, menſes erunt mutili: ſi tres, menſes exiſtent ordinati: ſin intercedant quatuor, erunt menſes integri.

§. VIII. Sic eſt ſi de communis anni menſibus quæras: eſt autem alia ratio anni intercalaris. nam ſi inter hujus & ſequentis anni principium intermedii ſint dies interjecti quatuor, menſes ejus ſunt mutili: ſi quinque, ordinati: & tum demum integri, cùm interſint dies medii ſex.

§. IX. Ponamus igitur exempli cauſâ eſſe principium ejus anni communis, cujus menſes quæruntur quales ſint, hebdomadæ die quinto, & conſequentis anni principium ſecundo, intelli-

intelligemus ejus anni menſes, quoniam utrique anni principio medii dies interjecti ſunt tres, ordinatos eſſe: ſin annus conſequens exordiatur ab hebdomadæ die tertio, menſes eſſe integros: ſin autem annus hic cùm incipiat à die ſabbatico, alter ordiatur ab hebdomadæ die tertio, menſes ejus ſunt mutilati: ſimiliter in excutiendis intercalaris anni menſibus ea, quam ante diximus, tenenda ratio eſt.

§. X. Atque in conſideranda menſium ratione, quominus peccetur, ſigna ſunt obſervanda quædam. Ea habentur tum ex hac noſtra tabularum ratione ipſa, tum ex anni principiis ſuo tempore habendis, vel rejiciendis, de quibus ante diſputavimus. Sunt autem ſigna iſta ejuſmodi; ut cujuſcunque anni principium incidit in tertium hebdomadæ diem, ejus menſes ex hac quidem tabularum ratione conſtet eſſe ſemper ordinatos: nec refert, utrùm annus ſit ſimplex, an intercalaris. Contra ſi vel intercalaris, vel ſimplicis anni principium fuerit aut ſabbato, aut hebdomadæ die ſecundo, menſes ejus ordinatos eſſe nunquam. Sin anni principium in hebdomadæ diem quintum incurrat, ſiquidem annus communis eſt, fieri non poſſit ex hac tabularum ratione, menſes ejus ut ſint mutilati: ſin autem intercalaris ſit annus, uſu nunquam venit, ut menſes ejus ſint ordinati.

CAPUT NONUM.

Quo temporis intervallo ſol annuam converſionem definiat? quo articulo committantur anni cardines?

§. I. SUNT aliqui de peritis aſtrologiæ Judæis, qui cenſeant ſolem quinque diebus & ſexaginta, & trecentis, quarta diei parte addita, quæ ſunt horæ ſex, converſionem annuam conficere. Sunt autem alii, qui ex iſta quarta diei parte eximant aliquid. Itémque Græcorum hominum & Perſarum in aſtrologia excellentium variæ ſunt hac de re, & diſſidentes inter ſe ſententiæ.

§. II. Si defendatur ſententia prima, intelligitur, exacto cyclo decemnovennali, lunæ curſus à ſole ſuperari omnino hora una, ac quinque ſcrupulis, & octoginta, & quadringentis ſic, ut à nobis ante dictum eſt. Inter ſingulos anni cardines unum & nonaginta dies intercedere, horas ſeptem atque dimidiam. Itaque ubi noveris à quo die & hora ordiatur unus anni cardo, nullo negotio perveneris ad ſequentem, & proximè ſequentis notitia ad tertii cognitionem ducet, & ſic porrò vel ad infinitum tempus.

§. III. Cœptat anni cardo vernus momento illo ipſo, quo ſol attingit Arietis principium. Æſtivus autem cardo, ſol cùm pervenit ad Cancrum: idem cùm ingreditur in Libram, cardinis autumnalis cœpit exordium. Et brumalis, cùm ſol intrat Caprum. Hac igitur ratione vernus anni cardo, quo anno mundus eſt à Deo conſtitutus, novilunium Niſan anteceſſit diebus ſeptem, novem horis, ſexcentis & quadraginta duobus ſcrupulis: character eſt 7, 9, 642.

Ratio prima quærendi tempus ipſum, quo quivis anni cardo committatur.

§. IV. Jam hæc eſt ratio & via cujuſque cardinis inveniendi. Primum hoc exploratum eſſe debet, quot omnino à principio rerum ad quem volueris cunque cyclum integri cycli interceſſerint, pro quorum ſingulis horas ſingulas, & quinque ſcrupulos, & octoginta, & quadringentos accipias neceſſe eſt: Deinde ut in horas redigas ſcrupulos, & horas in dies, atque ex tota ſumma detrahas ſeptem dies, horas novem, ſexcentos & quadraginta

draginta duos ſcrupulos: tum id quod reliquum fuerit adde novilunio Niſan, qui ſit ejus, de quo agitur, cycli primus, & habebis primum illius cycli cardinem vernum quo die menſis, quaque ſit hora incepturus. Poſtea ab illo unum & nonaginta dies, horas ſeptem & dimidiam numerando quem libuerit anni cardinem aſſequeris. Quod ſi hujus, aut illius è labente cyclo anni, qui agitur, cardinem vernum cupis ſcire, pro ſingulis cyclis totis, qui ceſſerunt à mundo conſtituto, accipe unam horam, quinque ſcrupulos & octoginta & quadringentos, & pro ſingulis, qui è poſtremo cyclo præterierunt, annis dies decem, unam & viginti horas & quatuor ſcrupulos & ducentos: ex quibus unà collectis exime dies ſeptenos, horas novem, ſcrupulos ſexcentos & quadraginta duos: deinde reliquum tempus cùm diſtribueris in tot, quot poteſt, menſtruos lunæ curſus, qui conficiuntur novem & viginti diebus, horis duodecim, & ſeptingentis, & nonaginta tribus ſcrupulis, hoc tantum ex eo retinebis, quod ſupererit lunari menſe minus: quod novilunio Niſan ejus, qui agitur, anni addes, & comperies cardinem anni vernum quo die menſis, quaque hora futurus ſit. Porrò ex hac tabularum ratione nunquam neque anni cardo vernus incipit, niſi vel à prima, aut media nocte, vel à principio, aut medio diei: nec cardo æſtivus, niſi aut ab hora ſeptima & dimidia, aut ab una & dimidia diei vel noctis: nec autumnalis, niſi à diei noctiſve hora nona, vel tertia: neque brumalis, niſi aut ab hora decima & dimidia, aut à quarta & dimidia vel noctis, vel diei. Quod ſi quæris quoto hebdomadæ die, quotaque futurus ſit anni cardo hora, accipias oportet omnino annos omnes elapſos à conſtituto mundo uſque ad eum annum, de quo ſcire cupis, & illos, quoad poſſis, redigas in circunſcriptiones annorum duodetriginta: Deinde pro ſingulis annorum, qui ſuperabunt numerum hunc duodetrigeſimum, accipies diem unum & diei quadrantem, quibus unà collectis addes etiam tres dies: Tum ſubductis de ſumma ſingulis hebdomadis numerabis reliquos dies, & horas à prima nocte hebdomadæ. nam ubi deſierint, ibi initium erit verni cardinis. Quod autem addantur dies illi tres, id propterea fit, quia primus ejus, quo fecit omnia Deus, anni cardo cœpit ineunte nocte quarta hebdomadæ.

§. V. Exempli causâ ponamus vernum quæri cardinem anni poſt conſtitutum mundum quater milleſimi nongenteſimi triceſimi. Ex hoc numero ſingulæ duodetriginta annorum circunſcriptiones cùm fuerint ſubductæ, unus omnino ſupererit annus, pro quo ſumetur unus dies, & horæ ſex, quibus addentur & dies tres. Ita reperietur vernus ejus anni cardo cœpiſſe ab hebdomadæ quinta nocte media: Tum huic anni cardini ſi addantur horæ ſeptem & dimidia, reperietur æſtivus ejus anni cardo ab una & dimidiata hora diei quinti cœpiſſe. Huic igitur addantur item horæ ſeptem & dimidia, comperietur cardinem autumnalem proximè ſequentem ab hora nona cœpiſſe diei quinti. Itémque addantur & huic ſeptem horæ & dimidia, comperietur conſequentem cardinem brumalem à ſextæ noctis oriri hora quarta & dimidia. Rurſus huic etiam addantur horæ ſeptem & dimidia, cardo vernus ſequens reperietur naſci ab ineunte die ſexto: ſic eſt de reliquis ad infinitum tempus cardinibus anni.

Alia ratio quærendi tempus ipſum, quo ſinguli anni cardines committantur.

§. VI. Si quis autem alicujus anni cardinem vernum ſcire velit in quotum menſis diem incidat, primum id quærat, in quem cadat hebdomadæ diem: deinde quem in diem ſint conſtitutæ ejus anni calendæ Niſan: tum ex cyclo quot jam abierint anni toti: poſtea pro ſingulis annis elapſis ſumat dies undecim, & hoc quidem tempore ſeptem illis addat etiam dies, atque ex ſumma tamdiu ſubducat dies triginta, dum pauciores triginta remanſerint, qui dinumerentur à calendis Niſan: ſi eſt, ut aſſequantur diem cardinis, benè erit: ſin minus, addat unum, aut alterum, tertiúmve diem, uſque dum pervenerit ad eum ipſum diem, à quo vernus anni cardo cœpit. Jam annus cùm eſt intercalaris, dinumerandi dies illi ſunt à calendis Adaris ſecundi. Atque in quem diem menſis deſierit numerus, is ipſe eſt unde cardo ducit initium.

§. VII. Quæratur igitur à quoto menſis die cœperit cardo vernus anni nongenteſimi triceſimi, qui ducenteſimi ſexageſimi cycli nonus eſt. Novimus ejus anni defixas eſſe calendas Niſan in die quinto hebdomadæ, & in hebdomadæ diem quintum item incidere cardinem vernum. Cùm igitur annus ille ponatur cycli eſſe nonus, ex eo cyclo liquet annos omnino præteriiſſe octo, pro quorum ſingulis ſumentur dies undecim, ita

inve-

invenientur dies octo, & octoginta: quibus addentur etiam ſeptem, & conficientur omnino nonaginta quinque dies: Ex quibus cùm ſubducti fuerint triginta quique dies, reliqui ſint quinque, qui numerentur à calendarum Niſaniarum die, quem hebdomadæ quintum eſſe poſuimus. Sic fiet, ut eorum extremus incurrat in ſecundum hebdomadæ diem. At quoniam vernum cardinem ſcimus incidere non in ſecundum, ſed in quintum hebdomadæ diem, annumeretur dies unus & item alter & tertius, uſque dum perveniatur ad quintum hebdomadæ diem, quo cardo committitur. Ergo ejus anni cardo vernus à die menſis octavo exorditur. Similis eſt cæterorum annorum ratio.

§. VIII. Cùm autem tamdiu dies dixerim addendos eſſe, dum illum aſſequare diem, quo cardo committatur: tamen nunquam fere fit, ut plus duobus aut tribus opus ſit: ac mirabile videtur, ſi addi quatuor oporteat. Nam plures ſi deſiderantur, intelliges in ſubducta ratione errorem ineſſe: itaque denuò benè ſubducendam.

CAPUT.

CAPUT DECIMUM.

Quod ſuperiori capite ex ſententia Samuelis, idem hoc capite ex ſententia R. Addæ explicatur. Item quemque ſcrupulum in momenta ſex & ſeptuaginta dividi. Utramque explicationem dirigi non ad verum, ſed ad medium ſolis curſum: ad illum ſi temporis deſcriptio dirigeretur futurum, ut anni cardo vernus nunc temporis biduo priùs, quàm accidat, accideret.

§. I. ALtera fuit eorum ſententia, qui de quarta illa diei parte detrahunt aliquid. Quorum è numero quidam verſati in aſtrologia Judæi ſic exiſtimant, ſolem quinque diebus & ſexaginta, & trecentis, horis quinque, & ſcrupulis nongentis & nonaginta ſeptem, & momentis etiam octo & quadraginta converſionem annuam conficere. Namque ſinguli ſcrupuli dividuntur etiam in momenta ſex & ſeptuaginta. Qua ratione cognoſcitur annuum ſolis curſum lunari eſſe longiorem diebus decem, una & viginti horis, centum & viginti uno ſcrupulis, momentis octo & quadraginta, quorum ſignificatio eſt 10. 21. 121. 48. Atque cyclus decemnovennalis, qui lunaribus efficitur annis partim communibus, partim embolimæis, totidem curſus ſolis annuos peræquat ita, ut ex his omnino nihil reſidui relinquatur.

§. II. Hac ratione inter duos anni cardines unus & nonaginta dies interſunt, horæ ſeptem, ſcrupuli quingenti & undeviginti, unum & triginta momenta: character eſt 91. 7. 519. 31. Cùm igitur unum anni cardinem noveris quando cœperit, tum ſi ab eo temporis puncto numeres ea, quæ dixi, ſpatia, conſequentem anni cardinem cognoris, quando committatur: ſic, ut ante diximus in eorum ſententia, qui præter dies ſolidos quartam diei partem integram ſolis annuæ converſioni tribuunt.

§. III. Porrò hac eadem ratione cardo vernus ejus anni, quo ſunt omnia à Deo facta & conſtituta, anteceſſit lunam naſcentem menſis Niſan novem horis, & ſcrupulis ſexcentis & qua-

quadraginta duobus: character eſt 9. 642. Et primo quoque cycli anno tantundem præcedit lunam naſcentem menſis Niſan.

§. IV. Cognito itaque cardine verno anni ejus, qui cycli primus eſt, ab eo unus & nonaginta dies numerentur, horæ ſeptem, quingenti atque decem & novem ſcrupuli, momentáque unum & triginta ad proximum ſequentem cardinem: itémque à reliquis cardinibus uſque ad extremum cyclum.

§. V. Si quis igitur ſcire cupiat ex hac ratione quando certi cujuſdam anni cardo vernus accidet, is priùs, quot è cyclo jam effluxerint anni toti, ſciat neceſſe eſt: quorum pro ſingulis ſumendum eſt id temporis, quo lunæ curſus annuus à ſolis annua converſione ſuperatur, dies ſcilicet decem, una & viginti horæ, centum & viginti unus ſcrupuli, & momenta octo & quadraginta, quæ redigentur in ſcrupulos, ſcrupuli in horas, & hæ in dies itidem, ut luna naſcens cùm quæritur: Deinde de ſumma ſubducendæ ſunt horæ novem, & ſcrupuli ſexcenti & quadraginta duo, & reliquo ſpatio lunares in menſes diſtributo, quod remanſerit ſpatium lunari menſe minus, id ad naſcentem lunam Niſan addendum eſt, atque illud ubi deſierit, inde cœperit ejus anni cardo vernus.

§. VI. Ac mea quidem ſententia cùm eſſet ſenatus ille maximus, qui aut propter anni tempus, aut propter quamcunque neceſſitatem, annum conſtitueret intercalarem, hac utebatur ad intercalandum ratione. nam & eſt ea vera magis, & ad ſententias aſtrologorum accedit longè propiùs, quàm prima illorum ratio, qui volunt, ut ſol quinque diebus, & ſexaginta & trecentis, quarta diei parte addita, converſionem annuam conficiat.

§. VII. Atqui utraque illa, quam explicavimus, inveſtigandi cardinis ratio, tantummodò proximè ad rem accedit: etenim utraque dirigitur non ad verum, ſed ad medium ſolis curſum. Quod ſi temporis obſervatio dirigeretur ad veram ſolis rationem, anni cardo vernus hiſce temporibus ferè biduo priùs, quàm accidat, accideret: ídque tum ex illorum opinione, qui converſioni ſolis annuæ quartam diei partem totam affigunt, tum etiam ex illorum, qui de quarta illa parte eximunt aliquid.

CAPUT

CAPUT UNDECIMUM.

Ingreſſio viæ tradendæ atque rationis, qua cognoſci poſſit luna ſe certa nocte aperiat, necne. Prima elementa aſtrologiæ. Qui ſint planetarum curſus medii, qui curſus veri? Epocha ſeu ſtirps, unde ratiocinii principium petatur. Has omnes dirigi rationes ad ſitum Hieroſolymæ & vicinorum ejus urbis oppidorum ſex, ſeptem dierum iter ab ipſa diſtantium.

§. I. QUoniam diſputationibus in iſtis ſenatum maximum illum Hieroſólymitanum diximus, quàm accuratiſſimè ratiocinando quæſiſſe, fieríne poſſet, ut luna ſe aperiret, necne; ſine dubio animus à natura benè informatus, ſtudioſus doctrinarum, & occultarum rerum percipiendarum cupidus ſcire aveat, qua ratione tandem id fieri convenit, ut quis cognoſcat, an certa nocte luna videri, aut non videri poſſit.

§. II. Sed de hac ratione plurimum inter ſe diſſident veteres illi ſapientes alienigenæ, qui ad numerandi & metiendi ſcientiam animum applicarunt. In ea enim viri cæteroqui doctrinâ clari ſic errarunt, ut rationis hujus aut nullam omnino, aut valde dubiam adepti ſint cognitionem. Fuerunt etiam qui magna cum animi contentione quærerent, nec tamen rationem lunæ ſunt ad liquidum aſſecuti: ſed tanquam in altiſſimas aquas demerſi, nihil aliud quàm luti plenam manum extulerunt.

§. III. Verùm longo temporis uſu, & nimia inveſtigatione tandem explorata eſt illa ratio: præterea autem hac de re multa nos habemus à ſapientibus audita, multas etiam rationes, quæ non ſunt in ejuſmodi ſcriptæ libris, quos noverint omnes. His de cauſis viſum nobis eſt rationem illam hîc explanare; ut ſi quis ad hunc laborem ſuſcipiendum compararit animum, habeat, unde ſibi faciat ſatis.

§. IV. Nec verò quiſquam, quod nobis eâ nunc nihil opus ſit, doctrinam hanc contemnendam putet. Nam recondita ea quidem & penitus abſtruſa eſt, & hæc eadem eſt occulta faſtorum illa ratio, quam ſoli ſapientium principes quondam noverant

rant, & niſi viris intelligentibus & ad magiſterium promotis, tradebant nemini. At iſtam faſtorum rationem, quæ nunc in uſu eſt, cùm nullus ſit, qui ad ſiderum motus tempora dirigat, ſenatus, etiam è ludo pueri triduo perdiſcunt vel quatriduo.

§. V. Fortaſſis autem eveniet, ut homines docti, tam Judæi, quàm alieni, qui ea, quæ Græci tradiderunt de aſtrologia, præcepta didicerunt, cùm intellexerint de meis cognoſcendæ lunæ rationibus aliquas eſſe minus accuratas, id fugiſſe nos exiſtiment. Verùm non eſt ita: ſed idcirco certæ quædam rationes à nobis minus accuratè deſcribuntur, quod ex principiis arithmeticorum, atque aliis ex cauſis evidentibus compertum habeamus, nihil id impedire, quo minus perfectè cognoſcatur lunæ ratio. Itaque duximus nihil eſſe, cur in ejuſmodi rebus tantopére elaboraremus.

§. VI. Item ſi quas tradimus cognoſcendæ lunæ vias, in earum nonnulla videantur non eſſe initæ, & ſubductæ rationes quædam idoneæ, conſultò fecimus. Nam ex multis & variis illis cognoſcendæ lunæ viis ſic aliam illuſtrat alia, ut facilè poſſit inveniri veritas, licet non ſint initæ & ſubductæ multiplices illæ rationes, quæ & homines in arte numerandi non exercitatos adeò deterrent, nec ad viſionem lunæ quidquam conducunt.

§. VII. Ante omnes igitur aſtrologiæ rationes, quæ aut ad perfectam lunæ cognitionem pertinent, aut ad rerum aliarum uſum, hæc cognita & percepta eſſe debent. Primùm diſtribui totum orbem ſignorum in gradus trecentos & ſexaginta: triginta gradus obtineri ab uno quoque ſigno: primum eſſe ſignum, qui Aries dicitur: ſingulos gradus in partes ſexaginta dividi: partes ſingulas in totidem ſecundas: harum ſingulas item dividi tertias in ſexaginta, & iſto modo ad infinitum fieri, ſi diviſione etiam opus fuerit.

§. VIII. Si quis igitur ratiocinando invenit, ſidus aliquod in orbe ſignifero ſitum eſſe poſt gradus ſeptuaginta, triginta partes, & quadraginta ſecundas, intelliget id collocatum eſſe in ſigno Geminorum, in medio fere gradu undecimo. Nam Aries gradus occupat triginta, & totidem Taurus: reſtant de Geminis decem ac ſemiſſis, atque ex altero etiam ſemiſſe ſecundæ quadraginta.

§. IX. Sic ſi ſidus inveneris aliquod in trecenteſimo & vigeſimo orbis ſigniferi gradu, cognoſces id ineſſe in ſigno, quod Aquarium nuncupant, in gradu vigeſimo: ſimilis eſt reliquorum numerorum ratio. Sed jam ſigna nominatim & ordine perſequamur. Sunt igitur Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Caper, Aquarius, Piſces.

§. X. Jam in ratiocinando cùm ſit neceſſe colligi reliquias, & multos ac varios unà conjungi numeros, paria cum paribus conjungantur opus eſt, ſecundæ cum ſecundis, cum partibus partes, & gradus cum gradibus. Ubi ſecundæ fuerint collectæ ſexaginta, ex quibus conſtat una pars, in partium ſunt numerum referendæ. Item ubi ſexaginta partes collectæ fuerint, ex quibus conflatur gradus, in numero ponentur graduum. De gradibus autem colligendi ſunt trecenti & ſexaginta, quibus ſubductis, ſi qui ſuperent, ii demum numerandi ſunt.

§. XI. Sed ſi ſit detrahendus numerus alius ex alio, & ille quàm hic ſit major vel unica parte, huic, ex quo alius ſubducendus eſt, numero gradus addentur trecenti & ſexaginta, ut ejus detractio fieri poſſit.

§. XII. Ut ſi gradus ducenti, quinquaginta partes, & ſecundæ quadraginta; character eſt 200. 50. 40. detrahendæ ſint de gradibus centum, viginti partibus, & triginta ſecundis, character eſt 100. 20. 30. primùm his gradibus centum addentur trecenti & ſexaginta, & fiet ſumma quadringentorum & ſexaginta graduum: deinde ut detrahantur de ſecundis ſecundæ, quoniam de triginta certe non poſſunt ſubduci quadragenæ, una è viginti partibus dividetur in ſecundas ſexaginta, erúntque nonaginta ſecundæ, ex quibus cùm fuerint quadraginta detractæ, quinquaginta ſupererunt. Tum è partibus undeviginti reliquis (nam fuit una partita in ſecundas) cùm non poſſint deduci quinquaginta, oportet eximatur è gradibus unus, qui partiatur in partes ſexagenas; quæ ſi conjungantur una cùm illis undeviginti partibus invenientur undeoctoginta: detractis inde quinquagenis ſupererunt viginti novem. Poſtremò de quadringentis & undeſexaginta reliquis gradibus (nam & eorum unus eſt diſtributus in partes) ſubducentur ducenti, ſic erunt gradus ducenti & undeſexaginta reliqui. Cunctarum igitur reliquiarum character eſt 259. 29. 50. ſimiliter fiet cujuſque

juſque numeri detractio tum in ſolis, tum in lunæ ratione.

§. XIII. Item & in reliquorum planetarum ratione. Nam ex illis in ſuo quiſque orbe motus habet conſtantes & ratos: neque enim eorum curſus tum incitantur, tum retardantur: ſed illorum eſt quotidiana conveniens conſtánſque converſio. Verùm etſi cujuſque circulus globum terrenum complêctitur totum, terra tamen in eo media non eſt.

§. XIV. Unde fit, ut ſi cujuſque planetæ metiare curſum ex iis ſpatiis, quæ conficit in orbe ſignifero, qui globum terrenum ſic arcet ac continet, ut terra media ſit, eum eſſe varium reperias. Neque enim dies ullus eſt, quo quiſque planeta non plus, minúſve ſpatii conficiat in orbe ſignifero, quàm aut heſterno confecerit, aut craſtino die confecturus ſit.

§. XV. Æquabiles igitur illi & certi curſus ſolis & lunæ, & cæterorum in orbe ſuo planetarum vocantur curſus medii: at quos tum celeriùs, tum tardiùs definiunt curſus in orbe ſignorum, hi ſunt perfecti atque ex iis demum ubi ſol, ubi luna verſetur exploratè percipitur, ac cognoſcitur.

§. XVI. Sed quas his diſputationibus explicamus rationes & vias, eas ante commemoravimus tantum ad lunæ rationem cognoſcendam pertinere. Neceſſe autem erat ſtirpem eſſe aliquam, ex qua ſemper hujuſce ratiocinii principium peteretur. Hanc voluimus eſſe ineuntem noctem hebdomadæ quintam, & eandem tertiam menſis Niſan, præſentis anni, qui numeratur decimus & ſeptimus ex ducenteſimo & ſexageſimo cyclo. * Is eſt annus à conſtituto mundo quater milleſimus, & nongenteſimus & triceſimus octavus. Idem eſt perſcriptionum ſeu tabularum milleſimus quadringenteſimus octogeſimus nonus. Idémque milleſimus centeſimus & nonus eſt annus à diſturbato templo ſecundo. Hunc nos annum vocamus hujuſce ratiocinii ſtirpem.

§. XVII.

§. XVI. *Is eſt annus à conſtituto mundo*, &c. Si quis velit recentiorum Judæorum ratiocinium à mundo conſtituto deductum ad æram Chriſtianam redigere, deducat annorum è numero prima quatuor millia, tum iis, qui ſuperabunt, annis addat ducentos & quadraginta, atque ſumma reliqui ea fiet, quæ ad æram Chriſtianam quadrabit. Quæ cùm ita ſint, hæc à ſcriptore noſtro literis conſignabantur anno æræ Chriſtianæ milleſimo centeſimo ſeptuageſimo octavo. Etenim libro יוחסין de familiarum ſtirpibus ſcriptum videmus, fol. 163. pag. 1. opus hoc à ſcriptore noſtro totum eſſe abſolutum anno æræ Chriſtianæ 1188. Jam in hanc epocham R. O-

§. XVII. Et quoniam in Judæa ſolùm luna obſervaretur ſic, ut ante diſſeruimus, hæ rationes diriguntur à nobis ad ſitum urbis Hieroſolymæ, & aliorum, quibus Hieroſolyma circundatur, oppidorum ſex ſeptem dierum iter ab ipſa diſtantium, quippe cùm ex illis oppidis lunam aſſiduè contemplantes irent de illa Senatui Hieroſolymitano renunciatum. Hæc ora ab æquinoctiali circulo, qui medium mundum amplectitur, declinat ſeptentriones verſus duos & triginta circiter gradus, certè neque pauciores viginti novem, neque plures, quàm triginta quinque, & à media illa parte terræ, in qua habitatur, ad occidentem eſt inflexa gradus circiter quatuor & viginti, nón plures quidem viginti ſeptem, nec pauciores, quàm viginti & unum.

CAPUT

badias, cujus commentarii textui ſcriptoris noſtri ſunt adjuncti, ita diſſerit. Quoniam clariſſimi viri Majemonidæ epocha temporibus à noſtris longiùs eſt remota, viſum eſt nobis ſubſtituere aliam, unde principium duceremus, ineuntem noctem hebdomadæ tertiam, quam conſequebatur dies primus menſis Niſan, anni noni ex cyclo ducenteſimo ſexageſimo nono. Is annus numerabatur quinquies milleſimus centeſimus unus à conſtituto mundo, perſcriptionum ſeu tabularum milleſimus ſexcenteſimus quinquageſimus ſecundus. Invenimus autem ab epocha una ad alteram intercedere undeſexaginta millia dierum inſuper etiam dies tres & triginta, & quingentos. Quæ cùm addita fuerint epochæ clariſſimi Majemonidæ, medius ſolis curſus invenietur ad epocham noſtram confeciſſe gradus quinque, partes triginta quinque, & ſecundas quadraginta ex Ariete. character eſt 5. 35. 40. Et eodem tempore illa altitudo ſolis quæ dicitur, deſcripſiſſe gradus undetriginta, partes quatuordecim ex Geminis. character eſt 29. 14.

CAPUT DUODECIMUM.

Curſus ſolis medius quid ſpatii perluſtret die uno, diebus decem, diebus undetriginta, diebus centum, diebus trecentis & quatuor ſupra quinquaginta, qui annus lunaris ordinatus dicitur, quid porrò diebus mille, quid decem millibus dierum? Punctum in orbe ſolis, id quod altitudo ſolis nuncupatur, quid loci deſcribat his iiſdem temporis ſpatiis? Quid converſionis confeciſſet curſus medius ſolis prima nocte illa, unde principium hujus ratiocinii ducitur? Item quid tum converſionis confeciſſet illa ſolis altitudo quæ vocatur? Ex his enim quando libuerit cunque facilè cognoſci curſus medius ſolis ubi feratur: & eadem valere ad cognoſcendum medium curſum lunæ & cæterorum ſiderum, & ejus, quæ dicitur altitudo ſolis, puncti.

§. I. CUrſus ſolis æquabilis, qui idem medius appellatur, uno die, hoc eſt, viginti quatuor horis, conficit undeſexaginta partes, & ſecundas octo: character eſt 59. 8. Idem igitur diebus decem conficit novem gradus, unam & quinquaginta partes, & ſecundas tres ſupra viginti: character eſt 9. 51. 23. Itaque centum luſtrat diebus gradus nonaginta octo, partes tres ſupra triginta, & tres & quinquaginta ſecundas: character eſt 98. 33. 53. Unde cognoſcitur futurum eſſe, ut ſi, quoad fieri poſſit, de ſpatio quod idem motus conficit mille diebus, ſubducas ita, ut à nobis explicatum eſt, gradus trecentos & ſexaginta, reliqui fiant quinque gradus, & ſexaginta, & ducenti, partes autem octo & triginta, & quinquaginta ſecundæ: character eſt 265. 38. 50. Jam ex eo ſpatio, quod motus hic perluſtrat decem millibus dierum, ſi detrahas quoad fieri poſſit, trecenos & ſexagenos gradus, reliqui fient ſex gradus & triginta & centum, duodetriginta partes, & viginti ſecundæ: character eſt 136. 28. 20. Atque iſto modo cognoſces rationem motus hujus ad quem volueris cunque dierum numerum. Jam ſi curſum medium bidui, tridui, quatridui ad decimum uſque diem characteribus ita mandari velis, id

id tute facias ipſe licet: Itémque ſi curſum medium dierum viginti, triginta, quadraginta, uſque ad centeſimum cupias notari characteribus. Explicata enim atque explorata ratio eſt, ubi curſum medium unius diei notum habeas. Conſentaneum eſt autem illud cognitum & comprehenſum animo habere, medius ille ſolis motus quid intervalli perluſtret novem & viginti dierum ſpatio, quid trecentis & quatuor ſupra quinquaginta diebus, quibus efficitur annus ille lunaris, cujus ſunt ordine diſpoſiti menſes, qui annus adeo ordinatus dicitur. Hos enim curſus medios qui ritè cognorit, is facilè rationes illas perceperit, ex quibus dilucidè perſpiciatur, luna nova quando ſe aperiat. Nam à nocte menſis ea, qua primùm luna nova ſe aperit, ad proximi menſis illam noctem qua rurſus aperiatur luna nova, dies toti intercedunt viginti novem.

Nec omnino contingit unquam, ut plures, paucioréſve interſint dies ſolidi. Atqui hoc unum eſt, quod hiſce rationibus quærimus, luna videlicet naſcens quando primùm aperiatur. Tum ex quo certa quædam luna nova hoc anno apperiatur, uſque dum anno vertente luna nova aperiatur eadem, aut abit omnino tempus id, quod annum diximus ordinatum, aut uno die plus: atque eadem eſt annorum omnium ratio. Curſus igitur ſolis iſte medius novem & viginti diebus perluſtrat duodetriginta gradus, partes quinque & triginta, & ſecundam unam: character eſt 28. 35. 1. anno autem ordinato trecentos & quadraginta octo gradus, partes quinque & quinquaginta, atque decem & quinque ſecundas: character eſt 348. 55. 15.

Solis in orbe ſic, ut in reliquorum circulis planetarum, punctum eſt certum, quò cum planeta commearit, tam eſt remotus à terris, quàm cùm maximé. Et tanquam id, quod eſt in ſolis orbe, punctum, ita quod in cæteris planetarum (luna tamen excipitur) orbibus ineſt, æquabiliter movetur, atque annis ſeptuaginta unum ferè gradum conficit. Atqui hoc punctum, quod idem ſolis altitudo nominatur, diebus decem ſemper unam & dimidiatam ſecundam conficit, quæ dimidia tertiæ ſunt triginta: diebus centum ſecundas quindecim: mille dierum partes duas, & ſecundas triginta: decem millibus dierum conficit quinque & viginti partes. Ex quo intelligitur idem punctum diebus viginti novem perluſtrare ſecundas quatuor &

eo amplius: & anno illo ordinato ſecundas tres ſupra quinquaginta: Dictum à nobis ante eſt, hujuſce ratiocinii ſtirpem repeti ab ineunte nocte quinta hebdomadæ, & eadem tertia menſis Niſan, anni videlicet quater milleſimi, nongenteſimi, triceſimi octavi poſt conſtitutum mundum. Ad hujus ratiocinii principium iſtud confecerat motio ſolis media gradus ſeptenos, ternas partes, atque duas & triginta ſecundas ex ariete: character eſt 7. 3. 32. & hæc ſolis altitudo quæ vocatur, ſex & viginti gradus, inſuper partes quinque & quadraginta, & octo ſecundas è geminis: character eſt 26. 45. 8. Ergo ſi quando libeat ſcire ſol ubi ſit ſecundum motum medium, primò numerum dierum, qui à principio hujus ratiocinii uſque ad id tempus præterierint, notum eſſe neceſſe eſt, & converſionem ſolis mediam his diebus confectam, quam ex iis, quæ poſui, ſignis cognoſci licet, ſic addere ad ſtirpem hujus computationis, ut ſuo quæque partium genera generi conjungantur. Nam ubi converſionis ejus erit terminus, ibi tunc temporis ſol ex curſu medio locum habebit. Placet autem rei adjungere exemplum. Si quæreretur, ubinam ex medio curſu ſol eſſet in anno primo hujus computationis, ineunte nocte ſabbati, qui dies erat decimus & quartus menſis Tamuz, ſiquidem ab ſtirpe ad principium ejus diei, quo quæritur locus ſolis, intercedebant dies centum, curſus ſolis medius his centum diebus definitus ſumeretur, oporteret, nempe gradus octo & nonaginta, tres ſupra triginta partes, & ſecundæ tres & quinquaginta: quæ adderentur ad gradus ſeptenos, partes ternas, duas & triginta ſecundas Arietis, ubi ſol erat initio hujus computationis. Ex quibus una collectis ſumma fieret centum & quinque graduum, partium ſeptem & triginta, & ſecundarum viginti quinque: character eſt 105. 37. 25. Itaque prima illa nocte ſabbatica ſol ex medio curſu in Cancro exiſtebat, in ſeptimâ & triceſima parte gradus decimi & ſexti. Quòd autem quotidianus ſolis curſus medius interdum prima nocte ipſa determinetur, interdum ante ſolis occaſum horâ unâ, nonnunquam etiam tantundem poſt ſolis obitum, id omnino in exponendo motû ſolis, quatenus ad lunæ rationem pertinet, ne attingimus quidem. At in explicando medio lunæ curſu locus ille ſtudioſè tractabitur. Atque hujus motus inveſtigandi ratio ſemper eſt eadem.

nam

nam & mille poſt annos ſi ſubducendis & addendis ſpatiis excurſis reliquorum ſumma fiat, eámque adjungas ad eum locum, quem ſol ſecundum motum medium obtinebat in principio hujus ratiocinii, certò cognoſcas ubinam ſol tum motu illo medio feratur. Idem de lunæ motione media dicendum: idémque de cujuſque ſtellæ. Cùm ejus quotidianam motionem mediam cognoveris quanta ſit, ſciáſque motionis ejus principium unde ducatur, poſt annos, aut dies tot, quot libuerit, certò comperias ea ubi feratur motione illa media, ſi curſum medium hiſce diebus aut annis confectum adjicias ad illum locum, qui ſtellæ erat ab initio. Eadem ratio in illa altitudine ſolis eſt. Si ad eum, ubi initio erat altitudo ſolis, locum addas & ſpatium diebus aut annis præteritis confectum, quovis die ſolis ubi ſit altitudo reperias. Si quis autem primum alicujus cycli aut ſæculi annum malit eſſe hujus computationis caput, quàm eum annum, qui fuit à nobis propoſitus, datur illi eligendi optio. Atque caput iſtuc ſive id antecedat, ſive multis annis ſubſequatur hoc, quod eſt à nobis, perſpicuum eſt quid oporteat fieri. Namque explicatum eſt, quem curſum ſol definiat ordinato anno toto, quem diebus novem & viginti, quem denique die uno. Demonſtratum eſt etiam annum, cujus ſint pleni menſes, uno die eſſe longiorem eo, qui ordinatus nominatur: annum autem illum, qui completur menſibus cavis, uno die minorem eſſe, quàm ordinatum. Jam de anno intercalari, illum, ſi menſes ejus ſint ordine diſpoſiti, majorem eſſe anno communi & eodem ordinato diebus triginta: ſin autem illius ſint pleni menſes, fore, ut ordinatum annum communem ſuperet diebus uno & triginta: cùm verò habeat menſes cavos, eundem novem & viginti diebus eſſe majorem anno illo ordinato. Quibus rebus perſpectis & cognitis, facile eſt ſolis inveſtigare ac conſequi curſum medium in quot viſum fuerit dies aut annos: quem cùm addideris ad id, unde nos hujus ratiocinii ſtirpem repetiimus, curſum medium ſolis cognoveris ad quem volueris annum & diem ſtirpem noſtram ſubſequentem, quem tu diem feceris computationis principium. Hunc autem ſi detraxeris huic eidem, unde nos computationis duximus initium, medium ſolis curſum compertum habueris in quem libuerit aut annum, aut diem ſtirpem noſtram antecedentem, à quo tu die

exordium

exordium computationis ceperis. Et quæ in medio curſu ſolis, eadem eſt tenenda ratio in lunæ ac reliquorum notorum ſiderum motu medio. Ac de ſolis quidem medio curſu quærendo cùm in diem venientem, tum in præteritum ſatis dictum eſt.

CAPUT DECIMUM ET TERTIUM.

Ut in quemvis diem verus ſolis curſus inveſtigari poſſit? Namque indidem & veram cardinum anni commiſſionem cognoſci.

§. I. SEquitur, ut agamus de ſolis curſu vero: hunc quovis die tibi cognitum eſſe velis, primùm in diem eundem ità, ut expoſuimus, ſolis inveſtiges curſum medium: deinde ſolis etiam altitudinem: tum hanc ſubducas è medio ſolis curſu, ex quo quod reliquum fuerit, id *propria ſolis via* dicitur.

§. II. Porrò videndum eſt hæc *propria ſolis via* quot ſit graduum. Nam ſi pauciorum eſt, quàm centum & octoginta, è confecto medio ſolis curſu ſubducenda eſt etiam hujus *propriæ viæ* portio: ſin autem plurium eſt, uſque dum trecentorum & ſexaginta ſit graduum, ad ſolis confectum curſum medium portio hujus viæ propriæ addatur, neceſſe eſt. Quibus ita ſubductis aut additis, inde quod erit, ſolis erit curſus verus.

§. III. Tenendum eſt autem hanc ſolis viam propriam, cùm ſit aut ipſorum centum & octoginta, aut trecentorum & ſexaginta graduum, portione tum omnino carere, atque ſolis eundem eſſe curſum verum, & medium.

§. IV. At propriæ hujuſce viæ portio quænam eſt illa tandem? Nimirum ſi gradus occupat decem, portio ejus eſt viginti partes: ſi occupat viginti, portio eſt partes quadragenæ: ſi triginta, portio eſt partes octo & quinquaginta: ſi quadraginta, pro portione debetur gradus unus, & partes quindecim: ſi quinquaginta, gradus unus, & novem & viginti partes pro portione debentur: ſi ſexaginta, portio erit gradus unus, & partes una & quadraginta: ſi ſeptuaginta, erit portio gradus unus, atque una & quinquaginta partes: ſi octoginta, portio erit gradus unus, & partes

ſeptem & quinquaginta: ſi nonaginta, portio erit gradus unus, & undeſexaginta partes: ſi centum, gradus unus, & octo ac quinquaginta partes erit portio: ſi centum & decem, portio gradus unus erit, & partes tres ac quinquaginta: ſi centum & viginti, portio gradus unus, ac quinque & quadraginta partes erit: ſi centum & triginta, portio gradus item unus erit, atque partes tres & triginta: ſi centum & quadraginta, erit portio gradus unus, & partes undeviginti: ſi centum & quinquaginta, portio gradus unus, & una pars erit: ſi centum & ſexaginta, portio erit duæ & quadraginta partes: ſi centum & ſeptuaginta, portio erit partes viginti una: ſin autem centum & octoginta ipſos occupat gradus, portio, ſicut docuimus, erit omnino nulla: ſed curſus medius ſolis erit idem, atque verus.

§. V. Cùm verò via iſta propria ſit longior gradibus centum & octoginta, tum illius longitudo tota detrahetur è trecentis & ſexaginta gradibus, atque ejus portio cognoſcetur: ut ſi iſta propria via graduum ſit ducentorum, hos è trecentis & ſexaginta ſubduci gradibus oporteat, unde reliqui fiant gradus centum & ſexaginta, quorum, ut ante diximus, portio eſt partes duæ & quadraginta: eadem eſt igitur & ducentorum graduum portio.

§. VI. Similiter ſit propria via iſta trecentorum graduum, hi ſubducentur de gradibus trecentis & ſexaginta: reſtabunt ſexaginta, quorum quidem jam cognoviſti portionem eſſe gradum unum, & unam & quadraginta partes, quæ eadem trecentorum etiam eſt portio graduum. Eadem eſt ratio in reliquis numeris tenenda.

§. VII. Jam ſi via illa propria quinque & ſexaginta ſit graduum, quoniam portio ſexaginta graduum gradus eſt unus, & una & quadraginta partes: ſeptuaginta verò graduum portio eſt gradus unus & una & quinquaginta partes: tum illæ portiones duæ differunt inter ſe partibus decem, conſequens eſt, ut unuſquiſque gradus pro rata portione partem unam habeat: ex quo id efficitur, portionem propriæ viæ ejus, quæ gradus obtinet quinque & ſexaginta, eſſe gradum unum, & partes ſex & quadraginta.

§. VIII. Ergo illius, quæ gradus obtineat ſeptem & ſexaginta, propriæ viæ portio erit gradus unus, & partes octo & quadra-

quadraginta. Atque idem erit modus ſervandus in omni ejuſmodi via, cùm graduum decadibus unitates erunt adjuncti, cùm in ſolis, tum in ratione lunæ.

§. IX. Harum rerum exemplum ejuſmodi ponatur. Si quis ſolis inveſtiget curſum verum qualis eſſet primo noſtro ratiocinii hujus anno, prima nocte ſabbatica, quæ erat quarta decima menſis Tamuz, priùs idem quærat qualis eſſet tum curſus ſolis medius, quem cùm, ſicut oſtendimus, compererit centum & quinque graduum fuiſſe, partiúmque ſeptem & triginta, ac quinque & viginti ſecundarum, ſolis etiam quærat altitudinem: nempe reperietur ea fuiſſe ſex & octoginta graduum, partium quinque & quadraginta, & ſecundarum trium & viginti: tum ſubducat hanc altitudinem ex ſolis curſu medio, relinquetur via duodeviginti graduum, partium duarum & quinquaginta, & duarum etiam ſecundarum: character eſt 18. 52. 2. Verùm in omni hujuſmodi via nunquam partium habetur ratio, cùm ſint pauciores quàm triginta: & triginta ſi colligantur, vel plures, pro gradu uno putantur, íſque cæteris viæ gradibus additur: qua ratione via hæc erit graduum undeviginti: unde fit, ut illius ſit portio ſic, ut diximus, partes duodequadraginta.

§. X. Atque hæc via cùm ſit minor gradibus centum & octoginta, nimirum oportet partes duodequadraginta portionem ejus ex ſolis medio curſu detrahi. Itaque ex eodem relinquentur gradus centum & quatuor, undeſexaginta partes, & ſecundæ viginti quinque: character eſt 104. 59. 25. Ergo prima illa nocte ſabbatica verus ſolis curſus è Cancro confecerat gradus quindecim, quinque & triginta ſecundis minus: ſed & in exquirendo ſolis & lunæ curſu vero, & in reliquis calculis ad eorum cognitionem ducentibus habenda ratio eſt non ſecundarum, ſed partium: niſi ſecundas ferè triginta colligas, quæ pro parte una ſunt ducendæ, atque in earum ponendæ numero.

§. XI. Solis igitur cùm liceat curſum verum cognoſcere qualis ſit quolibet tempore, facile eſt quorumcunque anni cardinum inveſtigare horam ipſam ſive ſubſequentium ſtirpem hanc, ex qua nos exordium hujus ratiocinii duximus, ſive multis annis antecedentium.

CAPUT DECIMUM ET QUARTUM.

Lunæ medios curſus eſſe duos: nam ipſam in exiguo quodam orbe ferri, & exiguum hunc in majori orbe orbem converti: converſionem exigui orbis vocari lunæ curſum medium. Quantum hic curſus medius ſpatii conficiat uno die, diebus decem, diebus undetriginta, diebus centum, anno illo ordinato qui dicitur, diebus item mille, & decem millibus dierum? Et alterum viæ curſum medium nuncupari: quantum ſpatii perluſtret & iſte his definitis temporibus? Qualis eſſet curſus lunæ medius ad epocham hujus ratiocinii? Et quis eſſet tum viæ curſus medius? Nam his cognitis in quemvis diem curſum lunæ medium facile cognoſci proinde, ac ſolis.

§. I. LUNA medios curſus definit duos. Nam ipſa exiguo in orbe convertitur, qui quidem orbis non globum terrenum complexu ſuo coercet & continet omnem, ejuſque in eo orbe curſus medius, viæ curſus medius eſſe dicitur. exiguus enim hic orbis & ipſe movetur etiam in orbe majore, qui terram complectitur totam. Atque hujus orbis exigui majorem illum circulum conficientis motio media ea eſt, quam lunæ medium curſum vocitent. Hic igitur lunæ curſus medius ſingulis diebus conficit gradus decem & tres, atque decem partes, & ſecundas quinque & triginta: character eſt 13. 10. 35.

§. II. Igitur diebus decem conficit centum atque unum & triginta gradus, partes quinque & quadraginta, quinquaginta ſecundas: character eſt 131. 45. 50. Ita diebus centum id ſpatii conficit, ut ex eo ſi ſubducantur, quoad ejus fieri poſſit, gradus trecenti & ſexaginta, reſtent ſeptem gradus, & triginta, & ducenti, partes duodequadraginta, tres & viginti ſecundæ: character eſt 237. 38. 23. Quod igitur ſpatium conficit mille dierum, ex eo ſi ſimilis fiat detractio, remanebunt gradus quidem ducenti decem & ſex; partes verò tres ſupra viginti, & ſecundæ quinquaginta: character eſt 216. 23. 50. Itaque ſi fiat detractio hæc eadem ex ſpatio decem milli-

bus

bus dierum confecto, ſupererunt gradus tres, * tres & quinquaginta partes, ſecundæ viginti: character eſt 3. 53. 20. Jam ſi fiat detractio eadem ex ſpatio, quod novem & viginti diebus conficit, ſuperabunt duo & viginti gradus, partes ſex, & quinquaginta ſex ſecundæ: character eſt 22. 6. 56. Et quod anno illo ordinato conficit ſpatium, ejus, cùm fuerit facta detractio, reliquiæ erunt gradus trecenti ac quatuor & quadraginta, partes ſex & viginti, ſecundæ tres & quadraginta: character eſt 344. 26. 43. Similis eſt reliquorum numerorum ratio.

§. III. Jam viæ curſus medius uno die conficit decem & tres gradus, atque tres partes, ac ſecundas quatuor & quinquaginta: character eſt 13. 3. 54. decem verò diebus centum & triginta gradus, partes undequadraginta, ſecundis omnino nullis adjunctis: character eſt 130. 39. diebus igitur centum id ſpatium percurrit, ex quo ſi ſubducuntur, quoad fieri poſſit, gradus trecenti & ſexaginta, ſupererunt ducenti & ſex ſupra viginti gradus, partes novem & viginti, tres & quinquaginta ſecundæ: character eſt 226. 29. 53. Idem ſi fiat in ſpatio per mille dierum confecto, ſuperabunt gradus centum & quatuor, octo & quinquaginta partes, & ſecundæ quinquaginta: character eſt 104. 58. 50. ſimiliter ſi fiat in ſpatio decem millibus dierum confecto, gradus trecenti & viginti novem, partes duodequinquaginta, ſecundæ viginti erunt reliquæ: character eſt 329. 48. 20. Idémque ſi fiat in ſpatio per viginti novem dies confecto, remanebunt gradus duodeviginti, partes tres & quinquaginta, ſecundæ quatuor: character eſt 18. 53. 4.

§. IV. Quod ſi ſimiliter facias in ſpatio, quod idem curſus anno conficit ordinato, reliqui gradus trecenti quinque erunt, decem & tres ſecundæ, nullis adjunctis partibus: character eſt 305. 13. Atque ineunte quinta hebdomadæ nocte illa, quod ſecundum nos quidem harum rationum caput eſt, lunæ curſus medius perluſtraverat gradum unum, partes decem & quatuor, atque ſecundas quadraginta tres è Tauro; character eſt 1. 14. 43. Eadem hora viæ curſus medius gradus luſtraverat

§. II. *Tres & quinquaginta.* Omnes editiones habent octo & quinquaginta: ſed numerus conveniens eſt *tres.*

rat quatuor & octoginta, duodetriginta partes, & quadraginta duas ſecundas: character eſt 84. 28. 42. Ut autem medium lunæ curſum cognoveris, & noveris is qualis fuerit id temporis, à quo ratiocinii ducitur exordium, cui curſum medium poſtea confectum oportet addi, ſanè quovis die lunæ curſus medius qui ſit, ſcire licet eadem ratione ac via, qua ſolis ipſius. Ac cùm perveſtigaris ac cognoveris qui ſit lunæ curſus medius prima nocte, tum etiam animum advertas ad ſolem, ut in quo ſit ſigno teneas.

§. V. Nam ex quo ſol diſcedit à mediis Piſcibus, uſque dum ad medium Arietem pervenerit, lunæ curſum medium ſic, ut eſt, reliqueris: dum autem ab Ariete medio commearit ad ingreſſionem Geminorum, addendæ ſunt ad lunæ curſum medium quindecim partes: dum ab introitu Geminorum ad Leonis commearit introitum idem addes: dum ab introitu Leonis ad mediam Virginem feratur, addes tantundem: dum à media Virgine ad dimidiam Libram volvitur, rurſus lunæ curſum medium relinques ita, ut eſt: dum verò à dimidia Libra ad Sagittarii volvitur introitum, oportet ex lunæ curſu medio quindecim partes eximi; dum ab Sagittarii fertur introitu ad ingreſſionem Aquarii, oportet medio è lunæ curſu partes eximi triginta: & dum ab ingreſſione Aquarii ad dimidios Piſces fertur, oportet quindecim eximi partes è lunæ curſu medio.

§. VI. Poſtquam autem lunæ curſum medium ita vel auxeris, vel minueris, vel in ſuo ſtatu conſervaris, eum habueris ut eſt eo die, in quem inquiris, tertia fere horæ parte poſt ſolis obitum. Hinc illum dicunt eſſe curſum lunæ medium ad horam contemplandæ lunæ.

CAPUT

CAPUT DECIMUM ET QUINTUM.

De inveſtigando lunæ curſu vero.

§. I. SI quis igitur quo libuerit die lunæ curſum verum ſcire expetit qui ſit, primùm quærat eodem illo die ſub horam contemplandæ lunæ qualis ejuſdem ſit curſus medius; item & qualis ſit viæ curſus medius: tum etiam ſolis curſus medius quis ſit id temporis: poſtea ſolis curſum medium è medio lunæ curſu ſubducat, & quod ſuperaverit, duplicet. Atque id à duplicando *diſtantia duplicata* nominatur.

§. II. Quas verò rationes capitibus iſtis complector, his ego, ſicut jam demonſtravi, nihil aliud effici volo, niſi ut lunæ ratio exploratè cognoſcatur. Hæc igitur *duplicata diſtantia* nunquam fieri poteſt, ut qua nocte luna ſe aperiat, atque oculis percipi poſſit, aut graduum ſit pauciorum quinque, aut plurium, quàm duorum & ſexaginta.

§. III. Quæ cùm ita ſint, animum adverteris ad duplicatam hanc diſtantiam. Nam ſi graduum eſt omnino quinque, aut aliquanto major, nihil prorſus addi neceſſe eſt: verùm ut gradus obtinet ſex, quoad compleat undecim, ad medium illum viæ curſum adjungi gradum unum opus eſt: ut enim gradus obtinet duodecim, quoad compleat duodeviginti, ad medium illum viæ curſum binos oportet addi gradus: ut eſt graduum undeviginti, quoad compleat quatuor & viginti, ad ejuſdem viæ curſum medium additos oportet gradus tres: ut eſt viginti quinque graduum, quoad compleat unum & triginta, ad eundem viæ curſum medium gradus addentur quatuor: ut eſt duorum & triginta, quoad compleat duodequadraginta, ad eundem viæ curſum medium oportet addi gradus quinque: ut eſt undequadraginta, quoad compleat quinque & quadraginta, ad ejuſdem viæ curſum medium ſex oportet addi gradus: ut eſt graduum ſex & quadraginta, quoad compleat unum & quinquaginta, ad viæ curſum medium ſeptem oportet addi gradus: ut eſt duorum & quinquaginta, quoad compleat undeſexaginta, ad viæ curſum medium gradus oportet addantur octo: ut eſt ſex-

ſexagenorum, quoad tres & ſexaginta compleat, ad viæ curſum medium gradus novem addantur, neceſſe eſt. Atque hiſce gradibus cùm eſt amplificatus viæ curſus medius, tum *concinna via* dicitur.

§. IV. Tum verò videndum eſt, via illa concinna quem graduum numerum contineat. etenim ea cùm habeat pauciores, quàm centum & octoginta gradus, ejus quidem portio de lunæ curſu medio, ut eſt ſub horam contemplandæ lunæ, ſubducenda eſt: Contrà ſi hos magnitudine ſuperet, quoad compleat gradus trecentos & ſexaginta, portio ejus eſt addenda medium ad lunæ curſum, eum, qui eſt ſub horam contemplandæ lunæ: Quo vel addito, vel detracto lunæ medio curſui, curſus exiſtet lunæ verus, is qui erit ſub horam contemplandæ lunæ.

§. V. Atenim via concinna cùm aut centum & octoginta, aut trecentorum & ſexaginta ipſorum ſit graduum, tum quidem ejus portio nulla eſt: ſed ſub horam contemplandæ lunæ * ut curſus medius, ita lunæ curſus verus ſeſe habet.

§. VI. Sed hæc concinna via quam portionem habet tandem? Nimirum ſi graduum eſt denûm, pro portione quinquaginta partes habet: ſi graduum eſt viginti, portio ejus eſt gradus unus, & duodequadraginta partes: ſi graduum eſt triginta, portio ejus eſt gradus duo, & quatuor atque viginti partes: ſi graduum eſt quadraginta, portio ejus gradus erunt tres, & partes ſex: ſi graduum eſt quinquaginta, portio ejus tres erunt gradus, & partes quadraginta quatuor: ſi ſexaginta ſit graduum, portio ſit gradus quatuor, & partes decem & ſex: ſi ſit ſeptuaginta graduum, erit portio gradus quatuor, atque partes una & quadraginta: ſi ſit octoginta graduum, portio erit quinque gradus: ſi nonaginta ſit graduum, portio erit quinque gradus, & totidem partes: ſi centum eſt graduum, portio ſunt quinque gradus, & partes octo: ſi graduum eſt centum & decem, portio ſunt gradus quatuor, & partes undeſexaginta: ſi centum

§. V. *Ut curſus medius.* In editione ſuperiori extat אלא אם יהיה מקום; in poſteriori autem editione correctè legitur אלא יהיה מקום :

§. VI.

centum & viginti ſit graduum, * portio erit gradus quatuor, & quadraginta partes: ſi centum & triginta graduum eſt, portio ſit gradus quatuor, & partes undecim: ſi graduum eſt centum & quadraginta, portio eſt tres gradus, & partes tres ſupra triginta: ſi centum & quinquaginta graduum eſt, * portio erit gradus duo, & partes duodequinquaginta: ſi centum & ſexaginta ſit graduum, portio gradus unus erit, & partes ſex & quinquaginta: ſi centum & ſeptuaginta ſit graduum, * erit portio quaſi gradus unus, partes videlicet undeſexaginta: ſi ſit centum & octoginta ſtrictè graduum, portio erit, ut ante dixi, nulla: ſed verus lunæ curſus idem erit, qui medius.

§. VII. Jam ſi via concinna ſpatio centum & octoginta graduum ſit major, tum illam de gradibus trecentis & ſexaginta detraxeris, & ejus portionem noveris quæ ſit, item, ut in via ſolis. Atque eadem illa via concinna ſi graduum decadibus adjunctas habeat unitates, unitatum portiones colligentur ex eo, quod duas inter decadum portiones interſit, diſcrimine. Namque portionum ratio in via concinna eſt eadem, quæ in via ſolis.

§. VIII. Quærat igitur aliquis curſum lunæ verum quis eſſet ineunte nocte ſexta hebdomadæ, menſis Jar ſecunda, præſente hoc anno, qui hujus ratiocinii caput eſt; omnino ab ineunte hujus ratiocinii nocte principe ad ejus, in quam lunæ motus verus exquiritur, noctis initium, ipſi dies ſunt novem ſupra viginti: primùm igitur curſus medius ſolis inveſtigetur, quis tum eſſet: prodibit enim quinque & triginta graduum, partium duodequadraginta, atque trium & triginta ſecundarum: character eſt 35. 38. 33. Deinde verò ſub horam contemplandæ lunæ quis id temporis eſſet lunæ curſus medius? is autem erat tunc ipſum graduum trium & quinquaginta, partium ſex & triginta, & ſecundarum undequadraginta: character

§. VI. *Portio erit gradus quatuor, & quadraginta partes.* Hæc eſt lectio editionis ſuperioris, & ea veritati conſentanea: nam in editione recentiori mendosè legitur, *& viginti partes.*

Portio erit gradus duo. In omnibus editionibus, quas mihi videre contigit, legitur hic *gradus tres*; ſed mendosé: nam æquabilis, conſtans, & rata portionum ratio poſtulat *gradus duo.*

Erit portio quaſi gradus unus, &c. Hic enunciatio noſtri ſcriptoris eſt ſic ſatis ambigua: docet autem ratio portionum nullum gradum integrum; ſed omnino partes undeſexaginta tum ei pro rata portione fore.

ter eſt 53. 36. 39. Tum etiam viæ curſus medius qualis eſſet? ſcilicet ille tunc erat centum & trium graduum, unius & viginti partium, & ſecundarum ſex & quadraginta: quorum character eſt 103. 21. 46. Poſtea ſolis curſum medium de medio lunæ curſu detrahat: ita reliqui fient decem & ſeptem gradus, duodeſexaginta partes, & ſecundæ ſex: quod ſpatium cùm duplicaverit, habebit ſcilicet diſtantiam duplicatam triginta quinque graduum, ſex & quinquaginta partium, & ſecundarum duodecim: quorum character eſt 35. 56. 12. Igitur ad viæ curſum medium, adjungenda eſt, ut expoſui, portio quinque graduum: unde prodibit * via concinna centum & octo graduum, atque unius & viginti partium: partes autem in hujuſmodi via, quemadmodum in explicando motu ſolis docuimus, nihil omnino curantur.

§. IX. Poſtremò, quærendum eſt de portione viæ concinnæ, quæ cùm eſſet centum & octo graduum, portio ejus ſit quinque gradus, & una pars: Quoniam verò via concinna pauciorum erat, quàm centum & octoginta graduum, quinque gradus, & partem unam portionem ejus oportet de medio curſu lunæ detrahi: Itaque ſupererunt in eo curſu gradus duodequinquaginta, partes triginta quinque, & ſecundæ undequadraginta, quod pro parte perfecta habendum, & reliquis partibus annumerandum erit. Ergo curſus lunæ verus ad horam illam luſtraverat è ſigno Tauri gradus duodeviginti, & triginta ſex ex undevigeſimo gradu partes: character eſt 18. 36. Eadem ratione ſub quamlibet horam contemplandæ lunæ quis ſit curſus lunæ verus inveſtigaveris, atque id uſque ab ineunte præſente anno, qui eſt noſtri ratiocinii princeps ad infinitum tempus.

CAPUT

§. VIII. *Via concinna centum & octo graduum.* In ſuperiori editione mendosè hic legitur *centum & octoginta:* in inferiori verò editione legitur emendatè *centum & octo:* quanquam & in illa ipſa editione ſuperiori mendum hoc corrigitur initio articuli ſequentis.

CAPUT DECIMUM ET SEXTUM.

Lunæ latitudo quid, qualis, ubi, quanta ſit, & quomodo cognoſci poſſit? Etenim lunæ latitudinem interdum eſſe nullam.

§. I. QUEM orbem curſus lunæ ſempiternus conficit, is ab eo, quem ſol perpetuò luſtrat, ſic eſt inflexus, ut ejus dimidia pars altera in ſeptentrionem, altera vergat in meridiem. Sed in eo puncta ſunt duo, alterum alterius è regione, ubi hi circuli duo ſeſe contingant. Atque luna in horum uno cùm exiſtit, in ſolis orbe convertitur, atque adeo ipſi ſoli exadverſum eſt: verùm ab alterutro cùm diſcedit, vel in ſeptentrionem fertur, vel in meridiem. Punctum autem, unde luna curſum ſuum inflectere cœpit ad ſeptentriones, id nominatur *Caput*, & id, ex quo ad meridiem declinat, *Caudam* nuncupant. Ac punctum illud *Caput* quod dicitur, motum habet certum & æquabilem, nulláque fit unquam in ipſius motu neque acceſſio, neque deceſſio. Id ſignorum orbem conficit retrò contrario motu, atque ſol. nam ab Ariete ad Piſces, & ad Aquarium à Piſcibus convertitur: ſimilis eſt ejus deinceps converſio.

§. II. Hujus igitur *Capitis* curſus medius uno die conficit tres partes, & ſecundas undecim: diebus igitur decem unam & triginta partes, & ſecundas ſeptem & quadraginta: diebus centum gradus quinque, partes decem & ſeptem, atque ſecundas tres & quadraginta: character eſt 5. 17. 43. dierum verò mille, gradus duos & quinquaginta, partes quinquaginta ſeptem, & ſecundas decem: character eſt 52. 57. 10. Unde fit, ut ſi ex eo, quod decem millibus dierum conficit, ſpatio ſubducas, quoad fieri poſſit, trecentos & ſexaginta gradus, reliqui fiant gradus centum & ſexaginta novem, una & triginta partes, & ſecundæ quadraginta: character eſt 169. 31. 40. Jam diebus novem & viginti conficit gradum unum, partes duas & triginta, & ſecundas novem: character eſt 1. 32. 9. & anno ordinato gradus duodeviginti, partes quatuor & quadraginta, ſecundas duas & quadraginta: character eſt 18. 44. 42. Idem

hic *Capitis* curſus medius ineunte illa nocte quinta hebdomadæ, quæ ſtirps eſt hujus ratiocinii, graduum erat centum & octoginta, partium ſeptem & quinquaginta, & ſecundarum duodetriginta: character eſt 180. 57. 28.

§. III. In quamcunque horam ſcire velis Caput id quem definiverit curſum verum, oportet in eandem horam ejuſdem curſum medium perveſtiges itidem, ut in ratione ſolis & lunæ: tum ut ejus curſum medium detrahas de gradibus trecentis & ſexaginta: Quod enim ſpatii reliquum erit, is erit ad horam illam curſus verus *Capitis*, cujus è regione *Cauda* ſemper erit.

§. IV. Si quis exempli causâ quærat Capitis hujus quis eſſet curſus verus ineunte ſexta nocte hebdomadæ, quam conſequebatur dies menſis Jar ſecundus eo anno, qui eſt hujus ratiocinii ſtirps: Omnino ab initio noctis ejus, quæ hujus ratiocinii princeps eſt, uſque ad primam illam noctem, qua de quæritur, dies ſunt viginti novem.

§. V. Capitis igitur hiſce diebus confectum curſum medium inveſtigabit eo, quo ſcit, modo: qui cùm fuerit additus ei, quem idem Caput jam definierat ineunte illa hujus ratiocinii principe nocte, cognoſcet curſum medium Capitis eſſe duorum graduum, & octoginta, & centum, partium novem & viginti, & ſecundarum ſeptem & triginta: character eſt 182. 29. 37. Poſtea verò numerum hunc ſubducet è gradibus trecentis & ſexaginta. Itaque reliqui erunt ſeptem gradus & ſeptuaginta & centum, partes triginta, & ſecundæ tres & viginti: character eſt 177. 30. 23. Hic omnino Capitis erat tum curſus verus: verùm ſecundarum nulla eſt ducenda ratio. Ex quo fit, ut id temporis Caput ſtatuatur è ſigno Virginis ſeptem & viginti gradus, & partes triginta confeciſſe, atque de Piſcibus è regione tantundem Cauda.

§. VI. Semper enim inter Caput & Caudam omnino dimidius interjectus eſt circulus: igitur ubi perveſtigaris ac cognoveris Caput in quo ſigno, quo ſigni gradu, quave parte ſit, intelliges Caudam in ſigni ab iſto ſeptimi eadem numero parte ineſſe; ut ſi Caput in gradu decimo certi cujuſdam ſigni ſitum eſt, erit Cauda item in gradu decimo ſigni ejus, quod eſt ab illo ſeptimum.

§. VII.

§. VII. Cognito Capitis, & Caudæ, lunæque curſu vero, ipſa inter ſe conferantur. Nam ſi luna gradum atque partem eandem obtineat, quam obtinet vel Caput, vel Cauda, luna neque ad ſeptentriones, nec ad meridiem curſum ſuum inflexit: ſin autem lunam cernas Caput antecedentem ſic, ut ad Caudam commeet, lunæ regio eſt aquilonaris: contra ſi Caudam antecedat ita, uti convertatur ad Caput, ejus eſt regio auſtralis.

§. VIII. Inflexio lunæ in auſtrum & aquilonem lunæ latitudo nominatur, aquilonaris tum, cùm regionem obtineat aquilonarem, & ſi converſa ſit in auſtrum, auſtralis. Itaque cum punctorum alterutro cùm eſt conjuncta luna, latitudine, ſicut expoſui, omnino caret.

§. IX. Nunquam lunæ latitudo ſive aquilonaris, ſive auſtralis procedit ultra gradus quinque: ſedenim viam ita conficit, ut à Capite profecta paulatim à ſolis orbe recedat tamdiu, dum ab eo disjuncta ſit quinque gradus: tum ſenſim ad eundem ſolis orbem accedit ita, ut Caudam cùm attingat omninò latitudinem habeat nullam: rurſúmque ab eo pedetentim removetur ad eandem diſtantiam, tum ita denuò ſenſim appropinquat, uti tandem latitudine careat.

§. X. Quo tempore cunque ſcire quis expetit latitudo lunæ quanta ſit, & quam ad partem inflexa, ad ſeptentriones, an ad meridiem, is Capitis, & lunæ curſum verum perveſtiget qualis ſit eodem illo tempore: tum è vero lunæ curſu curſum verum Capitis detrahat. Nam quod reliquum erit, id *via lata* nominatur. Quæ quidem via lata ab uno gradu uſque, dum compleat centum & octoginta gradus, luna ad ſeptentriones: ſin longior eſt, luna curſum ſuum inflexit ad meridiem. Quod ſi via lata aut centum & octoginta gradus ipſos compleat, aut ipſos trecentos & ſexaginta, luna latitudinem prorſus habet nullam. Tum verò videndum etiam eſt, quantam via lata portionem habeat: tantundem enim luna inclinata eſt vel ad aquilonem, vel ad auſtrum, quæ, ut expoſui, latitudo lunæ dicitur aquilonaris, aut auſtralis.

§. XI. Jam de portione, ſi via lata graduum eſt decem, duæ & quinquaginta partes ejus eſt portio: ſi graduum eſt viginti, portio ejus eſt gradus unus, atque tres & quadraginta partes: ſi graduum eſt triginta, portio ejus eſt gradus duo, & partes

triginta: ſi graduum eſt quadraginta, terni gradus, & partes decem & tres portio ejus eſt: ſi graduum eſt quinquaginta, portio ejus eſt tres gradus, & partes quinquaginta: ſi graduum eſt ſexaginta, portio ejus eſt gradus quatuor, & viginti partes: ſi ſeptuaginta graduum eſt, portio ejus eſt gradus quatuor, & partes duæ & quadraginta: ſi graduum eſt octoginta, gradus quatuor, & partes quinquaginta quinque portio ejus erit: ſi graduum eſt nonaginta, erit ejus portio gradus quinque.

§. XII. Quod ſi decadibus unitates etiam aliquot adjunctæ ſunt, quid portionis his conveniat colliges ex eo ſcilicet additamento, quo duarum proximarum decadum portiones inter ſe differunt, ita; ut in ſolis & lunæ ratione demonſtratum eſt. Sit igitur via lata trium & quinquaginta graduum, quoniam via lata cùm ſit graduum omnino quinquaginta, pro portione gradus habet tres, & partes quinquaginta, & eadem cùm ſexaginta ſit graduum, gradus quatuor, & partes viginti, hæ duarum decadum portiones partibus inter ſe differunt triginta: unde cognoſcitur cujuſque gradus portionem eſſe partes ternas. Qua ratione fit, ut via lata cùm ſit trium & quinquaginta graduum, pro portione tres habeat gradus, & partes undeſexaginta. Similis eſt reliquorum ratio numerorum.

§. XIII. Cùm autem ad nonageſimum uſque gradum, id quod docuimus, cognoris via lata quam habeat portionem, omnino omni magnitudine via lata quam portionem habeat noveris. Etenim via lata plurium, quàm nonaginta cùm ſit graduum, quoad compleat centum & octoginta, tum illius magnitudinem oportet de gradibus centum & octoginta demi, & quod reliquum erit, quæ ſit ejus portio declarabit ¶.

§. XIV. Rurſus ſi via lata procedit ultra centum & octoginta gradus, uſque dum aſſequatur ducentos & ſeptuaginta, oportet ex ejus magnitudine centum & octoginta detrahi gradus, & ex eo quod reſtiterit, cognoveris, quid portionis habeat.

¶ Poſtrema capitis hujus verba quindecim, quorum vis eſt, *Scilicet, hæc erat primâ illâ nocte lunæ latitudo, & ea quidem auſtralis, ſiquidem via lata centum & octoginta gradus excedebat*, hic in textu extant, atque ita extant, ut nullatenus cohæreant; nec ullam ſententiam idoneam exprimant: ut pateat ab inſcio librario eſſe hoc loco poſita præpoſteré.

§. XV. Quod ſi via lata ducentos & ſeptuaginta gradus excedat, uſque dum aſſequatur trecentos & ſexaginta, ejus oportet magnitudinem eximi de trecentis & ſexaginta gradibus, atque ex eo, quod ſupererit, quid portionis habeat, cognoſci licebit.

§. XVI. Sit graduum, exempli gratiâ, via lata centum & quinquaginta, eos oportebit de gradibus centum & octoginta demi: reſtabunt igitur triginta gradus: quorum portio eſt, ut ante docuimus, duo gradus & partes triginta: eandem hanc portionem habent etiam gradus centum & quinquaginta.

§. XVII. Sit via lata graduum ducentorum, oportebit ex illis ſubduci centum & octoginta: remanebunt igitur viginti: quorum portionem uno gradu, partibúſque quatuor & triginta à nobis ante definitam, ducenti gradus ſibi quoque vendicant.

§. XVIII. Sit denique trecentorum via lata graduum, illos oportebit ſubduci de gradibus trecentis & ſexaginta: reliqui fient ſexaginta: quorum portio gradibus quatuor, & viginti partibus à nobis eſt ante definita: quæ eadem & trecentorum eſt graduum portio. Atque eadem eſt omnium ratio numerorum.

§. XIX. Fac igitur ſcire quem velle lunæ quanta latitudo fuerit, & quam ad partem, ſeptentriones, an ad meridiem ineunte illa nocte ſecunda menſis Jar, quam conſequeretur vigilia ſabbati, præſenti ſcilicet hoc anno, qui ſtirps eſt hujus ratiocinii. Jam id quidem promptum & expoſitum eſt, ut tunc temporis curſus lunæ verus confecerit de Tauro duodeviginti gradus, * & partes ſex & triginta: character eſt 18. 36. Caput autem illud quod vocatur, è Virgine gradus viginti ſeptem, & partes triginta: character eſt 27. 30. Unde ſi curſus Capitis eximatur de curſu lunæ, ducentorum inveniatur via lata, atque unius & triginta graduum eſſe, * & partium ſex: character eſt 231. 6. Sedenim in ejuſmodi via nunquam ulla partium habetur ratio. Qua re fit, ut ex iis, quæ ſunt à nobis in hoc

§. XIX. *Et partes ſex & triginta.* In editione ſuperiori mendoſè legitur hic *partes quadraginta*, cùm idem hoc correctè extet in extremo articulo capitis proximi ſuperioris.

Et partium ſex. In editione ſuperiori legitur, *Et partium decem.* Verùm parvi refert. nam ſummonet ſcriptor noſter in hac quidem re partium nullam habendam eſſe rationem.

hoc capite dictatæ, viæ latæ portionibus, hujus quidem viæ latæ portio ſit tres gradus, atque partes tres & quinquaginta: ſcilicet hæc erat primâ illa nocte lunæ latitudo, & ea quidem auſtralis, ſiquidem via lata centum & octoginta gradus excedebat.

CAPUT DECIMUM ET SEPTIMUM.

Multiplices & varias rationes quibus inveſtigetur & exploratè cognoſcatur luna ſe num certa nocte quadam aperiat, annon? Nam in lunæ motu errores & anfractus ingentes eſſe: hinc natum illud ſapientum, ſol viam ſuam novit ſcilicet, luna non item. Omnem diſciplinam veris & certis rationibus confirmatam tam à profanis, quàm à ſanctis accipiendam.

§. I. HActenus explicavimus quæ patere & prompta debent eſſe ante, quàm inveſtigaris quando futurum ſit, ut luna ſe aperiat. Quod ſi cognitum & perſpectum habere velis, primùm ſolis, lunæ, ac Capitis curſum verum exquiras, atque id in horam contemplandæ lunæ: deinde ſolis curſum verum è lunæ curſu vero ſubducas neceſſe eſt: & quod porrò ſupererit, id prima longitudo nominatur.

§. II. Et cùm inveſtigaris Capitis & lunæ curſum, idem lunæ latitudo primò quanta, tum ſitne auſtralis, an aquilonaris, cognoſces: atque hæc item latitudo prima nominatur. Atqui primam hanc & longitudinem & latitudinem etiam atque etiam conſideres, & utramque in animo quaſi inſculptam habeas.

§. III. Hanc igitur ad longitudinem primam atque latitudinem animum advertes, ut qua nocte illam inveneris graduum eſſe reſtrictè novem, aut eo breviorem, omiſſis aliis rationibus, intelligas tum omnino fieri non poſſe ut Iſraeliticâ terrâ totâ luna ſe aperiat. Contra non dubites, quin totâ Paleſtinâ luna aperiatur ea nocte, qua longitudo prima gradus excedat quindecim; Atque nihil eſt, quòd rationes aliæ ſubducantur. Cùm autem illa longitudo prima ſit ultera novem gradus procedens, quoad obtineat quindecim, tum verò opus illas

inire

inire rationes, quibus cognoſcatur, fieríne poſſit, ut luna ſe aperiat, necne.

§. IV. Sic ſe res habet, curſus lunæ verus ſi ſit inter principium Capri & extremum Geminorum: ſin autem, idem hic curſus lunæ verus volvitur ab initio Cancri ad extremum Sagittarium, tum ſi longitudo prima decem ipſorum eſt graduum, aut etiam pauciorum; conſtat lunam ea nocte non poſſe totâ Paleſtinâ ſe aperire: rurſúſque ſi ſit longitudo prima plurium, quàm viginti quatuor graduum, pro certo ſcies per omnem Judæorum regionem lunam aperiri. Et eadem longitudo prima cùm procedit ultra gradus decem, quoad aſſequatur viginti quatuor ipſos, oportet ſubducendis rationibus quæri luna ſe aperiat, necne.

§. V. Rationes illæ ſunt ejuſmodi: primùm ut obſervetur luna in quo ſigno verſetur: Nam ſi luna eſt apud Arietem, oportet de longitudine prima partes eximantur undeſexaginta: ſi apud Taurum, eximetur gradus unus: ſi eſt apud Geminos, detrahendæ ſunt partes duodeſexaginta: ſi apud Cancrum, tres & quadraginta partes: ſi apud Leonem, totidem: ſi apud Virginem, partes ſeptem & triginta: ſi apud Libram, partes triginta quatuor: ſi apud Scorpionem, partes triginta quatuor: ſi apud Sagittarium, partes ſex & triginta: ſi apud Caprum, partes quatuor & quadraginta: ſi apud Aquarium, partes tres & quinquaginta: ſi apud Piſces, duodeſexaginta partes: Atque primæ longitudinis cùm ſint detractiones illæ factæ, tum ea longitudo ſecunda dicitur.

§. VI. Quòd autem portiones illæ de longitudine prima ſubducantur, id ideo fit, quòd luna non eodem in loco, quo eſt, eſſe videatur: Differt enim alius ab alio tam in longitudine, quàm in latitudine: ac nimirum hoc illud eſt, quod *diſcrimen à ſpecie*, vel *parallaxis* nominatur. Cùm igitur ad lunæ conſpectum ac viſionem diriguntur tempora, tum illud in longitudine *diſcrimen à ſpecie* ſemper è longitudine prima detrahitur ità, ut expoſuimus.

§. VII. Jam ad latitudinis *diſcrimen à ſpecie* quod attinet, cùm luna curſum ſuum inflexit ad ſeptentriones, tum propter *diſcrimen à ſpecie* de latitudine prima portiones illius eximuntur. Sin autem curſum ſuum ad meridiem inflexerit, ob idem

diſcrimen à ſpecie latitudini primæ adduntur quotquot ſunt portiones ejus. Quibus additis demtíſve portionibus, ſecundæ latitudinis vocabulo nuncupatur.

§. VIII. Sed quot ſunt illæ tandem portiones, quæ latitudini vel adduntur, vel detrahuntur? Nempe luna cùm verſetur in Ariete, partes novem: cùm in Tauro, partes decem: cùm in Geminis, partes ſedecim: cùm eſt apud Cancrum, partes ſeptem & viginti: cùm apud Leonem, partes duodequadraginta: cùm apud Virginem, partes quadraginta quatuor: cùm in Libra, partes quadraginta ſex: cùm in Scorpione, partes quadraginta quinque: cùm apud Sagittarium, partes quadraginta quatuor: cùm apud Caprum, partes triginta ſex: cùm apud Aquarium, quatuor & viginti partes: cùm apud Piſces, duodecim partes.

§. IX. His igitur cognitis portionibus, eas aut latitudini primæ, ſicut ante dixi, detraxeris, aut addideris, & extiterit latitudo ſecunda, quam ex his, quæ ſupra dicta ſunt, facilè cognoveris, utrùm aquilonaris, an auſtralis ſit. Cùm autem perveſtigaris illa latitudo ſecunda quot ſit graduum, ac partium, id diligenter etiam atque etiam memoriâ cuſtodias.

§. X. Rurſus enim ex iſta latitudine ſecunda eximendum eſt aliquid, eam ob cauſam, quoniam luna ſuo ipſius in orbe curſum ſuum paulum inflectit. Atenim quo tandem modo definietur illud aliquid, quod etiam ex ſecunda latitudine eximendum eſt? Nempe dum lunæ curſus volvitur ab Arietis aut Libræ principio ad eorum gradum viceſimum, partes ſunt duæ detrahendæ de latitudine ſecundâ quinquepartitâ: ex quo autem movetur aut ab Arietis gradu viceſimo, uſque dum commearit ad Tauri gradum decimum, aut à gradu Libræ vigeſimo, uſque dum commearit ad decimum Scorpionis gradum, demenda pars eſt tertia latitudinis ſecundæ: dum fertur aut à Tauri gradu decimo ad ejuſdem gradum viceſimum, aut à decimo Scorpionis item ad vigeſimum, quarta pars latitudinis ſecundæ ex ea demenda eſt: dum fertur à Tauri & Scorpionis gradu viceſimo ad extremum & Taurum & Scorpionem, quinta pars ſecundæ latitudinis eximenda inde eſt. Jam ex quo luna Geminorum & Arcitenentis attigit initium, donec commearit ad eorum gradum decimum, latitudinis ſecundæ ſextans exi-

eximendus eſt: horum cùm attigit gradum decimum, uſque dum pervenerit ad vigeſimum, dimidium ſextantis è latitudine ſecunda demitur: dum inde luna fertur ad quintum & viceſimum gradum eorum ipſorum ſignorum, de latitudine ſecunda quadrans ſextantis eximitur. Cùm verò luna fertur aut à gradu vigeſimo quinto Geminorum ad quintum Cancri, aut à quinto & vigeſimo gradu Arcitenentis ad quintum Capricorni, tum è latitudine ſecunda demetur omnino nihil: hîc enim in orbe ſuo luna curſum ſuum nequaquam inflectit. Rurſum cùm à gradu quinto Cancri & Capricorni luna movetur eorum ad decimum, de latitudine ſecunda quadrans ſextantis eximitur. Dum lunæ curſus à gradu decimo ſive Cancri, ſive Capricorni volvitur ad eorum vigeſimum, dimidium ſextantis eximitur de latitudine ſecunda. Dum à Cancri & Capri gradu vigeſimo volvitur ad extremum ſignum, eximitur de latitudine ſecunda ſextans. Nam luna dum ab initio Leonis & Aquarii gradum ad decimum commeat, è latitudine ſecunda quinquepartita demitur una pars. Cùm eſt illorum aſſecuta gradum decimum, uſque dum ad viceſimum commearit, quadrans è latitudine ſecunda detrahitur: detrahitur ex ea pars tertia, dum luna Leonis à gradu viceſimo Virginis ad decimum, aut ab Aquarii viceſimo Piſcium ad decimum convertitur: & dum ab horum decimo gradu ſignorum convertitur ad extremum, è latitudine ſecunda quinquepartita partes ſunt duæ deducendæ. Atque id, quod è latitudine ſecunda demitur, *orbitam lunæ* nominant.

§. XI. Tum oportet etiam animum advertere ad lunæ latitudinem, & videndum aquilonaris ſit, an auſtralis. Quæ ſi eſt aquilonaris, oportet iſtam *orbitam lunæ* quam vocant de longitudine ſecunda etiam detrahi: ſin autem auſtralis eſt, eam addi longitudini ſecundæ neceſſe eſt; tum videlicet, cùm luna convertitur ab initio Capri ad extremos Geminos. Contra verò dum ſex alia ſigna perluſtrat, ſi curſum ſuum inflexit ad ſeptentriones, *orbitam* hanc oportet ad longitudinem ſecundam addi: ſin ad meridiem, eam oportet de ſecunda longitudine demi: atque hæc cùm fuerint addita longitudini ſecundæ, vel detracta, tum ea tertia longitudo nominatur: ſin autem in orbe ſuo luna curſum nihil inflectit, & de latitudine ſecunda, quia

 ratio-

ratiocinium ita fert, demendum eſt nihil, ipſa longitudo ſecunda omnino erit eadem, quæ eſt tertia, qua nihilo plus, nihilo minus habet.

§. XII. Tum etiam tertia longitudo iſta, quæ nihil eſt aliud, quàm qui gradus inter ſolem & lunam intercedunt, videndum eſt quo ſit in ſigno: ſi aut in Piſcibus, aut in Ariete, tertiæ longitudini ſexta pars ejus addetur: ſi in Aquario aut Tauro, addetur ei pars quinta: ſi in Capro aut Geminis, eidem ſextans addetur: ſi in Sagittario aut Cancro, longitudo tertia nec amplificabitur, neque minuetur, ſed ut eſt, ita relinquetur. Si fuerit in Scorpione aut Leone, de longitudine tertia demetur pars ejus quinta. Si aut in Libra, aut in Virgine, ex ea demetur pars tertia: Atque longitudo tertia cùm eſt aut amplificata, aut diminuta, & ſi rationes ita poſtulant, in ſuo ſtatu conſervata, quarta incipit longitudo nominari. Secundum hæc etiam redeundum eſt ad lunæ primam latitudinem, ex qua tripartita ſunt ſemper eximendæ partes duæ, atque hæc eſt illa, quæ regionis altitudini portio dicitur tribui, quæ portio quidem, cùm latitudo lunæ ſit aquilonaris, longitudini quartæ debet addi, & ex eadem demi, cùm auſtralis eſt lunæ latitudo. Porrò quod erit longitudo quarta, ſubductâ vel additâ portione illâ, id *viſionis arcus* appellatur.

§. XIII. Sed quo iſta facilius intelligantur, ponatur exemplum hujuſmodi. Si quærat aliquis num eo, qui hujus ratiocinii princeps eſt, anno, prima nocte, quam ſequeretur vigilia ſabbati menſis Jar dies ſecundus, luna aperiretur, aut occultaretur: is primò ſolis & lunæ curſum verum exquirat, & lunæ latitudinem etiam ſic, uti demonſtravimus, quærat eodem ejus anni tempore quænam eſſet: inveniet autem ſolis curſum verum è Tauro perluſtraſſe tum gradus ſeptem, & novem partes: character eſt 7. 9. Lunæ verò curſum verum ex eodem ſigno confeciſſe duodeviginti gradus, & partes triginta ſex: character eſt 18. 36. Jam lunæ latitudo reperietur in auſtri partibus trium fuiſſe graduum, & partium trium & quinquaginta: character eſt 3. 53. Hæc tum erat lunæ latitudo prima. Dematur igitur curſus ſolis è curſu lunari, ſuperabunt gradus undecim, & partes ſeptem & viginti: character eſt 11. 27. Atque hæc erat tunc temporis prima longitudo. Quoniam verò

luna

luna tum in Tauro verſabatur, *diſcrimen à ſpecie* gradus erat unius, quem eximi de prima longitudine convenit: Ita reperietur ſecunda longitudo decem graduum, & partium viginti ſeptem: character eſt 10. 27. Itémque in latitudine *diſcrimen à ſpecie* partium erat decem, quas latitudini, quoniam erat auſtralis, oportet additas: ex quo latitudo ſecunda reperietur graduum fuiſſe quatuor, & partium trium: character eſt 4. 3. Quòd autem luna tum è Tauro confecerit duodeviginti gradus, neceſſe eſt, ut latitudinis ſecundæ quadrans ex ipſa dematur, quam *orbitam lunæ* nominant. Ergo *lunæ orbita* illa tunc temporis erat gradus unus, & una pars. nam ſecundarum quidem nulla habetur ratio.

§. XIV. Cúmque eſſet auſtralis lunæ latitudo, & curſus ejus verus inter Capri principium & initium Cancri volveretur, *orbitam lunæ* convenit addi longitudini ſecundæ, unde prodibit longitudo tertia graduum undecim, & partium duodetriginta: character eſt 11. 28. Quæ longitudo cùm eſſet in Tauro, eidem addendi ſunt etiam gradus duo, & partes duodeviginti, quæ eſt ejus quinta pars. Itaque longitudo quarta graduum erit decem & trium, & partium ſex, & quadraginta: character eſt 13. 46. Rurſus igitur redeundum eſt ad latitudinem primam, ex qua tripertita partes oportet duas detrahi: prodibit igitur ea portio, quæ regionis altitudini tribuitur, quæ duorum erit graduum, & partium quinque & triginta, quam ex longitudine quarta demi neceſſe eſt ideo, quòd luna curſum ſuum ad meridiem inflexerat. Itaque reliqui fient gradus undecim, & totidem partes: character eſt 11. 11. Omnino hujus ea nocte, quam dixi, magnitudinis erat arcus viſionis. Eadémque ratione cognoveris etiam ad infinitum tempus quavis nocte quot graduum, & quot partium ſit arcus viſionis.

§. XV. Atque perveſtigatus & cognitus ille viſionis arcus circonſpiciendus eſt. Nam is cùm novem eſt graduum, aut pauciorum, tum fieri poteſt, ut tota Judæorum regione luna ſe aperiat. Sin autem plurium, quàm decem & quatuor ſit graduum, haud ſanè poteſt luna occultari his quidem certè, qui terram Iſraeliticam incolunt.

§. XVI. Ubi verò viſionis arcus aliquid uſurpet de gradu decimo, quod idem erit dicendum uſque ad extremum gradum quar-

quartum decimum, ex ejus & primæ longitudinis terminis inter ſe collatis cognoſcetur luna num aperiatur, an non. Nimirum iſti ſunt qui termini viſionis appellantur.

§. XVII. De terminis igitur viſionis, ſi viſionis arcus procedat ultra novem gradus, ad extremum gradum decimum, & quidem aliquanto ſupra, ſítque longitudo prima graduum decem & trium, aut eo major, luna ſe pro certo aperiet: ſin autem vel viſionis arcus eſt tantus, prima verò longitudo brevior, quàm poſuimus, vel contra, luna deliteſcet.

§. XVIII. Si viſionis arcus procedat ultra gradus decem, uſq; ad ultimum gradum undecimum, & quidem aliquanto ſupra, ſítque longitudo prima duodecim graduum, aut etiam eo major, luna ſine dubio ſe aperiet: ſin viſionis arcus cùm ſit talis, longitudo prima ſit minor, contráve; luna ſe occultabit.

§. XIX. Si viſionis arcus procedat ultra gradus undecim, uſque ad ultimum gradum duodecimum, & quidem aliquanto ſupra; ſítque longitudo prima graduum undecim, aut paulo major, pro certo ſe luna aperiet. At ſi, horum alterum cùm ſit ejus magnitudinis, alterum exiſtat minus, luna deliteſcet.

§. XX. Si viſionis arcus procedat ultra gradus duodecim uſque ad extremum decimum & tertium, & quidem aliquanto ſupra, & longitudo prima compleat gradus decem, aut eo plus, conſtat fore, ut luna ſe aperiat. Deliteſcet autem cùm horum alterum ejus ſit magnitudinis, & ex ea, quæ dicta eſt, aliquid alteri deſit.

§. XXI. Si denique viſionis arcus procedat ultra gradus decem & tres, ad extremum gradum quartum decimum, & quidem aliquanto ſupra, & longitudo prima compleat gradus novem, aut eo plus, haud dubiè luna aperietur. Secus autem ſi cùm horum alterum ejus ſit magnitudinis, alterum ſit minus. Atque hæc eſt omnis omnino terminorum circunſcriptio.

§. XXII. Nunc, exempli causâ, quæramus quinam eſſet viſionis arcus ea nocte, quam ſubſequeretur vigilia ſabbati dies ſecundus menſis Jar iſto ipſo anno, unde nos hujus ratiocinii repetimus initium. Inita igitur & ſubducta ratione eum, ſicut demonſtravimus, inveniemus tum fuiſſe graduum undecim, & totidem partium. Cùm igitur viſionis arcus determinaretur inter gradum decimum, atque decimum & quartum, cùm longitudine

gitudine prima comparetur neceſſe eſt, quam oſtendimus fuiſſe tunc graduum undecim, & partium ſeptem & viginti. Quoniam igitur viſionis arcus procedebat ultra gradus undecim, & longitudo prima patebat item ultra undecim, conſtat ex definitis terminis lunam ea nocte ſe aperuiſſe. Similiter licet ex quovis arcu viſionis cùm longitudine prima collato judicare.

§. XXIII. Ex his omnibus cognoſci facilè poteſt, quot & quantas addendo, deducendóque rationes putare neceſſe fuit, & quàm multum ſuſcipere laboris, uti tandem vias illas rationéſque faciles atque explicatas inveniremus. Id adeo, quòd luna in ſuo motu anfractus habeat ingentes: unde natum eſt illud ſapientum, SOL VIAM SUAM NOVIT SCILICET, LUNA NON ITEM.

§. XXIV. Iidem ſapientes dixerunt tum celeriùs, tum tardiùs lunam moveri: Etenim & in his ſubductis rationibus tum lunæ luſtrationi nonnihil addendum, tum ex eadem fuit aliquid detrahendum ad inveſtigandum viſionis arcum. Ex quo fit etiam, ut viſionis arcus, ſicut expoſuimus, modò longior, modò brevior ſit.

§. XXV. At qua de cauſa hæ putantur rationes, addatur hoc, & deducatur iſtud, & quî harum rerum unaquæque ſit intellecta, atque etiam quæ ſit ſingularum rerum cauſa & ratio, ad faſtorum & geometriæ cognitionem pertinent, de qua Græci homines docti libros ediderunt quàm plurimos, qui iidem nunc quidem in noſtrorum manu ſunt ſapientium. Nam qui ſunt ſcripti quondam ab eruditis ex tribu Iſſacharis Judæis, qui vatum erant tempore, hi non ad nos uſque pervenerunt: ſedenim harum diſputationum rationes cùm afferantur eæ, in quibus nullum liceat reperire vitium; nec quiſquam habeat, quod opponat, quid eſt, quod de auctore laboremus? Omnem enim diſciplinam rationibus veris & certis confirmatam accipiemus, ſive profectam à Prophetis, ſive à gentibus. Etenim probantur nobis auctores, qui doctrinamſuam veris argumentis & rationibus certis probant.

CAPUT

CAPUT DUODEVICESIMUM.

Fieri poſſe, ut luna cùm ſe aperiat, non appareat tamen: atque hoc uſque à Moyſe traditum, ut luna naſcens cùm non appareret in principio menſium, menſes ſenatus definiret viciſſim alium plenum, alium cavum: & ex tabularum ratione quoque menſes hodie viciſſim finiri plenos & cavos, nonnunquam hunc ordinem inverti tamen. Et hodie cùm menſis eſt plenus item, ut olim, celebrari intercalationis menſtruæ ſacrum epulare.

§. I. JAM id quidem omnibus apertum & perſpicuum eſt, ut cùm inita & ſubducta ratio declaret fore, ut nocte in aliqua luna ſe aperiat, tamen occultetur, ſi forte nube obducitur. Præterea autem occultatur his, qui locum habitant valde depreſſum, aut quibus ab occidente mons præcelſus atque editus oppoſitus eſt. Namque horum ſedes abs ſede priorum nihil differt. Enimvero qui locis in humilibus habitant, his ne tum quidem aperitur luna, cùm eſt maxima: verùm aut montium altitudines, aut oras maritimas incolentibus, aut mare magnum navigantibus etiam minima aperitur.

§. II. Atqui tempore brumali, eóque ſereno, luna eadem multo videtur eſſe major, quàm æſtiva tempeſtate item ſerenâ. Namque hyeme ſi tempus ſerenum eſt, purius cœlum conſpicitur, ob eam cauſam, quod aër terræ proximus ſit ſimplicior, quippe pulvis cùm eo nullus immiſceatur. At æſtate quamvis ſit tempeſtas ſerena, cum pulvere confuſus aër ſumi eſt inſtar, unde ſit, ut luna longè minor conſpiciatur.

§. III. Cùm viſionis arcus, & quæ ad illum comparanda eſt longitudo prima reſtrictè definita reperitur, luna eſt valde puſilla, & niſi in locis admodum excelſis, oculis percipi non poteſt: ſin autem & viſionis arcus, & longitudo prima prælongi ſint ſic, uti terminis amborum ſpatii ſit aliquid ex conſequenti gradu adjunctum, luna erit ipſa itidem magna, ut & viſionis arcus, & longitudo prima, & cunctis adeo manifeſta.

§. IV.

§. IV. Quocirca duo potiſſimum conveniebat ſenatum Hieroſolymitanum animo conſiderare: unum, quo anni tempore luna nova conſpecta eſſet: alterum erat locus, ex quo luna viſa erat, de quo poſteriore quidem interrogabantur ii, qui veniebant lunæ nuncii: Nam ſi ratione ſubducta intellectum eſſet lunam ejus ſtrictè magnitudinis eſſe, qua cadit ſub aſpectum, velut ſi viſionis arcus eſſet graduum novem, & partium quinque, & longitudo prima omnino trium & decem graduum, tum ſi qui de illa luna nuncium vel æſtivo tempore, vel ex humili loco attuliſſent, illorum erat fidei permagna ſuſpicio, & moroſè admodum excutiebantur. Rurſus hæc eadem luna tempore brumali, vel etiam tempeſtate æſtiva in loco perquam edito non dubitabatur, quin eſſet conſpecta, niſi forte nube obduceretur.

§. V. Dictum eſt à nobis, ſi qui lunam ſuo tempore naſcentem conſpicati, de illa ad ſenatum Hieroſolymitanum referrent, atque huic ipſi probarentur, calendas eodem die finitas à ſenatu, ac conſecratas eſſe. Ab his numerabantur dies novem & viginti, & nocte trigeſima ſive luna occultaretur, ſive nubes eſſet illi oppoſita, cujus cauſa non conſpiceretur, ſenatus die triceſimo toto de naſcente luna nuncios præſtolabatur: qui ſi nulli veniſſent, menſis uno die fiebat longior, atque uno & triceſimo die demum calendæ ſecundæ ab illis inſtituebantur.

§. VI. Putandum verò non eſt, ſi trigeſima ab his calendis nocte luna deliteſceret etiam, conſtitutum iterum menſem plenum, quem eundem intercalarem appellant, ac prima & trigeſima demum die calendas inſtitutas eſſe; quippe cùm fieri poſſet, ut hujus quoque menſis trigeſima nocte luna non appareret. Rurſus igitur intercalandum fuiſſet, & rejiciendæ in diem unum & triceſimum calendæ. Sic omnes deinceps menſes anni conſtitiſſent ex uno & triginta diebus: unde ſub anni menſem ultimum evenire potuiſſet, ut luna naſcens conſpiceretur aut quinto, aut ſexto & vigeſimo die menſis, quo quid eſſe poteſt ineptius? Quid incommodum magis?

§. VII. Nec verò res eſt inſolens, ut anno toto luna nova non conſpiciatur: imò & hoc uſitatum maximè, & ejus generis alia multa, præſertim in regionibus illis, ubi diutinæ ſunt pluviæ & frequentes nubes: neque enim id dicimus, lunam

nonnunquam anno toto prorſus non conſpici, ſed non conſpici novam menſibus ineuntibus, etſi poſtea cernitur, interdum quia omnino fieri non poteſt, ut ad menſem ineuntem appareat, interdum aut quia objecta illi nubes eſt, cùm alioqui non occultetur, aut quia eſt valdè puſilla, nec quiſquam magno contendit opere, ut eam conſpicetur.

§. VIII. Hæc erat igitur doctrina ſapientium, quam uſque à Moſe acceperant alii ab aliis, ut niſi luna naſcens menſibus ſingulis ineuntibus appareret, ſenatus menſes inſtitueret viciſſim alium plenum ex diebus triginta, alium cavum ex novem & viginti. Similiter cum res conficitur ſubducendis calculis viciſſim menſes pleni cavíque conſtituuntur quidem, non item conſecrantur: neque enim menſes conſecrantur, niſi ex lunæ viſione: quanquam & ex ratione calculorum tum menſes duo pleni, tum duo cavi continuantur.

§. IX. Atque menſes cùm ex tabularum ratione finiuntur, tamen ſic tempus ſemper obſervatur, ut ſi venientis luna nova menſis ſe aperiat, aut ſuo ſe aperiat tempore, aut certè nocte conſequenti, quæ dicitur intercalaris: nunquam verò ante tempus, id eſt, nocte duodetrigeſima. Atqui quando fiat, ut luna aperiatur, aut deliteſcat his, quas expoſuimus, rationibus facilè cognoſci poteſt. Nimirum & inde fit, ut modò duo menſes pleni continuentur, modò duo cavi. Atqui nunquam in anno menſes pleni ſunt pauciores quatuor, neque plures octo. Cùm verò menſis ex tabularum ratione fiat uno die longior, itidem; ut ſi hoc idem fiat ex viſione lunæ novæ, celebratur illud menſtruæ intercalationis ſacrum epulare, de quo in tertio hujus diſputationis capite diſſeruimus.

§. X. Quod autem in digeſtis Talmudicis paſſim ea ſcripta ſint, quæ declarant abs ſenatu Hieroſolymitano ad rationem tabularum finiri tempora, huic eidem ab ipſo Moſe datam eſſe copiam, ac conceſſam facultatem inſtituendi menſes plenos & cavos: item aliquando cavos ab eo menſes in annum inſertos eſſe novem, aliúdve horum ſimile, id ita interpretandum eſt, dum luna ſuo tempore non conſpiceretur.

§. XI. Et quod ſapientes dixerunt neceſſitatis ergô menſem conſtitui plenum, quódque ex tabularum ratione tum ſenatus menſes cavos & plenos alternabat, tum idem duos continuabat menſes

Vide Capitis tertii articulum 17.

menſes vel plenos, vel cavos, ſola hæc cauſa erat, quòd luna nova ſuo tempore viſa non fuerit. Etenim ſuo tempore ſi apparuiſſet, nempe ubi aperiebatur continuò poſt ejus cum ſole conjunctionem, ibi verò calendæ conſecrabantur uſque.

§. XII. Quæ quidem ita fuerant cùm eſſet apud Hieroſolymam ſenatus ille, qui in tempore finiendo lunæ novæ viſionem ſequeretur. Nunc verò finitur ex hac tabularum ratione, quæ per omnes omnino Judæos pertinuit, ſic, ut diſputationibus in iſtis diſſeruimus.

§. XIII. Explanatum eſt in iis libris, qui ſunt de Aſtrologiæ & Geometriæ ratione, quemadmodum luna cùm ſe aperiat in Judæa, in omnibus etiam, quæ ad occidentem Judææ ſunt ex adverſo, regionibus itidem aperiatur. Si verò ſubducta ratione cognoſcatur lunam in Judæa occultatum iri, fieri tamen poteſt, ut in regionibus, quæ ſunt è regione Judææ ad occidentem, conſpiciatur. Ita fit, ut ſi qua in provincia ad occidentem Judææ ſitâ luna nova conſpecta ſit, * inde concludi non poſſit, lunam in Judæa perinde conſpectum iri.

§. XIV. Rectè autem poſſit effici lunam naſcentem in Judæa non cerni eò, quòd ne ſummis quidem cernatur è montibus ejus provinciæ, quæ eſt è regione Judææ ad occidentem.

§. XV. Item conſtat lunam novam, in Judæa cùm occultetur, in nullis omnino regionibus iis, quæ ſunt ad orientem è regione Judææ, aperiri. Cùm autem in illa ſe aperiat, poteſt; ut in his aperiatur, & non aperiatur. Unde ſi in regione aliqua, quæ Judææ reſpondet in orientis partibus, luna conſpiciatur, dubium nullum eſſe poteſt, quin itidem in Judæa conſpiciatur. Et cùm non aperiatur in regionibus illis quæ ſunt ad orientem contra Judæam, nihil inde ſequitur: etenim fieri poteſt, ut in Judæa tamen aperiatur.

§. XIII. *Inde concludi non poſſit*, &c. Editiones variant hoc loco. nam in recentiori legitur, אין בזה ראייה שלא יראה בארץ ישראל אלא אפשר שנראה הירח בארץ ישראל: Quod eſt, Inde concludi non poſſit lunam in Judæa non iri conſpectum; ſedenim fieri poteſt, ut in Judæa etiam cernatur. at hoc utpote ſententiæ contrarium mendoſum eſt: in antiquioribus autem editionibus correctè legitur, אין בזה ראייה שנראה הירח בארץ ישראל, id eſt, Inde concludi non poſſit lunam in Judæa perinde conſpectum iri.

§. XVI. Sic ſe habent illæ regiones in orientis & occidentis partibus ſitæ, ſi modò ſint è regione Judææ: dum videlicet in mundi partem aquilonarem vergunt à gradu triceſimo ad quintum & triceſimum. Quæ regiones autem magis aut minùs ſunt ad ſeptentriones inflexæ, earum alia ratio eſt, quippe quæ è regione Judææ non ſunt. Jam quæ diximus de his, quæ ſunt ad orientem & ad occidentem exadverſo Judææ regiones, eò diximus, ut omnia paterent, quæ ſpectarent ad lunæ contemplandæ rationem, ut amplificaretur doctrina legis, ac corroboraretur. Neque enim illarum incolæ regionum ad lunæ viſionem menſes finiebant ipſi, vel ex ea re quidquam capiebant commodi: Omnes enim in calendis celebrandis ad conſecrationem ejus, qui erat in Judæa, ſenatus ſe dirigebant, ut ſæpè dictum eſt.

CAPUT

CAPUT UNDEVICESIMUM.

Quî ſcire poſſis, quantum aut ad ſeptentriones aut ad meridiem inflectatur à circulo æquinoctiali luna, & quorſum convertat cornua?

§. I. QUoniam voluerunt ſapientes, ut ex nunciis lunæ novæ, cùm examinarentur, inter alia permulta, quæreretur etiam quam in mundi partem inflexa luna eſſet, viſum eſt nobis hanc quoque rationem explicare. Verùm de eo, quoniam ad lunæ viſionem perſpiciendam nihil conducit, non tam accuratè quidem & exquiſitè diſputabimus: ſed ante quàm ad planetarum veniamus inflexiones, pauca quædam de ſignorum inclinatione dicenda ſunt.

§. II. Linea illa media orbis ſigniferi, quam ſol luſtrat, non eſt ea, quæ medium mundum ab oriente ad occidentem ambiat, id quod efficit æquinoctialis circulus, à quo diſcedit illius dimidia pars ad aquilonem, dimidia ad auſtrum.

§. III. Duobus autem locis illum, qui ab oriente ad occidentem mundum medium complectitur, circulum æquinoctialem contingit: quorum alter eſt ad Arietis introitum, alter ejus è regione ad introitum Libræ. Igitur ſignorum illa ſex, quorum primum Aries, extremum eſt Virgo, vergunt ad ſeptentriones; & ad meridiem ſex iſta, quorum Libra prima eſt, Piſces ultimi.

§. IV. Atque ab æquinoctiali circulo ſigna paulatim declinant ad ſeptentriones ab Arietis initio ad Cancri principium, quod ipſum ad aquilonarem mundi partem verſus diſtat ab æquatore gradus tres & viginti, & dimidiatum ferè gradum. Rurſum à capite Cancri ſigna ſenſim inflectuntur ad æquatorem uſque ad principium Libræ, quod in ipſo inſiſtit æquatore. Ab principio autem Libræ uſque ad initium Capricorni ſigna ſic ab æquatore recedunt in auſtralem mundi partem, uti tandem Capricorni principium ad auſtrum verſus ab æquatore ſit disjunctum gradus tres ſupra viginti, & dimidium circiter gradum. Atque ab initio Capricorni ad Arietis initium ſigna ſenſim ad æquatorem etiam accedunt.

§. V.

§. V. Quoniam igitur principium Arietis & Libræ in ipſo inſiſtit æquatore, ſequitur, cùm ad alterutrum ſol commearit, illum neque in mundi plagam auſtralem, neque in aquilonarem inclinare: ſed his duabus mundi partibus interjectum medium oriri & obire: ut in omnibus, quæ habitantur, terris dies & noctes inter ſe ſint æquales.

§. VI. Ex his igitur videre licet ſignorum unumquemque gradum aut ad ſeptentriones inclinatum eſſe, aut ad meridiem; ita, ut ſuum quæque habeat inflexio modum alia majorem, alia minorem, nec excedat vigeſimum tertium & dimidium ferè gradum, cùm ſit quàm maxima.

§. VII. Sic igitur res eſt, modum amplificat graduum multitudo, & numerandi capitur initium ab Ariete. Gradus autem decem habent inflexionem quatuor graduum: viginti gradus inflexionem altero tanto majorem. Habent triginta gradus inflexionem undecim graduum & ſemiſſis: quadraginta, inflexionem quindecim graduum: quinquaginta, duodeviginti graduum: ſexaginta, graduum viginti: ſeptuaginta graduum inflexio duobus iſtam gradibus ſuperat: hanc etiam inflexio graduum octoginta ſuperat uno gradu: porrò nonaginta graduum inflexio dimidio gradu major eſt iſtâ.

§. VIII. Quod ſi decadibus unitates adjunctæ ſunt, earum portionem ex eo, quod inter duas inflexiones proximas intercedit, inflexionis diſcrimine collegeris eodem modo, atque in ſolis & lunæ ratione docuimus. Exempli cauſa quinque gradus inflexionem habent duorum graduum; itaque tres & viginti gradus habent inflexionem novem graduum. Similis eſt ratio reliquarum * decadibus adjunctarum unitatum.

§. IX. Utque graduum inflexionem noris à primo ad nonageſimum, omnium omnino graduum inflexionem cognoveris item, ut & de lunæ latitudine diſſeruimus. Cùm enim gradus ſunt plures, quàm nonaginta, ídque uſque ad centum & octoginta, graduum numerus eſt de centum & octoginta eximendus. Nam ſi ſint plures, quàm centum & octoginta gradus

§. VIII. *Decadibus adjunctarum unitatum.* Hic in editione recentiore correctè legitur האחרים שהן עם העשרות In antiquioribus autem editionibus vox עם deſideratur.

dus, ídque ad ducentos & ſeptuaginta, ex eorum numero demendi ſunt gradus centum & octoginta. Si graduum numerus ſuperat etiam ducentos & ſeptuaginta, uſque ad trecentos & ſexaginta, eorum numerum ex trecentis & ſexaginta detrahetur: tum facilè erit reliquorum cognoſcere graduum inflexionem, quæ eadem ſine ulla aut acceſſione, aut deceſſione, inflexio eſt ejus numeri, de quo quæritur.

§. X. Si quis igitur ſcire expetit quot gradus ab æquatore ſit inflexa luna vel ad aquilonarem mundi partem, vel ad auſtrum, primum id quærat, quænam ſit inflexio gradus ejus, in quo lunæ curſus verus volvitur, & quam in partem mundi ſit converſa ad ſeptentriones, an ad meridiem: deinde lunæ latitudinem primam videat quanta ſit & qualis, an aquilonaris, an auſtralis: tum ſi latitudo lunæ prima, & ejus, in quo volvitur lunæ curſus verus, gradus inflexio vergit in eandem mundi partem vel aquilonarem, vel auſtralem, ſimul agregentur: ſin autem altera in ſeptentriones, altera ſit in meridiem converſa, harum minor è majori eximatur. Ac tum demum quod ſupererit ſpatium, id omnino luna ab æquatore eſt inflexa in eam mundi partem, in qua major illarum fuit inventa.

§. XI. Quæratur igitur quantum ab æquatore converſa luna eſſet epochali nocte illa ſecunda menſis Jar, præſentis hujus anni, à quo nos initium hujuſce ratiocinii repetimus. Gradum, in quo tum lunæ volvebatur curſus verus, oſtendimus ſupra Tauri fuiſſe undevigeſimum, cujus gradus inflexio quaſi duodeviginti graduum erat ad ſeptentriones verſus: lunæ verò latitudo prima graduum ferè quatuor erat, eaque auſtralis. Itaque ſi de majori numero minor eximatur, reliqui fient gradus decem & quatuor. Tantum videlicet erat tum ab æquatore inflexa luna ad ſeptentriones, ſiquidem in ea parte mundi ſita erat illa inflexio duodeviginti graduum, qui numerus duorum major erat. Sed hæc quidem ratio, quoniam ad lunæ viſionem perſpiciendam nihil juvat, non eſt accurate inita & ſubducta.

§. XII. Jam ſi quis ſcire velit, lunæ quorſum erunt obverſa cornua, ſitum ejus etiam ad æquatorem comparet. Nam ſi luna aut in ipſo inhæreat æquatore, aut ab eo duos omnino, tréſve gradus abierit ad ſeptentriones, vel ad meridiem, è regione

gione medii occidentis collocata eſſe videbitur, & ejus cornua ſolis ipſum ad ortum converſa.

§. XIII. Sin autem ab æquatore longiùs receſſerit ad ſeptentriones, videbitur inter occidentem & ſeptentrionem eſſe ſita, & ejus cornua ab oriente inclinata in meridiem.

§. XIV. Sin ab æquatore ſit remota procul ad auſtrum verſus, inter occidentem & meridiem ſita videbitur, & ejus cornua ab oriente ad ſeptentriones inflexa, pro magnitudine ejus ab æquatore diſtantiæ atque inflexionis.

§. XV. Atque ex his, qui de luna naſcente renunciarent, tentandæ fidei cauſa, quærebatur etiam & illud, luna quàm altè ferebatur. Id cognoſcitur ex *arcu viſionis*, qui ſi brevior eſt, curſus lunæ propiùs à terra volvi, ſi longior, luna moveri videtur altiús. Ut enim *viſionis arcus* longus eſt, ita lunam oculi altam à terra percipiunt.

§. XVI. Explicatæ ſunt rationes omnes, quæ requiruntur ad perſpiciendam lunæ viſionem, & interrogandos eos, qui veniebant lunæ nuncii ſic, ut intelligentibus hæc omnia promta ſint, & aperta. Etenim nulla prorſus doctrinæ ratio à Lege noſtra excluditur. Ut igitur hæc de luna doctrina percipiatur, confugiendum eſt non ad alienorum hominum monumenta, ſed ad hunc librum divinum: ille, ille lectitandus eſt: nihil enim in eo deſideratur.

INDEX

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM
Quæ in hoc Libro continentur.

Numerus Paginam, Litera n. Notam indicat.

A.

ADamus & ejus liberi qualem putarent cultum & honorem Deo ſacrificiis faciendis adhibere? 291, & 295.
Adipe beſtiarum ad rem divinam faciendam aptarum interdictum eſſe ſcilicet: at ferarum, quoniam non erant ad rem divinam idoneæ; adipe æquè, ac carne veſci fas eſſe, 147. n.
Æpha *menſura quid caperet?* 114.
Agitatio ſacrorum quo loco fieret? 197.
Aliunde qui petit aliquid, ejus eſt cauſam dicere, quare ſuum ſit, 92, & 96.
Allegatus perſonam ſuſtinet allegantis, 15. n.
Alterius causâ ſcelus admittit nemo, 85.
Altitudo ſolis (*Abſis* Plinio, *Aux* Arabibus *dicitur*) *quid ſit, & quam converſionem conficiat?* 390, & ſeq.
Ancilla deſponſata in literis ſacris commemorata quænam eſſet? 151. n.
Animal ſemiferum ſeu hybridam eſſe quibuſdam Hebræis *id quod* כוי *dicitur*, 147.
Animantes, cæteráque rerum genera in Lege nominatim edicta, cur rei divinæ deligerentur? 235, & ſeq.
Animantis fætus ante, quàm octo dies totos compleverat, ejectionis loco ducebatur, 77. n.

Anni diriguntur à Judæis *ad converſionem ſolis annuam*, 342.
Anno intercalari bis deinceps numeratur menſis Adar *ferè* Februario *reſpondens*, *qui bini menſes nomine primi & ſecundi diſtinguuntur*, 78. n. & 356. *Quid ita verò?* Ibid.
Annus quibus de cauſis inſtitueretur intercalaris? 356, & ſeq.
Annus civilis & ſacer definitur ex Joſepho, 105, n.
Annus lunaris & ſolaris quo temporis ſpatio terminetur? 368.
Annus ille lunaris, cujus ſint ordine diſpoſiti menſes, annus ordinatus dicitur, 390.
Annus prolepticus, qui fabricationem hominis anteceſſit, aſcribitur dinumerandis iis, qui à conſtituto mundo effluxerunt, annis, 369. n.
Antemurale quid? 8. n.
Apoſtata qui ſit? 125. n.
Apparendi Deo ter in anno præceptum quorſum pertineret? 55, & 56. n.
Apparendi præcepto non teneri certa hominum genera, 61, 62, & 64.
Apparere Deo quid ſit? 55, & 56.
Aquæ calidæ Tyberiadis *erant ad vicum, qui ducto inde nomine* Emmaus *appellabatur*, 40. n.
Arcus viſionis, 412, & ſeq.
Argentum ſacris ritè deſtinatum ac repoſitum redimi tamen, & ad uſum communem transferri, 158, & 159.
Arietes erant in ſolitudine percari, 329.
Aſperſione potiſſimum ratio ſacrificii continebatur, 12.
Auctores illi, qui doctrinam ſuam neceſſariis rationibus probant, probandi, 415.

B.

BAjetuſæi *iidem, atque* Karæi, *certa diſciplina* Judæorum, *& ejus origo*, 346. n.
Balaam *cur apud regem* Balacum *ſeptem ſtatuerit altaria?* 293.
Belus Phegorius *ut coleretur?* 141. n.
Beſtia Deo ſacra, concepto vitio, velut exauguralatur, 86. & paſſim alibi.
Beſtiæ religione ſacrorum dupliciter obligabantur, 77. n.

Beſtiam

Beſtiam ſacram qui cum alia commutarat verberibus coercebatur, 205, & ſeq.
Beſtiam ſacram aliâ mutare non licuiſſe ſcilicet; at exaugurare licuiſſe, 211, & ſeq.
Beſtiæ ſuffectæ in locum beſtiarum ſacrarum qua ratione ſacrificarentur? 213, & ſeq.
Beſtiæ ſacræ ſi ſubſtitueretur alia cur ambæ pariter ſacræ forent? 220, & 221.
Beſtiæ ſacræ partus conſecrationis religionem habebat, 216, & ſeq.
Beſtiarum ſacrarum abortiones, & ſecundæ humabantur, 219.
Beſtiarum ſacrarum religionem variare nefas: beſtiæ verò primogenitæ in alvo matris adhuc contentæ religionem mutare fas, 219, & ſeq.
Beſtias altari conſecratas ad laborem adhibere nefas, 9. *Et eaſdem pretio redemtas etiam tondi, & ad opus faciendum applicari vetitum erat*, 98.
Beſtiam ſacram per ſe ipſam mori quid ſit? 213. n.
Beſtias minores in terra Judæa *non eſſe paſtas in apertis & propatulis, ſed in locis opacis*, 87. n.
Bona univerſa hominis pignori oppoſita fuerant ob debitum ſacrificium, 189.

C.

Calendas finire ac conſecrare è viſione lunæ non erat cujuſque, ſed ſupremi conſilii demum, 343, & 362.
In calendis celebrandis ad conſecrationem ejus, quod erat in Judæa, *conſilii ſe dirigebant omnes*, 420.
Calendarum conſecratio ita permiſſa conſilio fuit, ut etiam ejus errantis decreto ſtandum eſſet, 349.
Calendarum conſecrandarum modus, 348, & ſeq.
Calendas conſecratas conſilium plebi principiò curabat facibus tollendis indicandas, ſed his deinde facibus ad plebem in errorem inducendam abutebantur Cutæi: *itaque conſilium poſtea conſtituit, ut mitterentur qui multitudini calendarum conſecrationem nunciarent ſex ſcilicet menſibus*, 352, & 353.

De calendis conſecratis conſilium ſupremum juſſum erat mittere, qui populum certiorem facerent, 344.

Calendarum nuncii quò loci cunque perveniebant, in eo dies ſolemnes inſtituebant ſimplices: quò non aſpirabant, ibi dies ſolemnes geminabant, 354, & 363, & ſeq.

Calendæ hodiernis è faſtis ad triceſimum menſis diem ſemper inſtituuntur: eædem & ad diem poſterum frequenter; quippe calendis aliis dies unus, aliis biduum impertitur, 375.

Calendas Tiſrinas *nunquam haberi primo, quarto, & ſexto hebdomadæ die: has adeo, cùm novilunium in horum dierum aliquem inciderit, rejici tum in poſterum, tum in diem perendinum*, 372, & ſeq.

Calendæ Tiſrinæ *quam ob cauſam ita rejiciantur?* 374.

Cardines anni quo articulo committantur? 378, & ſeq.

Cardo vernus anni, quo conſtitutus eſt mundus, quantum anteceſſit lunam novam menſis Niſan? 378, & 382.

Cardo vernus primo quoque cycli anno tantundem antecedit lunam naſcentem menſis Niſan, 383.

Cardinis cujuſque inveniendi ratio duplex, 378, & ſeq.

Cardinis inveſtigandi ratio utraque dirigitur non ad verum; ſed ad medium ſolis curſum, 383.

Carne volucrium non hilaratur homo, 65.

Cauſa, cur vulgo, ut reverentiam adverſus ſacerdotes adhiberet, edictum eſſet? 229.

Cerimonias propter ſe conſtitutas omnibus & locis & temporibus vigere, 285.

Certa hoſtia pro delicto quibus de cauſis immolaretur? 151.

Certa in hoſtia pro delicto rex, ſacerdos gregarius, pontifex maximus, & unus de multis planè pari conditione fuerant, 154.

Circunciſio cui facta non erat ſua, vel ſuorum ſeu filiorum, ſeu ſervorum, is ſacrum paſchale non conficiebat, 26.

Circunciſionis loco lotionem in ancillis eſſe, Ibid.

Clangores edebantur in cæteris ſacrificiis inter libandum, in ſacrificio paſchali inter jugulationem, 6.

Cogitationum erant genera tria, quibus victimæ temerabantur, 47. n.

Commentitii duo Judæorum Chriſti, *ſeu* Meſſiæ, 63. n.

Compu-

Computatione hodierna exquiri conjunctionem ſolis & lunæ mediam: ſed quondam à ſenatu Hieroſolymitano, *cùm exigerentur calendæ ad viſionem lunæ, exquiſitam veram ſolis & lunæ conjunctionem*, 367.

Conjunctio ſolis & lunæ media luna naſcens ſeu novilunium dicitur, Ibid.

Conſilium, cùm obſervatione lunæ menſis definiretur, tamen via & ratione aſtrologorum lunam perſcrutabatur, 343.

Conſeſſus judicum, conſiliáve publica, ſeu ſenatus quot & quales in regione Iſraelitarum *eſſent?* 165. n.

Conſeſſus judicum formam habebat ſemicircularem, Ibid.

Conſeſſus judicum maximus, ſeu ſummum conſilium publicum univerſi populi perſonam ſuſtinebat; & erat velut oculi, quibus populus univerſus benè videret, 166. n.

Conventum ſacrum agendum ſeptimo quoque anno exacto, ineunte octavo ad ferias umbraculorum, 67. & ſeq.

Converſio ad Deum inchoata ſervitiorum primum baptiſma, converſio ad Deum abſoluta ſervitiorum ſecundum baptiſma, 45. n.

Converſio ſolis annua ex duabus differentibus ſententiis explicatur, 378, & ſeq. *Utra harum ſit veri ſimilior?* 383.

Corium beſtiis quondam ita detrahebatur, ut præcideretur ab animantis altero pede, & deinceps aptum undique maneret, & junctum, 80. n.

Corpus hoſtiæ piacularis ab pontifice maximo cur extra caſtra cremaretur? 315, & ſeq.

Crepuſculum veſpertinum cur Hebræis בין השמשות inter duos ſoles eſſe *dicatur?* 149. n.

Curſus ſolis, lunæ, cæterorúmque planetarum tum medii, tum perfecti quid ſint? 387.

Curſus ſolis quid ſpatii definiat certis temporum circunſcriptionibus? 389.

Curſus medius ſolis, lunæ, & cujuſque ſtellæ, item & Abſidis ut inveſtigetur? 391, & ſeq.

Curſus verus ſolis ut inveſtigari poſſit? 393, & ſeq.

Curſus medios luna definit duos, quorum unus vix curſus medius, *& alter* lunæ curſus medius *dicitur*, 396.

Curſus lunæ medius quid ſpatii conficiat certis circunſcriptionibus temporis? 396, & ſeq.

Curſus medius viæ *quid ſpatii conficiat certis temporis circumſcriptionibus?* 397.
Curſus lunæ medius ut inveſtigetur? 398.
Curſus lunæ medius ad horam contemplandæ lunæ, Ibid.
Curſus lunæ verus ut inveſtigari poſſit? 399.
Cutæi *qui ſint?* 352. n.
Cycli ſeu periodi decemnovennalis cauſa & ratio, 370.
Cyclo quot inſint, & quo ordine diſpenſentur anni intercalares? 370.

D.

D*Ecumis beſtiarum mundarum erat duntaxat locus in bobus, ovibus, & capris*, 99.
Decumarum lege non tenebantur niſi quæ homini beſtiæ natæ domi ſuæ eſſent, 101.
Decumis ſolutas eſſe animantes bigeneres ſeu hybridas, affectas, orbas, &c. 102, & ſeq.
Decumæ pecudum his temporibus auctoritate ſapientum prohibentur, 99.
Decimandarum ritè beſtiarum modus, 104, & ſeq.
Decumam beſtiam in atrio templi cædi jus erat, & altari ſanguinem ejus aſpergi, exta adoleri, carnem Hieroſolymis *comedi ſuo à domino item, ut victimæ paſchalis*, 100.
Decumam beſtiam ſanam & integram vendere nefas, Ibid.
Dei numen ad montem nomine Sinam *inſpiratum* Iſraelitis *omnibus ad unum*, 227.
Deus cur in literis ſacris ſacrificia dapes ſuas vocarit? 295.
Dictum eſt ſapientum, ſol viam ſuam novit ſcilicet, luna non item, 415.
Diei rationem ut ab Hebræis *deſcriptam, ſic & ab aliis gentibus obſervatam eſſe*, 64. n.
Dies toti intercedunt viginti novem à nocte menſis ea, qua primùm luna nova ſe aperit, ad proximi menſis illam noctem, qua rurſus aperiatur luna nova, 390.
Dierum ſolemnium ſecundum quemque ſapientum è decreto celebrari, 364, & ſeq.

Dies feriati ſeptem, immo octo continui fuerunt inſtituti ad primum illum adeo ſolemnem ſacris inſtaurandum, 58, & ſeq.
Diſciplina rationibus veris & certis confirmata tam à gentibus, quàm à prophetis accipienda, 415.
Diſcrimen à ſpecie ſeu parallaxis & longitudinis & latitudinis, 409.
Domus conſecrata cùm redimeretur cur juſto pretio quinta pars adderetur? 220.
Dubium hominis admiſſum requirebat hoſtiam pro delicto ſuſtinendo, 146, & ſeq.
Duplicata diſtantia, 399.

E.

E*Ccleſia ſeparatim nuncupatur una quæque tribus*, 167: *excipi tamen tribum* Leviticam, *Ibid.* n.
Edictorum divinorum intelligentias enodare, & cauſas ac rationes, quoad ejus fieri poteſt, explicare unum quemque par eſſe, 220.
Elementa prima Aſtrologiæ, 385, & ſeq.
Elul *anni civilis menſis extremus fermè reſpondet* Auguſto, 105. n.
Enodatio nominis אשם, *item & nominis* חטאת, 321, & 327.
Enodatio nominis שבת בראשית, 343. n.
Enodatio vocabuli menſis, 341. n.
Epactæ menſis lunaris, 368.
Epactæ tum communis anni lunaris, tum embolimæi, 368.
Epactæ cycli, ſeu periodi decemnovennalis, 370.
Epocha, *unde initium ratiocinii ſui ducit* Majemonides, 387.
Epocha *alia à R.* Obadia *ſubſtituta*, 387. n.
Equitare in jumento ad diem feſtum ſapientum edicto nefas, 59. n.
Erratum in idololatria ab omnibus æquo & pari piaculo lui conveniebat, quia enim oportebat ejus rei imprudentem & ignarum eſſe neminem, 325.
Erratum principis levius, quàm ſummi pontificis, aut ſenatûs, 317, & ſeq.

Eruditi ex tribu Iſſacharis Iſraelitæ *tempore vatum ſcripſerunt de aſtrologia libros, qui non ad nos uſque pervenerunt*, 415.

Eruditus homo ac doctrinâ excultus חבר ſocius *dicitur* Hebræis *ſcriptoribus: vir bonus exiſtimatur: nullius eſt mali ſuſpectus*, 84. n.

Eſculentorum interdictorum commercium facere nefas, 98.

Ethnicus quidam aſſimulans ſe eſſe Judæum *ſæpius agnum paſchalem comederat: is tandem agnitus neci datur*, 45. n.

Eunuchorum duplex genus, 195. n.

Execratus ſocium interpoſito horribili Dei nomine verberibus coercebatur, 205.

Exequendi præcepti divini causâ quid fieri contra legem de ſabbato licet, dummodo fiat præter conſuetudinem, 9.

Exitium quæ pœna ſit? 3, & 4. n.

Expiationum dies ſolemnis, ſimul & hirci tunc ipſum immolati ſanguis templi penetralibus aſperſus expiabat hominem Iſraelitam, *qui templum ſacráve ſciens temeraſſet*, 165.

Explicationem Majemonidæ *de ſolis & lunæ rationibus dirigi ad ſitum* Hieroſolymæ, *& oppidorum ſex, ſeptem dierum iter ab ipſa diſtantium; inſuper ejus ſitus deſcriptio*, 388.

Exta victimæ paſchalis adolebantur ſuper altari, 5, & 7.

Exta quænam eſſent, & unde nomen haberent? 245.

Extraneus homo ſi cultum divinum ſuſciperet, tribus rebus ſimilis & par cæteris Iſraelitis *evadebat, præputio circuncidendo, abluendo corpore, & ſacrificio faciendo.* 269, & 271.

Ezechiæ *regis* 2 Paral. *cap.* 29. *querelam non eſſe tam de ſacrificiis omiſſis, quam de excuſſo divini imperii jugo*, 293.

F.

F*Actum unum aliquod multis & variis nominibus nefarium qui dederat, is ob unum quodque nomen piaculari ſacro aſtringebatur*, 127, & ibid. n.

Faſtorum hodiernorum uſus quando apud omnes omnino Judæos *invaluerit?* 363.

Faſtorum ratio hodierna à quo inſtituta & literis prodita ſit? 363. n.

Faſto-

Faſtorum rationem hodiernam calculis ponendis inſtitutam tamen aliquatenus ad lunam novam accommodari, 418.
Fecialis ſacerdos, 116, & *Ibid.* n.
Ferias aliquot diebus certis non eſſe habendas, 372. n.
Fertum quid ſit, 235, & ſeq.
Fertum aliud certis victimis adhibebatur, aliud Deo obmovebatur ſeparatim, 247.
Fertum Deo obmovendum ſeparatim erat aut publicum, aut privatum, 249, & ſeq.
Fertum ſeparatim Deo obmovendum quem finem haberet? 307.
Fertorum privatorum genera quatuor reſpondent quatuor humoribus illis, qui in homine inſunt, 255.
Figurâ mentitâ nullum majus vitium, 82. & *Ibid.* n.
Finis ſacrificiorum, ut evelleretur ex animis hominum inſanus ſimulacrorum cultus, 281, & ſeq.
Finis ſacrificii ſolidi quis eſſet? 299, & ſeq.
Finis ſingulorum ſacrificiorum, 337.
Fœditas appellatur beſtiarum minorum abortus, cujus figura non agnoſcatur ab omnibus, 92.
Fœtum humanum quadraginta poſt dies conformari, 93.
Forma maris eſt inſtar, feminæ materia, 301, & 310.
Formas ſacrificiorum inter ſe differentes omnino fuiſſe quatuor, 243.
Formulæ mutandi ſacras beſtias beſtiis aliis, 211.
Frugibus anni ſabbatici ſcilicet uti pro cibo licebat, non item pro commercio, 98.

G.

Genera hominum, qui non legebantur in ſenatum, 169, & *Ibid.* n.
Genus horarum duplex: unum æqualium inter ſe, ac parium: & alterum inæqualium, 367.
Gonorrhææ genus divinâ Lege commemoratum quid ſit? 189.
Gonorrhæi luſtratio quæ & qualis eſſet? 193, & ſeq.

H.

HIeroſolymam *ad ſolemnes dies contendere ſine præſenti pecunia, vel victimis, non licebat*, 57, & ſeq.
Hilare tempus ſumere quid eſſet? 57.
Hilaria qui, quando, quomodo celebrarent? 63. n.
Hircum caprarum appellari qui totum annum exegerit, 245.
Hirci idololatriæ quid? 275.
Hominem imperitum ut injuſtiſſimum quavis crudelitate necari licere, 84. n.
Hominis extranei Judaicis *cerimoniis addicti, nullo hærede legitimo relicto, mortui bona primi cujuſque occupantis erant: cui ſi viventi per vim quid ereptum erat, id reddebatur ſacerdoti, additâ etiam ſortis quintâ parte, quod jure divino conſtitutum*, 102. n.
Hominis idiotæ ſacrificium piaculare cur fieret beſtiâ feminâ? Cur non exureretur totum? 319.
Homo cùm hoſtiæ, quam immolabat, manus imponeret, commonebatur beſtiam illam ſibi ſuccedaneam eſſe ſubditam, 315.
Hora diſtribuitur in 1080 *ſcrupulos*, 368.
Hoſtia piacularis uni maleficio luendo conſtituta porrò non erat idonea, qua lueretur maleficium aliud, 124.
Hoſtia piacularis publici conſilii cur eodem modo, atque ſummi pontificis immolaretur? 317.
Hoſtiæ piacularis partus ut per ſe ipſe moreretur, jus erat, 217.
Hoſtiæ piaculares ſi ſecus, quàm præſcriptum erat, conſecrarentur, conſecrationi nullus erat locus, 210.
Hoſtias piaculares quaſdam per ſe mori jus erat, 210. n.
Hymnus vulgò הלל *dictus qui ſit?* 6. n.
Hymnus dicebatur in atrio templi interea, dum cædebantur victimæ paſchales, 6.
Hymnus qui dicebatur agno paſchali comedendo, 41. n.

I.

I*Mponere victimæ manus quorſum ſpectaret?* 301.
Imprudentia doctoris pro audacia ducitur, 315.

Impuberes, amentes, & ſurdos paſſim ut ratione non utentes jungi, adeóque legibus ſolvi, bonis interdici, 61. n.

Impubes nomine קטן *parvus, pupulus* Hebræis *dicitur,* 61. n.

Indigentes piaculi dicebantur quatuor hominum genera, 183, & ſeq.

Inflexio ſignorum ab æquinoctiali circulo in auſtrum & aquilonem, 421, & ſeq.

Ingenium hominum à natura ita comparatum, ut ſemper redeat ad id, quod olim conſuevit, 281.

Initiari ſacris ſervitia æquè, ac proſelytos, feminas lotione, mares autem circunciſione pariter & lotione, 26. n.

Inquinamentum profundi quid ſit? 20. n.

Inquinati quando non expectabant Paſcha ſecundum, ſed cum puris unà paſchale ſacrum facerent? 35.

Inquinati quando nec primum, nec ſecundum agerent Paſcha? 35, & ſeq.

Inquinatorum ratio quomodo ſubduceretur? 36.

Inquinatorum hominum ſacrificia quem finem haberent? 313.

Intercalationis menſtruæ ſacrum epulare, 352, & 418.

Intercalandi poteſtas quorum eſſet? 358, & ſeq.

Intercalandi conſilio nec rex, nec ſummus ſacerdos adhibebatur, 359.

Intercalaris annus ubi conſtitueretur? 359.

Intercalaris annus quando renunciaretur? 360.

Intercalaris annus non conſtituebatur in fame, neque anno ſabbatico, 360.

Intermurale quid ſit? 8. n.

Iſraeliticam *gentem cur contulerint cum vinea vates?* 305.

Iſraelitarum, *dum regionem ſuam tenebant, res & quæſtus omnes erant in paſcendis gregibus, & terra colenda,* 333.

Iſraelitis *ad cultum ſimulacrorum inflammatis edixerat Deus, ut ſibi ſacrificia facerent eo conſilio, ut ſic ipſi per ſe ſimulacrorum à cultu diſcederent,* 291, & paſſim alibi.

Judæa *cùm diſtribueretur à* Joſua *conditiones eſſe latas decem,* 87. n.

Judæorum *de renovatione lunæ precatio,* 344. n.

Judæorum *ſcriptores de rebus venereis differentes nullam vitant verborum obſcœnitatem,* 131.

Judæos *illos demum, qui terram cognominem incolerent, Eccleſiam vocari*, 171.

Jura, quæ divina Lege deſcribuntur, circuitionibus adeo longinquis hominem ad ſapientiam perducunt, 221.

Jura ſabbatica montes è pilo pendentes, 42. n.

Jura ſacrificiorum non item, ut venerationem Dei, cæteráque pietatis officia propter ſe ſancita eſſe, 285.

Jurandi genera quatuor, 155, & 156. n.

Juvenci ſeu buculi vocabulum dari pecori bubulo in tres primos ætatis annos, & intra primum ætatis annum vocabulum vituli, 245.

Juvencus ob Eccleſiæ errorem, qui idem & juvencus de cunctis officiis ſacrificandus dicitur, 275.

Juvencus de cunctis officiis ſacrificandus unde ſic appelletur? 279.

L.

Lamina aurea pontificis maximi expiabat inquinamentum ignoratum, 19.

Lamina pontificis maximi dicitur corona, 19. n.

Lana quàm magno in honore habebatur! 89. n.

Legem explicare, jus exponere, non tam officium erat principis, quàm ſummi ſacerdotis, ſenatûſque, 317.

Legibus ſolvi ſurdos, amentes, & impuberes ut ratione non utentes, 61. n.

Legis, illiúſque divinæ vocabulum ſuo ipſius operi tribuit Majemonides, 424. *Et idem hoc videtur ſibi velle*, 420.

Lepris cùm afficeretur princeps, principatum amittebat, 180.

Leproſorum hominum purgandorum inſtituta ratio quid ſignificaret, 184. n.

Leproſus homo ut luſtraretur? 196, & ſeq.

Leproſus homo digito pollice manûs dextræ, dextrìve pedis, aut auriculâ dextrâ mutilatus purificari poterat nunquam, 199.

Lex ſacerdotum ferè dicitur Hebræis *ſcriptoribus* Leviticus, 229.

Literæ dabantur à conſilio provincias in omnes cùm erat intercalatum, & de intercalatione, & de cauſis ejus, quæ literæ erant ſcriptæ verbis principis conſilii, 361.

Longum iter quod habebatur? 27.

Lugens abluto corpore ſacrificio paſchali veſcebatur, 32.

Lunam

Lunam novam qui viderant, nuncium ejus conſilio afferebant vel ipſo ſabbato; quia enim propter omnem functionem religioſi muneris ſtato tempore obeundi ſabbatum elevabatur, 350, & ſeq.
Lunæ novæ nuncii primùm expectabantur tota die triceſima menſis: deinde non ultra veſperam ejus diei: inde rurſus ad ſolis obitum, 351, & ſeq.
Lunæ orbem ab orbe ſolis inflecti dimidium ad aquilonem, & dimidium ad auſtrum, 403.
Lunæ in orbe eſſe puncta duo, alterum alterius è regione, quæ caput & cauda *nuncupantur, in quibus luna cùm exiſtat, eam ſoli exadverſum eſſe,* 403.
Lunæ in orbe exiſtentia puncta duo certum & æquabilem habent motum, & ſignorum orbem conficiunt retrò contrario motu, atque ſol, 403.
Lunæ in orbe exiſtentia illa duo puncta quantum ſpatii deſcribant conſtitutis temporibus? Qualis eorum curſus medius, & qualis eorum verus, & uterque curſus eorum quomodo cognoſci poſſit? 403, & ſeq.
Lunæ in orbe ſemper eſt dimidius interjectus circulus inter caput & caudam, 404.
Lunæ inflexio in auſtrum & aquilonem lunæ latitudo nominatur aquilonaris, & auſtralis, 405.
Lunæ latitudo nunquam ultra gradus quinque, Ibid.
Lunæ latitudo qualis ſit, auſtralis, an aquilonaris, quomodo cognoſcatur? 405, & ſeq.
Luna num ſe ſit certo tempore in hac illa regione apertura, quo tandem modo exquiratur? 408, & ſeq.
Lunæ longitudo & latitudo prima, 408.
Lunæ longitudo ſecunda, 409.
Lunæ latitudo ſecunda, 410.
Luna ſuo ipſius in orbe curſum ſuum paulum inflectit, 410.
Lunæ longitudo tertia, 411. *Ea quid ſit?* 412.
Lunæ longitudo quarta 412.
Luna in ſuo motu anfractus habet ingentes, 415.
Luna vel minima oras maritimas incolentibus, aut mare magnum navigantibus aperitur, 416.
Luna eadem tempore brumali, eòque ſereno videtur eſſe major, quàm æſtiva tempeſtate item ſerena, 416.

Luna

Luna quantum ab æquatore inflexa ſit vel ad aquilonarem mundi partem, vel ad auſtralem, quomodo ſcire poſſis? 423.

Lunæ quorſum erunt obverſa cornua ut cognoſci liceat? 423. & ſeq.

Luna quàm altè feratur unde cognoſci liceat? 424.

M.

MAſſa ſanguinis à beſtia primipara ejecta ſic, ut fœtus abortivus, ſepelienda fuit, 93.

Maximi cujuſque peccati ſacrum piaculare viliſſimo genere fiebat, id quod erat hominibus quoddam incitamentum ad reſipiſcendum, 176, & 177. n.

Menſes ſunt lunares apud Judæos, 341. & ſeq.

Menſis lunaris quo temporis ſpatio compleatur? 368, & 375.

Menſis initium unde ducatur? 342.

Menſes alii cavi, alii pleni, qui iidem intercalares appellantur, 342. & ſeq.

Menſes definire, & intercalare ineundis & ſubducendis Mathematicorum rationibus in ſola Judæa *jus erat*, 344.

Menſes finire & annos extra regionem Iſraelitarum *etiamnum integrum non eſt*, 366.

Menſes in anno ſunt tum cavi plures, quàm pleni, tum contra, 375.

Menſes cavi & pleni ut è faſtis hodiernis diſponantur? 376.

Menſes integri, mutilati, ordinati, & quî ſcire poſſit quales ſint, 376.

Menſes quondam ſenatus ſi luna ſuo tempore non apparuiſſet, inſtituebat viciſſim plenos & cavos: hodie autem ex calculorum ratione tum menſes duo pleni, tum duo cavi continuantur, 418.

Menſes non conſecrantur niſi ex lunæ viſione, Ibid.

Mercurii *ſimulacrum, & cultus quis eſſet?* 142. n.

Miſna *quando abſoluta & perfecta ſit?* 363. n.

Moyſi *per viſum à Deo objectam eſſe lunæ novæ ſpeciem, & eidem præſcriptum, ut cùm ſimilem viſurus eſſet, conſecraret*, 342, & *Ibid.* n.

Mulier obſervans diem pro die paſſim commemorata quid ſit? 29. n.

Mulier menſtrualis nec lavabat ante noctem octavam, nec ante nonam erat idonea, quæ ſacris veſceretur, 30.

Mulieres

Mulieres ſecundariæ numero viginti, præter conſanguinitatis gradus, Lev. 18. interdictos, ſapientum edicto prohibitæ, 129. n.
Mulieribus in adulterii ſuſpicionem vocatis quo tandem loco amara diráque daretur aqua bibenda? 197.
Multa non irrogabatur filio ob culpam patris, 83.

N.

NAzaræorum alios ad omne ævum, alios ad tempus voto obligari, 29. n.
Nefas ab populo admiſſum ex ſupremi ſenatus decreto per errorem facto lui piacularibus publicis tributim præbitis, 166, & ſeq.
Nemini cuiquam eſſe tantam innatam vecordiam, ut id quod rectè poſſit, perversè facere malit, 211.
Nidus dicitur Hebræis ſcriptoribus par turturum, vel pullorum columbinorum, & multa paria nidi: quæ locutio non abhorret à conſuetudine latina, 159, & 160. n.
Noa cur egreſſus ex arca Deo ſacrificium fecerit? 293, & 295.
Nomen illud גוי auctoribus ſacris eſt gens, natióque: cæteris Hebræorum ſcriptoribus quivis unus alia de ſtirpe cerimoniis Judæorum alienus: profanum in primis & plenum ignominiæ, 91. n.
Nomen principis regi pariter & judici conveniebat, 309.
Nomen כבש Kebes ſeu כשב Keſeb tribui cùm agno, tum hædo intra primum ætatis annum: & nomine איל in utroque numero appellari caprarum & ovium mares intra alterum ætatis annum, 143.
Nomina dignitatis, quæ tribuebantur & iis, qui ad doctrinæ principatum ritè fuerant evecti, & illis, qui doctrinæ laude præcellebant quidem, ſed non erant ad illam gloriam elati, 171, & 172. n.
Nomina אל & אלהים quæ fortitudinem & dignitatem declarant in præceptione ſacrificiorum occurrere nuſquam, ſed יהוה nomen Dei proprium, quò manifeſtum fieret rerum creatori, non numini commentitio ſacrificari, 289.

Novilu-

Novilunii certò exquirendi modus, 363, & ſeq.
Nuncii lunæ novæ idonei quinam eſſent? 345, & ſeq.
Nunciis lunæ novæ non habebatur fides, niſi diu & multum interrogatis, 346.
Nuncii lunæ novæ quibus interrogationibus excuterentur? 347.
Nunciis lunæ novæ convivia opiparè apparanda curabant, 348.
Nuncios lunæ novæ, qui poſt tempus veniſſent, conſilium vehementer perterrebat, interpellabat odiosè, rogitando obtundebat, ut efficeret ne menſis aliter, ac definitus erat, obſervaretur, 355.

O.

OBmovebatur Deo fertum, ſimila oleo ſubacta, quod erat ſymbolum ingenii luce cœleſti colluſtrati, 305.
Occidentem ſolem reſpiciebat templi pars ſanctior, & ad occidentem verſus in templo honeſtiſſima, ſordidiſſima ac deſpicatiſſima quæque ad orientem ſolem fiebant, & quid ita? 197. n.
Olerum amarorum eſſe genera quinque, quibus uti ad cœnam paſchalem conveniat, 45. n.
Omnes inter ſe pares erant in errore cultus extranei, 116.
Opera in ſabbatum interdicta dividuntur in genera & partes generibus ſubjectas, 120. n.
Operum genera in ſabbatum interdicta quot & qualia ſint? 139. n.
Operum generibus partes ſubjectæ ſeu ſpecies quæ ſint, & quæ tandem opera eòdem ſpectantia, 144. n.
Orbita lunæ, 411, & 413.
Oſſa victimæ paſchalis inflammabantur cum carnis reliquiis, ne veniret uſus, ut in illis offenderet aliquis, 46.
Oviaricum pecus juxta, & caprinum notari verbo צאן, 99. n.
Oviaricum æquè ac caprinum pecus declarari verbo צאן, *& verbo* רחלים, 239, *& utrumque pecus oviaricum & caprinum etiam declarari verbo* שה, Ibid.

P.

PAſcha ſecundum quibus de cauſis agendum? 25.

Paſcha ſecundum non eſſe Paſchæ primi complementum; ſed per ſe ipſum feſtum ac ſolemne tempus, 25.
Paſcha ſecundum qui non ritè celebraſſet, eum exitio mulctari, 25.
Paſcha ſecundum mulieribus ſolutum & liberum fuiſſe, 27, & 35.
Paſcha ſecundum quibus de generibus inquinamentorum expectandum, 28.
Pater conſilii quis? 165. n.
Peccantes per imprudentiam, cur ſacrificiis aſtringerentur? 313.
Peccora maximam partem non ſunt lactaria, niſi fœtum ante procrearint, 92.
Philo Judæus *redarguitur*, 28. n.
Piacularium, quæ ab univerſo cœtu fiebant, omnium erat communis iſta lex, ea ut igni abolerentur, 275.
Pontifex maximus eandem ſuſtinebat perſonam, atque ſenatus ſupremus, ſeu publicum conſilium, 179, & paſſim alibi.
Portio regionis altitudini tribuenda, 412.
Præcordia victimæ pacificæ cur altari tribuerentur? 313.
Preces funduntur Deo poſt & ante prælectionem Legis in ſynagogis, 68: *quæ preces allegantur*, Ibid. n.
Preces multæ & variæ, quæ à rege adhibebantur Deo in conventu ſacro ad ferias umbraculorum octavi cujuſque anni, 68, & 69. *& allegantur totæ*, Ibid. n.
Precatio eximia ætate Eſdræ *à centum & viginti principibus populi* Judaici *concepta, & propterea* precatio *purè vocata*, 70. n.
Primogenitos animantes omnes vulvam aperientes & ex hominibus, & è beſtiis mundis, & immundo è pecore aſinino ſacratos eſſe, ad ſacerdotéſque pertinere, 75.
Primogenitos hominum & aſinorum pretio redimi; primitias autem beſtiarum mundarum ſacrificari, 75.
Primogenitam beſtiam mundam, quæ vitio teneretur, ubique comedere, vendere, & cunctis edendam dare licebat, 76.
Primogenitam beſtiam ſacrare Deo conceptis verbis officium eſſe, Ib.
Primogenitarum beſtiarum mundarum præcepto locum eſſe tam intra, quàm extra terram Iſraelit. *ſtante, proſtratóq; templo*, 76.
Primitiarum præcepto nullus erat locus in beſtiis religione ſacrorum obligatis, 77.
Primogenitorum hominum & pecorum immundorum redemtione ſolutos eſſe Sacerdotes & Levitas, 77.

Primogenitorum hominum & pecorum immundorum lege cur ſolverentur Sacerdotes & Levitæ? 77. n.
Primogenita pecus quando mactaretur? 77, & ſeq.
Primogenitæ beſtiæ non dabantur ſacerdoti ſtatim, atque in vitam venerant, ſed apud dominum tolerabantur interea, dum ceperant aliquid incrementi, 79.
Primitium animantis fœtum cuique erat in manu, ut cui viſum fuerat ſacerdoti tribueret, 79.
Primitio de fœtu beſtiæ ne comederet homo extraneus, interdictum erat, 79, & ſeq.
Primogenita beſtia ſtante templo cùm affecta vitio fuerat, venderetur, licebat, ſeu viva, ſeu cæſa; nunc etiam integra, 80.
Primogenitam beſtiam, cùm vitiorum certorum aliquod conceperat, non ut ſacram Deo mactari, ſed velut exauguratam, ubi cuique viſum fuerit, in communem uſum cædi, 81, & ſeq.
Primogenitas beſtias ob certa vitia, flagitia, ſcelera nec uſui communi permitti, & altari interdici: tum quid his fieret, 81.
Primogenitas beſtias incertas eſſe nonnullas, 82, 93, 94, & ſeq. *quid his fieret*, 96, & 97.
Primitiarum legi in uno pecore aſinino ex animantibus illis immundis qui vocantur, locum eſſe convenit inter omnes Judæorum *ſcriptores præter* Philonem, 83. n.
Primogenitæ beſtiæ omnes his temporibus relinquuntur dum vitio corripiantur, ac tum denique comeduntur, 78.
De primogenitis beſtiis violandis ſacerdotes ſuſpecti erant, 85.
Primo partu procreatæ beſtiæ conceptis vitiis non cedebant in communem uſum, niſi permiſſu hominis in vitiis cognoſcendis exercitati, cui porrò princeps ſupremi ſenatus hujus rei poteſtatem dediſſet uſitatâ formulâ. Et nullo præſente conſulto viro; permiſſu trium è ſynagoga virûm, 86.
Primogenitæ beſtiæ vitium niſi præſto adeſſet ſacerdos inſpiciebatur nemini, 86.
Primogen. beſtia morticina, aut perperam cæſa ſepeliebatur, 87, &c.
Primogenitar. beſtiarum vitia num pro mercede inſpicerentur? 88.
Primo partu procreati animantis pelle, lana quando uti, quando non uti liceret? 89.
Primitiarum lege non teneri beſtias, quarum ſocietatem cum Judæo *haberet ethnicus, nec emtos ab eo beſtiarum fœtus, nec eidem venditos*, 90.
Prin-

Princeps ſenatûs, ſeu conſilii publici quis? 165.

Prophetæ ſæpenumero reprehendentes Iſraelitarum *nimium illud ſacrificiorum faciendorum ſtudium hoc volunt, hoc ſpectant, ſacrificia per ſe, ſua vi, ſua ſponte, ſua natura non eſſe recta & laudabilia*, 285.

Proſelytus, poſito præputio, non abluebatur, niſi poſt, quàm è circunciſione convaluerat, & interea temporis nullis ſuſceptæ religionis ritibus alligabatur, 32.

Puer natus annos tredecim & diem unum, & puella nata duodecim annos & diem unum, apti ſunt votis nuncupandis, 207. n.

Puerpera cur ſacro piaculari aſtringeretur? 184. n.

Puerpera opinabilis & ambigua piaculum faciebat ſcilicet: at id non comedebatur, 186, & ſeq.

R.

Ratio torrendæ victimæ paſchalis, 40.

Ratiocinium Judæorum *à mundo conſtituto deductum ut redigatur ad æram* Chriſtianam? 387. n.

Recenſio ipſa beſtiarum, ſiquidem numerus ad decimandum erat idoneus, liberabat decumis, 109.

Redemtioni non erat locus in avibus ſacratis, 159.

Rei ſacræ, quæ in honore habebatur, tantillum confuſione cuncta conſecrabat, 89.

Rem alienam ſacrare poterat nemo, 206.

Res divina cur vocaretur קרבן? 233.

Rex ipſe in conventu ſacro ad ferias umbraculorum octavi cujuſque anni prælegebat populo Legis divinæ capita quædam, quibus excitaretur ad officiorum religionem, 68.

Rex in illo conventu ſacro multas & varias preces Deo fundebat, 70.

Rex erat Dei legatus qui edicta illius proponeret, 71.

Regem in conventu ſacro ineuntis octavi cujuſque anni prælegentem divinam Legem magno cum metu & reverentia audiebant omnes, haud ſecus, ac Deum ipſum in monte Sina *Legem ferentem*, 70, & 71.

Reges eſſe Deorum interpretes crediderunt & gentes profanæ, 71. n.

Ritus patrum perpetuò ſervari, 363.

S.

SAbbati terminus legitimus, quod idem iter ſabbati *nominatur, quid ſit?* 8. n.
Sabbato evellere quod radicibus terrâ hæreat Lege interdictum eſſe, conficitur ex Evangelio, 118. n.
Sabbato ſapientum auctoritate ſancitum erat, ne certa quædam opera fierent, id quod verbo שבות *notatur, cui auctoritati nihil in templo loci relictum,* 7, & 8.
Sabbatum magnum quid ſit, & unde nomen id ducat? 9. n.
Sacerdotes ſancti ſanctitatem infundunt in populum, 229.
Sacrificio paſchali mulieres æquè, ac viros aſtringi, 3.
Sacrificium paſchale faciendum animante mari hædo vel agno anniculo, 3.
Sacrificium paſchale piaculum idololatriæ, 3. n.
Sacrificium paſchale nunquam in altaribus privatis fiebat, 4.
Sacris interdictum Majemonidem, 4. n.
Sacra temerata tribus locis urebantur, 15. n.
Sacrificium pacificum unde nomen habeat? 21. n.
Sacrificiorum religio quem ad finem referretur? 22. n.
Sacrificiorum finem eſſe duplicem, 295, & ſeq.
Sacrum pacificum cum ſacrificio paſchali conjungi, id quod vulgò dicitur ſacrum ſolemne diei decimæ quartæ, 49.
Sacrificia pacifica euchariſtica cur abſumerentur uno ſolo die ſecus, atque cætera ſacra pacifica? 49. n.
Sacrificium paſchale primum & ſecundum quibus rebus inter ſe congruerent, & diſcreparent? 50.
In ſacrificio paſchali illo Ægyptio *permulta obſervata, quæ nunquam uſitata fuere poſtmodum,* 51.
Sacrificium paſchale verè, propriéque ſacrificium dici, 51. n.
Sacra ſolemnia celebrare quid ſibi vellet? 56, & 57.
Sacrificia ſolemnia inſtaurare per totam hebdomadam licebat, 58, & 277.
Sacrificium juſtum & debitum ſuo cujuſque argento profano emendum, 65.
Sacrificium piaculare non fiebat, niſi contra vetitum, cujus pœna exitium, per imprudentiam quid factum eſſet? 113, & ſeq.

Sacrifici-

Sacrificium piaculare ſtatum unum, & alterum inæquabili varietate diſtinctum, 114, & ibid. n.

Sacrificio inæquabili varietate diſtincto quinam homines alligarentur, 155, & ſeq.

In ſacro inæquabili varietate diſtincto pares & æqui erant inter ſe omnes, 158.

Sacrificium piaculare ſtatum fiebat de maleficiis quadraginta tribus imprudenter admiſſis, 114, & ſeq.

Sacrificium piaculare ſtatum quibus hoſtiis fieret? 115. & ſeq.

Sacrificium debitum ab uxore vir, à liberis pater, à ſervis herus ſolvebat, 158.

Sacrificium latiùs patet, quàm immolatio, 233.

Sacrificium ſolidum qua ratione fieret? 243.

Sacrificium piaculare duplex; unum quod partim adolebatur in altari, partim à ſacerdotibus comedebatur; & alterum quod in altari totum adolebatur, 245, & 263.

Sacrificium pro delicto quid eſſet, & à quo fieret? Ibid. & paſſim alibi.

Sacrificium pacificum quale foret, & cur ita nominaretur? 245, & 247, & 333.

Sacrificiorum publicorum ſpecies undecim, 257, & ſeq.

Sacrificiorum publicorum ordo quis? 261, & ſeq.

Sacrificiorum privatorum erant ſpecies quinque, 263, & ſeq.

Sacrificium pro delicto certo, 151, & 267, & ſeq.

Sacrificia piacularia nunquam fiebant ex voto promiſſóque, nec ſacrificia pro delictis, 247, & 273.

Sacrificia privata nec ſabbatum elevabant, nec inquinamentum, 273.

Sacrificium, cui non erat præſtitutum tempus certum & ratum, non elevabat neque ſabbatum, neque inquinamentum, 277.

Sacrificium publicum beſtiâ feminâ fieri nullum, 277.

Sacrificium ſolidum notari vocabulo, cujus vis eſt ſublime ferri, 301.

Sacrificium ſolidum non niſi de cogitationibus animi fiebat, 301.

Sacrificium ſolidum deducebat in animum hominis inſtinctum & inflatum divini ſpiritûs, 303.

Sacrificium ſolidum cur tanto in honore eſſet apud Iſraelitas? 305.

Sacrificium ſolidum cur bis in die fieret mane & veſperi? Ibid.

Sacrificio

Sacrificio de ſolido cur nihil comederetur? 307.
Sacrificiorum religio judicatur è locis, ubi conficerentur, ac conſumerentur igni, 315.
Sacrificium piaculare quo genere cunque fieret bipertitò dividebatur, 323.
Sacrificium pro delicto ſuſpenſo cur fieret lecto de grege ariete, & cur ejus arietis æſtimationem haberi lex voluerit? 327.
Sacrificiorum pacificorum genus duplex: unum erat grata prædicatio bonorum ante acceptorum: & alterum obſecratio ſupplex, qua uterentur ad impetrandas res optatas, 331, & ſeq.
Saducæi *ſecta* Judæorum, *& eorum origo*, 346. n.
Scrupulus dividitur in momenta ſex & ſeptuaginta, 382.
Semiaſſum, ſubcrudum declarari verbo נא, Exod. 12. 9. *in præceptione de victima paſchali, confirmatur lingua* Arabica, 39. n.
Servi non tenentur præcepto jubente, quo eodem non tenentur mulieres, 62.
Siclus per גרה *ſeu* מעה *definitur*, 57. n.
Sodalitium victimæ paſchali adhuc viventi ſuum cuique conſtituendum, 10, & 11.
Sodalitii conſtituendi cauſa & ratio, 10. n.
Sodalitium quibus ex hominum generibus conſtitueretur? 11.
Sodalitium ſeu contubernium quodque quot fere hominum eſſet? 11. n. & 14, & 36.
Sodalitii ſuam cuique portionem dari ſeparatim jus non erat, 14.
Sodalitia duo nunquam committebantur, nec una & eadem victima paſchalis in ſodalitiis edebatur duobus, 44.
Sodalitia duo duabus victimis paſchalibus in unis ædibus cùm veſcerentur ſepimento disjungenda, 43.

T.

T*Aciturnitas confeſſionem imitatur ex jure* Hebræo, 123. n.
Talmud Hieroſolymitanum *quando perfectum, item &* Talmud Babylonium *quando ſit abſolutum & expletum?* 363. n.
Templo dari pro cognomine nomen baſilicæ, regiæ, palatii, 21. n.
Templi penetralia non eſſe reſpergenda niſi ſanguine hoſtiæ piacularis ad veniam & impunitatem à Deo petendam, 317.

Tempus ipſum, quo Majemonides *literis conſignavit, quæ de conſecratione calendarum diſputat, & quo tandem opus illud ſuum quod Secunda Lex ſeu Manus Fortis inſcribitur totum abſolvit*, 387. n.
Termini viſionis, 414.
Teſtimonii dictio quibus non eſſet? 346. n.
Thus odoratum, quod fertis addebatur, deſignabat mores probos clariſſimi nominis odore fragrantes, 305.
Tiſri *primus anni civilis menſis fere reſpondet Septembri*, 105. n.
Traditio univerſa de ratione ſabbati, 142, & ſeq.
Traditionem eſſe beſtiam numero nonam, vel undecimam, ſi recenſendo decima vocaretur, ipſa nuncupatione conſecrari, 107.
Tria tempora conſtituta decimandis pecuariis, quæ granaria decimandi pecoris vulgo dicebantur, 106.
Tribus ſolemnibus temporibus cibum & potionem pauperibus præbere pro ſuis quemque facultatibus jus eſſe, in primis autem Levitis, 66, & 67.
Tributa ſua pro mercede dare ſacerdoti, qui colonis, lanionibus, paſtoribus operam navaſſet, non licuit, 79.
Tributa viginti quatuor jure divino ſacerdotibus conferenda, 102. n.

V.

V*Ia ſolis propria*, 393.
Via concinna, 400.
Verberibus cædendi modus, 4. n.
Verberibus quis damnaretur? 5. n.
Verruca vitium propter quod altari victima prohibebatur, 8. n. & 18.
Victimæ paſchales quo diei tempore cæderentur? 4.
Victimæ paſchalis ſanguinem altari aſpergi, 4. *ſeu potius, contra altaris baſim effundi*, 5, & 7, & 18.
Victimam paſchalem non eſſe immolandam, dum quid fermentati aſſervaretur domi, 5.
Victimæ paſchales per tres deinceps catervas mactabantur, 6.
Victimarum paſchalium ſanguis pateris aureis & argenteis excipiebatur cum ſpecie & dignitate, 6, & 7.

Victimæ paſchales variis modis ſuſpendebantur in atrio, ut exuerentur pellibus, 7.
Victima paſchalis cæſa ſi reperiretur affecta vitio, cædenda fuit alia, 10.
Victima paſchalis temerata ex toto, aut majori ex parte, cremabatur apud templum coram omnibus, ut omnes pudore ſuffuſi majorem victimæ paſchali cautionem adhiberent, 21.
Victima pacifica illa, quæ victimæ paſchalis cauſa mactabatur, quænam eſſet? 22. n.
Victimas paſchales duas unà non torreri, 41.
Victima paſchalis ſi confunderetur cum alio genere victimarum quid factum oportebat? 23.
Victimæ paſchalis ipſius in loco ducebatur quidquid ad eam parandam erat neceſſarium, 24.
Victimæ paſchalis aliquid à ſodalitio deportare nefas, 42.
Victimæ paſchalis nihil dandum apoſtatæ Judæo, *nihil ethnico ſimulacrorum cultori, nihil proſelyto inquilino, nihil homini mercenario*, 44.
Victimæ paſchalis reliquiæ in Ægypto *concrematæ*, 46. n.
Victimæ paſchalis oſſa frangere ſi non liceret, at commiſſuras diſſolvere licebat, 48.
Victima paſchalis non proſecabatur, ſed torrebatur ſolida, 48.
Vini libatio quid ſignificaret? 305.
Voti genera duo, quorum alterum נדר, *&* *alterum* נדבה *vocatur, &* *eorum differentia*, 59. n. & 273.
Voveri Deo nihil ex incerto; niſi quidquid vovebatur ſeparandum ante cunctis à rebus: in ea ſeparatione rerum conſecrationem verti: hinc verbum ſeparare paſſim eò deduci, ut ſignificet rem Deo ſacrare, 23, & 24. n.

GOROL-

COROLLARIUM.

IN tractatu illo Talmudico, qui מגילה inſcribitur de volumine *Eſteræ* prælegendo, fol. 9. p. 1. traditur eſſe permiſſum, ut divina Lex græcè prælegeretur propterea, quòd eam Septuaginta græcè reddiderint *Ptolomæo Philadelpho :* tum autem ſubjicitur id, quod utique notatu dignum : viſum eſſe ſeptuaginta viris interpretibus, ut aliter, quàm in originibus ſacris concepta fuerant, ponerent iſta.

אלהים ברא בראשית	*Deus creavit in principio*, Gen. c. 1. v. 1.
אעשה אדם בצלם ובדמות	*Faciam hominem ad imaginem & ſimilitudinem*, Ibid. v. 26.
ויכל ביום הששי וישבות ביום השביעי	*Abſolvit die ſexto, & feriatus eſt die ſeptimo*, Ibid. 2. 2.
זכר ונקבה בראו (ולא כתבו בראם)	*Marem & feminam creavit eum (non expreſſerunt creavit eos,)* Ibid. 5. 2.
הבה ארדה ואבלה שם שפתם	*Eja deſcendam , ut ibi confundam ſermonem eorum*, Ib. 11. 7.
ותצחק שרה בקרוביה:	*Et riſit Sara apud conſanguineos ſuos*, Ibid. 18. 12.
כי באפם הרגו שור וברצונם עקרו אבום	*Qui iracundia incitati trucidarunt bovem & evulſerunt præſepe*, Ibid. 45. 6.
ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על נושא אדם	*Moyſes igitur uxorem & liberos ſuos ſuſtulit in pecus illud , quod homines vehit*, Exo. 4. 20.

ומושב בני ישראל אשר ישבו במצרים ובשאר ארצות ארבע מאות שנה	*Spatium autem, quo Iſraelitæ in Ægypto, & aliis regionibus commorati ſunt, fuit annorum quadringentorum*, Ibid. c. 12. v. 40.
וישלח את זאטוטי בני ישראל : ואל זאטוטי בני ישראל לא שלח ידו	*Et miſit Iſraelitarum optimates*, Ibid. 24. 5. *Et optimatibus Iſraelitarum nullam vim intulit*, Ibid. v. 11.
להאיר לכל העמים	*Ut collucerent omnibus populis*, Deut. 4. 9.
וילך ויעבוד אלהים אחרים...... אשר לא צויתי לעבדם	*Et eò veniat, ut alienos deos colat..... quos ego coli prohibui*, Ibid. 17. 3.

Ad extremum additur iiſdem interpretibus eſſe viſum, ut animantem, *Lev.* 11. 6. ארנבת appellatum redderent non *leporem*; ſed צעירת הרגלים, *animal exiguis pedibus:* regis enim *Ptolomæi* conjugi nomen fuiſſe *Lepori*, adeóque metuiſſe Septuaginta, ne rex putaret ſe ludos fieri à Judæis conjugis ſuæ nomen in Legem inducentibus. Porrò ſi nihil cæteris è libris ſacris affertur, id inde factum, quòd nemo Judæorum unquam ne ſuſpicatus eſt quidem à ſeptuaginta viris quidquam aliud, quàm *Pentateuchum* eſſe tranſlatum. *Flavius* enim *Joſephus* ſuppar ætati ſeptuaginta interpretum in proœmio Antiquitatum Judaicarum rem ipſam apertè declarat, nihil circuitione utitur. “Neque enim totam, inquit, Scripturam ac-“cepit ille (rex *Ptolomæus*) ſed legem ſolam ei tradiderunt in-“terpretes, qui ob hoc *Alexandriam* miſſi fuerant. Sunt au-“tem innumera ſacris literis prodita, ut quæ quinque millium “annorum hiſtoriam complectantur, &c. Occurritur autem à quibuſdam contentionis, quàm veritatis amantioribus; aiunt hujus verbi *Legis* eam eſſe vim, ut omnia volumina ſacra notet: quaſi verò quiſquam id neget: *Joſephus* autem cùm hoc loco *Legem* opponat univerſæ Scripturæ, Scripturam univerſam vocabulo Legis ſignificari voluit? Profectò hominibus æquis & bonis id ſat effectum erit: cum pugnacibus altercari nolim.

FINIS.

3. B. 13.